¶ **Tum ſecundo data iſta opinione** ſequitur ꝙ iſta excluſiua tantum homo currit non habet aliquam vniuerſalem in terminis trãſpoſitis nõ enim habet hanc omne currit homo: quia illa eſt incepta locutio: nec habet hanc omne currens eſt hõ. q: ibi predicatu; excluſiue non eſt ſubiectum vniuerſalis Tum etiam quia videtur ꝙ iſta conſequentia non ſit formalis tantum homo currit: ergo omne currens eſt homo. Nam ſic daretur inſtantia tantũ homo currit: ergo omne legens eſt homo/ ꝙ iſta conſequentia ſit ſimilis forme cũ alia pt;: q: ſi non maxime eſſet: q: non ſunt tot termini ſinonimi in vna ſicut in alia: ſed hoc eſt falſum: q: ſm hanc opinionem currit ⁊ eſt currens non ſunt termini ſinonimi.

¶ Tum tertio qua ratione verbum adiectiuum eſt incomplexum eadem ratione videtur eſſe dicendum ꝙ iſtud verbum paſſiuū legitur ſit incomplexum quod ſi concedatur ſequitur ꝙ aliquis terminus incomplexus eſt propoſitio. Nam hec eſt cō ſequentia lectio ſit ergo legitur ⁊ per conſequens ly legitur eſt propoſitio.

¶ Tum quarto data iſta opinione ſequitur ꝙ nulla eſt propoſitio de ſecundo adiacente/ quia ſi eſſet aliqua maxime eſſet hec ſortes eſt ſed probo ꝙ non quemadmodum ly currit ſubordinatur conceptui incomplexo ita etiam ly eſt ſubordinatur conceptui incomplexo: igitur ſicut iſta ſortes currit eſt de tertio adiacente itaꝫ iam ⁊ hec ſortes eſt.

¶ Tuꝫ quinto ex iſto modo dicendi ſequitur ꝙ aliqua mentalis cathegorica non habet predicatum quod eſt abſurdum. Sequela patet de hac mentali ſortes currit ꝙ ſi dicas vt communiter dici ſolet idem eſſe copulam ⁊ predicatum illius propoſitionis. Sic arguo ſi hoc eſſet veruꝫ ſequeretur ꝙ ſorte quieſcente ſubiectum illius mentalis non ſupponeret pro ſorte non enim poteſt verificari de eo mediante copula ſue propoſitionis videlicet ly currit. ¶ Et licet hec argumenta non concludant taliter ꝙ nulla pateat euaſio attñ quia hec opinio non eſt cōmunis teneo opinionem oppoſitam videlicet ꝙ verba adiectiua ſunt complexa. Et ad motiuum alteri⁹ opinionis nego ꝙ non valeat dicere exemplorum nō requiritur veritas immo ſicut dicit philoſophus exēpla enim ponimus non vt vera ſint ſed vt per ea addiſcentes intelligant. nec illa complexio impedit ne ponantur in predicamento. Patet itaqꝫ ꝙ ly amo lego non ſunt verba lꝫ oppoſitum aſſerant grāmatici qui ſolum voces aſpiciunt ⁊ non rimantur naturas conceptuum. Sunt enim vt in pluribus rudes ⁊ ingenio tardi. Nullum enim coruꝫ videmus vnꝗ̄ philoſophico nectare vehementer inebriari ipſis enim hiſce temporibus mechanica gaudet maritari vt in pluribus. Et hec de queſtione quarta.

¶ Textus.

Oratio autem vox ſignificatiua eſt cui⁹ partiū aliqd ē ſignificatiuū ſepatū vt dictio nō vt affirmatio vel negatio dico autē vt hō ſignificat aliquid: ſed nō qm̄ eſt aut nō eſt ſꝫ erit affirmatio vel negatio ſi quid addatur ſꝫ nō vna homis ſyllaba nec enim in hoc eſt quod eſt ſorex rex ſignificat ſꝫ vox eſt nūc ſola in duplicibus vero ſignificat quidē aliquid ſed non ſecūdum ſe: quēadmodū dictū eſt. ¶ Eſt autē oratio omnis quidem ſignificatiua: non ſicut inſtrumentum ſed quemadmodum dictum eſt: ſecundū placitum.

Iſtud eſt tertium caput ⁊ vltimum huius primi tractatus primi peri hermenias. In quo Ariſtoteles poſtꝗ̄ determinauit de nomie ⁊ de verbo pertractat de compoſito ex his videlicet de oratione. Quoniam aūt omne compoſitū eorum ſuſcipit naturam ex quibus totum corpus ipſius compoſiti reſultat vt dicunt oēs philoſophi. Cap:opter Ariſtoteles orationem ſignificatiuam eſſe diffinit quemadmodū ſignificatiua ſunt ea ex quibus oratio conſtituitur dicens. Oratio autem vox ſignificatiua eſt per hoc autem quod ſubiungitur cuius partium aliquid eſt ſignificatiuum ſeparatum diſtat oratio ab his ex quibus effecta eſt. Nominum enim aut verboruꝫ partes nihil extra deſignant vt in precedentibus diximus. Sꝫ orationis partes aliquid ſeparata ſignificāt. ¶ Poſtea ſubiungitur in diffinitione vt dictio non vt affirmatio aut negatio: per quod videtur velle Ariſtoteles ꝙ pars orationis ſeparata debeat eſſe ſignificatiua vt dictio non autem vt affirmatio vel negatio. Ea ppter Aſpaſius teſte boetio credidit Ariſtoteleꝫ diffinitionem non in omnes orationes conſtituere voluiſſe ſed tm̄ in ſimplicibus que ex duobus conſtant nomine ſcꝫ ⁊ verbo. hic tamen Aſpaſius deceptus fuit hec enim diffinitio cuilibet orationi competit vnde ꝑ illaꝫ particulam aliud nihil intendit philoſophus ꝗ̄ ꝙ ſemper ſignificat aliqua pars orationis vt dictio non autem ſemper vt affirmatio vel negatio. Cui nō obuiat aliquam partem orationis ſignificare vt affirmationem aut negationem vt patet de enunciatione que eſt coniunctione vna. ¶ Et quia Ariſtoteles dixit orationis partem ſignificare vt dictionem quid ſit dictio manifeſte monſtrat/ dicēs ꝙ homo ſignificat aliquid ſed non vt affirmatio vel negatio ſed erit affirmatio vel negatio ſi ei aliquid addatur per quod voluit innuere dictionem eſſe vocem per ſe ſignificantem ⁊ non ſyllabam vnde hec ſyllaba rex in hoc nomine ſorex non eſt dictio: quia nihil ſignificat in illa dictione. ¶ Conſequenter phūs poſtꝗ̄ determinauit orationem eſſe ſignificatiuā diffinit eā eſſe ſignificatiuam ſecundum placitum ⁊ non ſicut inſtrumentum.

¶ Circa quod eſt aduertēdū ꝙ plato in eo libro qui ſcribitur cratylus voluit orationes eſſe natura ⁊ non ex inſtituto ceu ſecundū placitum. Imaginabatur enim ꝙ omne inſtrumentum naturalium rerum eſt ſecundum naturam ⁊ non ex inſtituto Oculus enim ad videndū/ auris ad audiēdum/ lingua ad loquendū/ ex natura ⁊ non ex inſtituto ſunt: Sicut ergo oculus eſt inſtrumentum anime ad vidēdum ⁊ hoc ex natura ⁊ non ſecūdum placituꝫ. Ita volebat plato orationem eſſe inſtrumentum menti ad aliquid percipiendum. ⁊ hoc ſecundum naturaꝫ ⁊ nō ex inſtituto Ariſtoteles autem intendit oppoſitū vult enim orationes arbitrarias eſſe ſecundum inſtitutuꝫ placitūqꝫ ſignificantes/ quod manifeſte demonſtrat apud omnes gentes diuerſitas vocabuloruꝫ vnde voces naturales ſunt earum autem ſignificationes arbitrarie ⁊ ex inſtituto quod ꝑpulcre declarat boetius editionis ſecunde libro ſecundo hoc mō proponens dicēdū nobis eſt naturaliter quidē eē voces aptāreſqꝫ naturaliter vocabula rebus imprimēdi nō tamē naturaliter ſignificatiuas ſed impōe ⁊ dat analogias bñ deſeruiētes propoſito. Sicut naturaliter ſingularū artium ſumus ſuſceptibiles ſed eas non naturaliter habemus. Sed doctrina concipimus Ita vox quidē naturaliter eſt ſed per vocē ſignificatio non naturaliter/ neqꝫ cū vox ſola nomen eſt aut verbuꝫ ſed vox addita ſignificatiōe Alias dat analogias/ ſicut naturaliter ē moueri ſaltare vero cuiuſdā iā artificū/ ⁊ quē

admodum es quidem naturaliter ē ſtatua vero pōne vel arte Itaqȝ poſſibilitas ipſa ſignificandi et vox naturalis. Significatio vero per vocem pōnis eſt non nature. Ex his manifeſte claret orationem non ſicut inſtrumentum virtutis naturalis ſed ex inſtituto et ſecundum placitum ſignificare licet nunqȝ ſecunduȝ ſe totam impoſita fuerit/ſufficit enim ꝙ ſecundum ſuas partes impoſita fuerit ad ſignificandum. Poſita expoſitione textus vt eorum que dicta ſunt clarior habeatur intelligentia propono hanc queſtionem.

V Truȝ diffinitio orationis poſita a philoſopho ꝛ dicta circa eiꝰ expoſitionē recte aſſerta ſint. Pro elucidatione huius queſtionis.

Aduertendū eſt ꝙ pro diffinito diffinitionis date accipiendum eſt hoc totum oratio vocalis. Philoſophus autem in data diffinitione nec ponit hanc particulam cum tempore nec hanc ſine tempore ad denotandum ꝙ aliqua oratio ſignificat cum tempore vt hec iohannes ſcribit aliqua ſine tempore vt hoc totum plato diſputans in achademia. ¶ Patet ex hoc falſum fuiſſe Syrianum philoxenum qui ſolum orationem que perfectum retinet ſenſum ſub hac diffinitione contineri arbitrabatur. Quam obrem recte Petrus hiſpanus orationes in perfectam ꝛ in imperfectam diuiſit vtrumqȝ enim membrorum ſub diffinitione contineri non eſt dubitandum. ¶ His breuiter notatis ponitur concluſio reſponſalis titulo queſtiōis/diffinitio orationis poſita in textu et dicta circa ipſius expoſitionem ꝙ rectiſſime poſita ſunt

[Margin: Syrianus philoxenus Petrꝰ hiſpanus.]

¶ Contra predicta primo principaliter arguitur ſic. Et primo contra illam particulam cuius partium aliquid eſt ſignificatiuum ſeparatum Et ſic arguo volo ꝙ ly a imponatur ad ſignificanduȝ omnes homines et hoc duntaxat quando ponetur in propoſitione b vero imponatur ad ſignificandum omnia animalia ſic tamen ꝙ extra propoſitionem nihil ſignificet iſto caſu poſito a eſt b eſt oratio ꝛ tamen falſum eſt dicere ꝙ aliqua eius pars ſeparata eſt ſignificatiua igitur diffinitio male poſita eſt.

¶ Et confirmatur volo ꝙ ly a imponatur ad ſignificandum ꝙtum ſigt hec propoſitio homo eſt animal. iſto caſu poſito ſic arguo a eſt propoſitio igitur oratio ꝛ tamen nulla eius pars ſeparata aliquid ſignificat. igitur diffinitio non competit cuilibet ſub diffinito contento. Conſequentia eſt clara ꝛ minor patet qȝ ly a ſimpliciter non habet partes quarum aliqua ſit ſignificatiua.

Ad primuȝ principale reſpondetur concedendo ꝙ in caſu poſito a eſt b eſt oratio vocalis ꝛ quando dicis nulla pars eius ſeparata aliquid ſignificat concedo quia nulla pars eius eſt ſeparata ſed ſufficit ꝙ quando ita eſſet ꝙ partes eſſent ſeparate aliquid ſignificarent vnde ſi ille partes eſſent ſeparate ꝛ ponerentur in aliquibus propoſitionibus ille partes ſignificarent. Et ſi ponas illos terminos ſolum retinere illam ſignificationem in propoſitione data et in eius mentali hoc non arguit particulaȝ illius diffinitionis male poni/datur enim diffinitio de oratione cuius partes eandem retinent ſignificationem in propoſitione ꝛ extra propoſitionem.

¶ Ad confirmationeȝ reſpondet iohannes buridanus tertio ſophiſmate ſexti capituli. [Margin: Buridanꝰ.] ꝙ ſi ad eſſe propōnem ſufficiat ꝙ deſignet nobis aut conſtituat mentalem ita ꝙ nihil plus requiratur tūc in caſu poſito a eſt propoſitio ꝛ per conſequens oratio/ꝛ pari forma circulus ante tabernam/ꝛ poſitio digiti inter moniales ad frontem erunt propoſitiones. Poſtea dicit ꝙ plus requiritur ad eſſe propoſitionem vocalem videlicet ꝙ expreſſe habeat ſubiectum ꝛ predicatum ꝛ hoc pacto a in caſu non eſt oratio. ¶ Multi in iſto cum buridano contendunt ſed certe contentio eſt ad nomen. dico tamen cum communi modo loquendi ꝙ a in caſu dato eſt oratio. Et huius opinionis fuit Boetius capite quinto diuiſionum vbi dicit ꝙ ſi hec littera a imponatur ad ſignificandum tantum ſicut hoc totum animal rationale tunc hic eſt bona diffinitio hominis homo eſt a mortale ꝛ hoc quia tantum ſignificat ſicut hoc totum homo eſt animal rationale mortale. ſi igitur valet hic modus arguēdi hoc cōuertitur cuȝ diffinitiōe hominis ergo hoc ē diffinitio hominis valebit ꝛ iſte hoc conuertitur cū propoſitione ergo hoc eſt propoſitio ꝛ per conſequens ly a in caſu eſt oratio quod boetiꝰ concederet. ¶ Et tunc ad argumentum quando dicis nulla eius pars ſeparata aliquid ſignificat fateor ad ſenſum quem pretendis ſed ad hoc ꝙ ſit oratio ſufficit ꝙ partes illius cui ſubordinatur ſeparatim aliquid ſignificent.

[Margin: Boetius.]

¶ Contra hanc ſolutionem arguitur ſic probando ꝙ a nō ſit oratio ꝛ hoc ſic ſi a eſſet oratio hoc maxime eſſet qȝ ſubordinatur vni orationi in mēte ſed nō ſequitur iſta vox ſubordinatur vni orationi in mente igitur iſta vox eſt oratio quod ſic probo qȝ ſi valeat illa ꝯña pari ratiōe valebit iſte modus arguēdi a ſubordinatur orationi mentali igitur a eſt oratio mentalis ꝛ ſimiliter iſte a ſubordinatur orationi habenti explicite ſubiectum predicatū ꝛ copulam igitur a eſt oratio habens explicite ſubiectum predicatum ꝛ copulam. Et clarum eſt quod nulla iſtaruȝ cōſequentiarū valet igitur nec iſta valet a ſubordinatur orationi igitur a eſt oratio.

¶ Ad hoc argumētū reſpondeo negando hanc conſequentiaȝ non valere iſta vox ſubordinatur vni orationi in mente igitur iſta vox eſt oratio ꝛ nego ꝙ propterea tenet hic modus arguēdi iſta vox ſubordinatur orationi mentali igitur iſta vox eſt oratio mentalis ꝛ diſcrimen eſt quia voces ꝛ ſcripture quo ad aliqua imitantur naturas conceptuuȝ non autem quo ad omnia ſi enim conceptus ſit complexꝰ ꝛ vox illi conceptui correſpondens aut ſcriptura cōplexa dicetur/ſed non oportet ꝙ ſi conceptus ſit in anima ꝙ vox ſit in anima/aut ꝙ ſi conceptus ſignificet naturaliter proprie ſignificet ꝛ vox illo modo. ¶ Multa poſſent hic peti de circulo qui eſt propoſitio an ſit oratio vocalis aut ſcripta de eius contradictoria ꝛ qualiter ſignificet ſed omnia illa ob eoruȝ facilitatem derelinquo.

¶ Sed contra hanc ſolutionem iteruȝ ſic inſtatur. Si ly a in caſu dato eſſet oratio ſequeretur ꝙ ſi quis petat a me eſt ne omnis logicus bonꝰ ſtudens ꝛ me reſpondente ꝙ non ꝙ iſta negatio non eſſet oratio quēadmodū eniȝ in caſu poſito ly a ſubordinatur orationi ita in hoc caſu ly non orationi ſubordinatur teſte enim philoſopho in ſecundo peri hermenias ex illa reſponſione inferri poteſt non omnem logicum eſſe bonum ſtudentem ꝙ nihil aliud eſt dicere ꝙ ꝙ ly non propoſitioni ſubordinatur.

¶ Forte concedes ly non eſſe orationem ſicut ly a.

¶ Contra hoc ſic arguo ly non non ſignificat ad plm non omnē logicum eſſe bonum ſtudentem nec etiam naturaliter igitur nullo mō repreſentat non omnem logicum eſſe bonum ſtudentem

¶ Ad hoc reſpondeo concedendo ꝙ ly non in caſu eſt oratio ſicut ⁊ ly a ⁊ cōcedo ꝙ nec ad placitum nec naturaliter ſignificat non omnem logicum eſſe bonum ſtudentem ⁊ hoc quia ſolum habet ſignificationem dependentem. Si enim quiſpiam ꝗſiuiſſet eſt ne omnis homo ſapiens ⁊ reſpondiſſem ꝙ non tunc ly non ſignificaſſet non omnem hominem eſſe ſapientem ⁊ non repreſentaſſet non omnem logicum eſſe bonum ſtudentem. Et ideo ly non aliud et aliud repreſentat ſecundum ꝙ diuerſis coniungitur ⁊ per hoc gloſari poteſt diffinitio orationis vel dicatur ꝙ ly non ſignificat ad placitum eo ꝙ ſua vocalis equiualens taliter ſignificat. Nec ex illo haberes ꝓpoſitionem mentalem ad placitum ⁊ ſignificare diſcrimen faciliime patet.

¶ Secundo principaliter arguitur ſic hic eſt oratio buf eſt buf ⁊ tamen nihil partium eius eſt ſignificatiuum ſeparatim igitur diffinitio poſita eſt mala. conſequentia eſt clara ⁊ antecedens quoad priorem partem ſic probo hoc totum buf eſt buf eſt ꝓpoſitio vere enim vel falſe repreſentat ⁊ per cōſequēs eſt oratio. Secundam autem partem antecedentis ꝓbo ſubiectum illius non eſt ſignificatiuum ſeparatiꝫ nec ꝑdicatū nā cōſtat ly buf nō eſſe terminū ſigniuum.

¶ Forte dices vt dicunt aliqui ꝙ ſignificare capitur large in diffinitione orationis vt partes illius orationis ſignificant ſeparatim.

¶ Contra hoc ſic arguo ſequeretur ꝙ hoc nomen iohannes eſſet oratio quod eſt falſum. Sequela patet nam eſt vox cuius partes videlicet littere ſignificāt generaliter ⁊ large capiēdo ſignificare

¶ Et confirmatur ſi diffinitio orationis eſſet bene data ſequeretur hic eſſe orationem hō albus quod ſi concedas ſicut eſt concedendum ſic arguo ille due dictiones nihil ſignificāt igitur nec illa oratio ſignificat. tenet conſequentia ⁊ aſſumptuꝫ probo Iſte quattuor ſyllabe demonſtrando quattuor ſyllabas illarum duarum dictionum nihil ſignificant ⁊ iſte quattuor ſyllabe ſunt ille due dictiones igitur/ ꝙ ille quattuor ſyllabe nihil ſignificant probo ſic bene ſequitur vna illarum quattuor ſyllabarū nihil ſignificat. Igitur ille quattuor ſyllabe nihil ſignificant. Tenet conſequentia. quemadmodum bene ſequitur vnus iſtorum non videt ergo iſti non vident demonſtrando nouem videntes ⁊ vnum cecum.

¶ Ad ſecunduꝫ principale reſpōdēt aliqui ꝙ hoc totum buf eſt buf eſt propō et non oratio ⁊ dicūt ꝙ in diffinitione que communiter dari ſolet de propoſitione diffinitur propoſitio cōſtituta ex terminis ſignificatiuis. Sed iſtud eſt contra communem moduꝫ dogmatiſandi quicquid enim ſufficit ad propoſitionem id ſufficit ad eſſe orationem.

¶ Propterea ab alijs ſic reſpondet ꝙ hic eſt oratio buf eſt buf ⁊ alique eius partes ſignificant puta hoc totum buf eſt et ſimiliter hec pars eſt buf. Sꝫ hec reſponſio nihil valet quia accepta hac parte buf eſt peto vel ly eſt vnit ibi aliquos terminos vel non. Si primum ſequitur ꝙ ly buf eſt non ſignificat quando ſeparatum eſt ſed quando eſt pars alterius. Si ſecundum ſequitur hoc totum non eſſe ſignificatiuum nam prima pars nihil ſignificat ⁊ nec ly eſt quia aliqualiter ſignificare de ly eſt eſt vnire extrema. ¶ Aliter ergo reſpondeo ad principale argumētum negando hic eſſe orationem buf eſt buf ⁊ ſimiliter nego hic eſſe propoſitionem aut enunciationem. Omnis enim enunciatio eſt ex nomine ⁊ verbo teſte philoſopho. Cum igitur nullum ſit nomen ſequitur ibi non eſſe enunciationem. Et breuiter ſicut communiter equiuocatur de hoc termino nomen ita ⁊ equiuocandum eſt de hoc termino enunciatio aut propoſitio ⁊ ſicut ly buf eſt nomen large ſumptuꝫ ita eſt hic enunciatio large ſumpta buf eſt buf. Et oratio etiam large ſumpta ⁊ nō oratio ſicut diffinitur hic/ nec abs re ponitur hec equiuocatio vt patꝫ ex regula inueniendi equiuocationes.

¶ Ad confirmationeꝫ reſpondetur concedendo hic eſſe orationem homo albus: ⁊ nego ꝙ ille due dictiones nihil ſignificent. Et ad illum ſillogiſmum nego maiorem immo concedo oppoſitum ꝙ ille quattuor ſyllabe ſignificant: ⁊ ad probationeꝫ nego hanc conſequentiam vna iſtarum quattuor ſyllabarum nihil ſignificat igitur iſte quattuor ſyllabe nihil ſignificant immo nec alia conſequentia adducta valet. Similiter non ſequitur vna iſtarum quattuor ſyllabarum non eſt quattuor ſyllabe: ergo iſte quattuor ſyllabe non ſunt quattuor ſyllabe. Unus iſtorum non eſt populus ergo iſti non ſunt populus non valet conſequentia licet in aliquibus accidat talem modum arguendi valere. ¶ Et hec de queſtione quīta q: parū difficultatis hꝫ annexū dicta ſatis ſint.

¶ Textus.

Enunciatio eſt nō omnis oratio ſed illa in qua veruꝫ vel falſum eſt non autem omnibus ineſt vt deprecatiua oratio quidem eſt ſed neqꝫ vera neqꝫ falſa. Cetere quideꝫ igitur relinquantur rethorice eniꝫ vel poetice conuenientior conſideratio eſt Enunciatiua vero preſentis ſpeculationis eſt. ¶ Neceſſe eſt autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo eſſe vel caſu verbi/ etenim hominis ratio: ſi nō eſt aut fuit: aut erit aut aliquid huiuſmodi addatur nondū eſt oratio enūciatiua. ¶ Quare autem vnum quiddam eſt/ et non multa animal greſſibile bipes (non enī eo ꝙ ꝓpiꝗ ptes dicunt vnū erit) eſt aūt alteri⁹ hoc tractare negocij.

¶ Iſte eſt ſecūdus tractatus huius prime peri hermenias et continet quattuor capitula vt patebit in proceſſu. ¶ Primum autem caput quattuor partes ſortitur: Quarum primam pre manibus habemus in qua philoſopus ponit diffinitionem vnius ſpeciei

orationis. Unde oratio multas ſub ſe ſpecies habet. Eſt enim quedaʒ oratio imperatiua vt eſt illud apud therentium dor: cape hoc tabellum. ⁊c. ⁊ illud virgilij octauo eneydos Accipe daq; fidem: ⁊ iterum illud ferte citi flammaʒ date tela impellite remos: exempla in copia ſunt Alia eſt oratio optatiua vt vtinam dij tibi hanc menteʒ dent. Alia eſt oratio depꝛecatiua vt illud virgilij pꝛimo eneydos Adſit letitie bacchus dator ⁊ bõa Juno. ⁊ illud ouidij. Parcite dardanide de tot pꝛeco: hoſtibus vni Alia eſt oratio enunciatiua vt ſunt hec ſol lucet dies eſt. Et ſolũ de hac ſpecie orationis philoſophus mentionẽ facit in textu. Cetere enim ſpecies orationis Oratoribus ⁊ poetis accommodate ſunt. ſola vero enunciatiua oratio philoſophis/ huius autem cauſam aſſignat Ariſtoteles ꝙ in ſola enunciatiua oratione verum falſum ve inueniri poſſit Depꝛecatio enim vt dicit oratio eſt ſed neq; vera neq; falſa. Cum igitur ſpectet ad logicuʒ verum a falſo diſcernere (Sola enũciatio pñtis logice videlicet) ſpeculationis eſt cetera textus clarẽt. Poſita textus expoſitione ponitur hec queſtio.

Eſt ne diffinitio enũciatiõis recte aſſignata Pꝛo ſolutiõe hui⁹ q̃ſtiõis Notãdũ eſt ꝙ in diffinitiõe poſita nõ erat opus addere nõ oĩs ſolum enim vna enunciatione exiſtente in rerum natura et nulla alia oratione falſum eſſet dicere ꝙ eſſet nõ omnis oratio ⁊c. Sed Ariſtoteles illud addidit ad denotandum non omnem orationem eſſe enunciationem vt dictum eſt in expoſitione: pꝛopterea ly non omnis non eſt de eſſentia diffinitionis/ ly oratio ponitur loco generis reſiduum diffinitionis ponitur loco differentie. Secundum autem diuerſas opiniones de veritate ⁊ falſitate pꝛopoſitionis diuerſi mode poſſumus illam particulam in qua verum vel falſuʒ eſt exponere Si teneamus veritatem diſtinctam eſſe a pꝛopoſitione vera dicendum eſt illa concreta loco abſtractorum poni vt ſit ſenſus enunciatio eſt oratio in qua veritas falſitaſq; conſiſtit tanq̃ in fundamẽto. Si oppoſitam tueamur opinionem dicamus illam de actu exercito loco vnius de actu ſignato eſſe accipiendam vt ſit ſenſus enunciatio eſt oratio que vere aut falſe repꝛeſentat. ¶ Iſtis annotatis ponitur concluſio reſponſalis titulo queſtionis Diffinitio poſita recte aſſignata eſt pꝛobatur cõcluſio auctoritate philoſophi eam diffinitionem ponentis.

¶ Contra predicta primo principaliter arguitur ſic diffinitio aliquibus cõpetit a quib⁹ remouetur diffinitum igitur diffinitio poſita eſt male aſſignata. Conſequentia eſt manifeſta ⁊ pꝛobo antecedens orationes depꝛecatiue optatiue imperatiue ſunt orationes in quibus verum vel falſum eſt ⁊ claruʒ eſt tales orationes non eſſe enunciationes igitur aſſis quoad ſecundam partem pꝛobatione non eget pꝛiorem tamen ſic pꝛobo me dicente vtinam ſcolaſtici mei eſſent boni ſtudẽtes repñtatur vere vel falſe audientibus ⁊ per conſequens illa oratio optatiua vere vel falſe ſignificat. ¶ Tum etiam audientes aſſentiunt orationi a me pꝛolate ſi enim petatur ab aliquo ſcolaſtico meo an ne fidem adhibeat verbis meis ſtatim reſpondebit ꝙ ſic ⁊ per conſequens talis aſſentit orationi a me pꝛolate. Sed non contingit aſſentire niſi vero aut falſo igitur illa oratio vera eſt aut falſa ⁊ per conſequens enunciatio. Et ſicut pꝛobatur orationem optatiuam eſſe nunciationem idem faciliter de alijs ſpeciebus enunciationis deducetur.

¶ Et confirmatur hec oratio hominẽʒ eſſe aĩal vere vel falſe ſignificat ⁊ tñ conſtat illam orationem non eſſe enunciationem. igitur diffinitio poſita competit alijs a diffinito quod infert eam non eſſe recte poſitaʒ ꝙ illa oratio vere vel falſe ſignificat patet nam hec enunciatio homo eſt animal vere vel falſe ſignificat ⁊ pꝛeciſe ſignificat hominem eſſe animal igitur hominem eſſe animal ſignificare eſt vere ſignificare ſed hec oratio hominem eſſe animal ſignificat hominem eſſe animal igitur vere ſignificat.

¶ Ad primum principale varij ſunt modi reſpõdendi. Boetius tenet nullas orationes niſi enunciatiue ſint ſignificare vere aut falſe. dicit eniʒ expꝛeſſe in pꝛologo editionis pꝛime ꝙ in hac oratione da mihi codicẽ neq; verũ neq; falſum inueniri poteſt ſed iſtud nõ opinor eſſe verum Si eñi dixero da mihi codicẽ intellectus audientis ſtati aſſentit ⁊ non expectat vlteriorẽ determinationem repñtatur enim per illam orationem me velle habere codicem Johannes dorp ⁊ alij cõiter loquẽtes dicũt ꝙ ille orationes optatiue depꝛecatiue aut imperatiue nõ ſunt enunciationes. ſed capiuntur loco enunciationũ vt iſta vtinã ſcolaſtici mei eſſent boni ſtudẽtes loco iſtius capitur voluntas mea eſt vt ſcolaſtici mei eſſent boni ſtudentes. ¶ Sed iſtud dictum repugnantiam inuoluit qñ enim dicitur ꝙ capiuntur loco enunciationum vel hoc eſt dicere ꝙ ſubordinantur talibus enunciationibus vel ꝙ repñtant illud audientibus quod per tales enunciationes repñtatur. Et quodcunq; iſtoꝝ detur ſemper concedenduʒ erit illas orationes fore enũciationes. ¶ Pꝛopterea aliter reſpondeo concedendo oẽs illas orationes eſſe realiter enunciatiões quẽadmoduʒ tactum eſt de ly a in queſtione pꝛecedenti. Et tunc ad philoſophũ dico ꝙ non negaſſet iſtas orationes eſſe enunciationes ſʒ voluit dicere ꝙ magis ſpectant ad rethorẽ q̃ ad logicũ/ ⁊ ita philoſophus hic capit enunciationẽ ſtricte pꝛo oratione qua vtũtur logici in ſuis argumentationibus/ dictũ eſt pꝛi⁹ ꝙ in aliquo caſu ly ſortes eſt pꝛopoſitio ⁊ ſimiliter illa negatio non. Et tamen Ariſtoteles diceret ꝙ non eſſet pꝛopꝛie enunciatio ſicut hic capitur non eñ vti ſolemus talibus pꝛopoſitionibus.

Boetius.

Johannes dorp.

¶ Ad confirmationem reſpondent aliqui ꝙ iſta oratio deum eſſe ſignificat verum ⁊ pꝛopterea dicunt ꝙ in diffinitione enunciationis ſubintelligenda eſt hec particula indicando ſecundum ꝙ dicit P/h/ Iſtud tamen non valet q: communiter dicitur ꝙ .p.h. non debebat addere illam particulam ſicut philoſophus eam non poſuit Illud etiam ſolet impugnari quia tunc diffinitio nõ competeret huic conditionali ſi ſortes curreret ſortes moueretur Tuʒ quia etiam diffinitio enunciationis non competeret huic orationi ſortes eſt vel non eſt. Etiam dictum eſt ꝙ orationes depꝛecatiue imperatiue optatiue ⁊ ſimiles realiter ſunt enunciationes.

¶ Reſpondeo igitur aliter ad argumentum pꝛio ꝙ illa oratio deum eſſe ſignificat veruʒ vel falſum quod ſic ſuadetur. Si ſortes dicat dico deum eſſe aſinum diceremus omnes eum dicere falſum igitur iſta oratio deum eſſe aſinum repñtat vere vel falſe. ¶ Unde dico ꝙ illud non ſufficit ad eſſe enunciationem ſed requiritur ꝙ ſignificet verum vel falſum quieſcenter illud declaratur. Si ergo dicã multi ſunt hic mali ſtudẽtes ⁊ hoc totũ multi ſunt hic mali ſtudẽtes ⁊ non ẽ oratio ⁊ tñ vere vel falſe ſignificat.

Sed hoc nō quieſcenter. ¶ Secundo dico ꝙ iſta oratio deum eſſe aſinum non ſignificat vere vel falſe q: ſi illa oratio preciſe proferatur non repreſentabit vere vel falſe. Et tunc diſtinguo iſtā propōnē deū eē ē verū vel ſi hoc totū deū eſſe ſupponat materialiter ꝓ ſe ⁊ ſic illa propō eſt negāda: vel ſi ſupponat materialiter ꝓ ꝓpōe cuius ē dictū ⁊ ſic ꝯcedo illā ꝓpoſitionē

¶ Forte dices bene ſequitur oē verū eſt propō: deum eſſe eſt verum / ergo deū eſſe eſt propoſitio. Reſpondet paulus venetus ꝙ ꝯña nihil valet q: ly verum in maiori tenetur nominaliter ⁊ in minori aduerbialiter ſeu modaliter Unde quādo ſumit̃ noīaliter ſolūmō ꝓ ꝓpōe vera ſupponit. Sꝫ qñ modaliter tenet̃ ⁊ determinat orationē īfinitiuā ſupponit ꝓ ſignificato ꝓpōis vere ꝓpterea ad inferēdū illā ꝯcluſionē oporteret ſic ſubſumere deū eē ē aliquod verū ⁊ tūc ly verū ꝓpter illō adiectiuū tenet̃ noīaliter ¶ Aliter tñ reſpondeo concedendo conſequentiam adductam dummodo minor extremitas ſemper pro eodē ſupponat vel ꝓ ſe vel ꝓ ꝓpōe cuius eſt dictum.

Boetius

¶ Circa ſignificatū ꝓpoſitiōis multe ſunt opiniões ꝑtractāde de q̄bus tñ in ꝑñtiarū nihil dico q: illā materiā ꝑtractabo i libro poſteriorꝫ.

¶ Secundo principaliter arguit̃ ſic deus ad extra repñtat vere vel falſe ⁊ tamen non eſt enūciatio igitur. Maior patet quia ſibi ipſi repñtat omnia futura contingentia vt puta antechriſtum eſſe futurum vt probabitur in fine huius primi. Minorem autē probo ſic detur oppoſitum ꝙ deus ſit enunciatio ⁊ ſic arguo bene ſequitur illa res que eſt deus eſt enunciatio igitur eſt oratio ꝯñs eſt falſum igitur ⁊ añs. Falſitas cōſequentis probatur q: deo non competit diffinitio orōis quālibꝫ ei orōnē opꝫ eſſe cōpoſitā formaliter aut equalenter ex pluribus ꝑtib⁹ ꝑ ſe ſignificatiuis quod repugnās eſt diuine ſimplicitati.

¶ Et cōfirmatur aliqua eſt enūciatio q̄ nec ſignificat verū nec falſum igit̃ / aſſumptū ꝓbo de iſta berta ē albus ꝙ ſit enūciatio ſic ꝓbo ipa ē concluſio alicuius ſillogiſmi igit̃ ē enūciatio ꝯña eſt clara ⁊ aſſumptūꝫ ꝓbo hic ē ſillogiſm⁹ oīs hō ē alb⁹ berta eſt hō ergo berta ē alb⁹ igit̃ / ꝙ aūt nō ſignificat verū vel falſum ꝓbo ſic verū ⁊ falſum ꝑſupponūt congruum vt dicit ariſtoteles in capite de noīe ſꝫ iſta orō nō eſt cōgrua igit̃ nō ſignificat verum vel falſum.

¶ Ad ſecūdū principale reſpōdet petr⁹ de aliaco ꝑ vnā ꝓpōnē quā vt dicit ꝓbabiliter et nō aſſertiue ponit ⁊ eſt hec: ſicut deus ſeu diuina noticia eſt veritas ſic eſt ipē intellectui diuīo ꝓpō vera ⁊ ita deus eſt enūciatio quēadmodū cū aliqua enunciatio mētalis mihi repñtat v̄e vel falſe ita ⁊ ipē de⁹ ſibi repñtat vere: hoc tñ intereſt q: q̄libꝫ noticia creata eſt res diſtincta ab eo cui eſt noticia vt videbitur alibi noticia tñ increata eſt ipē deus ⁊ nō ē aliq̄d realiter ab eo diſtinctum nō ſolū aūt ponere hanc ꝓpōnē ꝓbabiliter immo ⁊ aſſertiue nullū ē periculum et tunc ad argumētū r̄ndeo concedēdo deū eē orōnē et nego ꝙ q̄libꝫ orōnē opꝫ eē cōpoſitā ex pluribus ꝑtibus loquēdo tā de creata q̄ increata ⁊ dico ꝙ in diffinitiōe orōnis debꝫ accipi pro diffinito hoc totū orō creata immo forte eſt aliqua orō mentalis creata que nullo mō ē ꝯpoſita ex pluribus ꝑtib⁹ ꝑ ſe ſignificatiuis vt imaginarie ſed de hoc videbit̃ in ſcđo peri hermēias. ¶ Thomiſte negāt deū eē ꝓpōnē q̄d facile eēt īpugnare ſꝫ alteri⁹ ē negocij vobis tirūculis q̄b⁹ hec ſcribo ſufficiat propoſitio poſita quam vt conſequenter defenſare ſciatis breuiter.

De aliaco

Thomiſte.

¶ Cōtra eā iſtabo ⁊ hoc ſic oīs enūciatio āt ē cathegorica aut hypotetica vt poſtea patebit ex vna diuiſiōe enūciatiōis ſꝫ deus nec eſt enūciatio cathegorica nec hypotetica igit̃ ſimpliciter nō eſt enūciatio ꝯña eſt clara cum maiori ⁊ minorē ꝓbo et primo ꝙ nō ſit cathegorica pꝫ q: nō ē enunciatio in qua aliquid de aliquo enūciatur ꝙ etiā nō ſit hypotetica ſic probo nō eſt enunciatio compoſita ex cathegoricis igitur non eſt hypotetica.

¶ Forte dices ſicut dicēdū eſt ꝙ iſte diuiſiōes dant̃ ſolū de cathegoricis creatis ⁊ etiā de hypotheticis creatis. Et ꝓpterea lꝫ deus nō cōponit̃ ex pluribus cathegoricis tamen eſt propō hypotetica pro tanto q: ſibi repñtat hypotetice ſicut dicitur cathegorica q: cathegorice repreſentat.

¶ Sed cōtra hoc ſic arguo inferēdo ex illo multa incōueniētia. ¶ Primū eſt ꝙ eadē enūciatio eſt cathegorica ⁊ hypotetica. ¶ Scđm ē ꝙ propō neceſſaria eſt cōtingēs q: deus repñtās ſibi hanc propōnē hoc inſtās ē demōſtrādo inſtās pñs repreſentat ſibi ꝓpōnē contingentem: ⁊ per cōſequens eſt propoſitio cōtingens: ⁊ ꝙ ſit propoſitio neceſſaria faciliter probari poteſt. ¶ Tertiū inconueniens eſt ꝙ deus ē ꝓpō fal̄ā q̄d ē abſurdū ꝙ tñ illō ſequat̃ ſic ꝓbo ſi deus repñtet ſibi hāc cōditionalē ſi hō ē aſin⁹ hō ē irrationalis deus ꝓpō fal̄ā ſꝫ pōt ſibi illā cōditionalē repñtare igit̃ in illo caſu de⁹ ē ꝓpō falſa Maior aūt ꝓbat̃ ſi repñtat ſibi illā conditiōalē repñtat ſibi añs ⁊ ꝑ ꝯñs ē ꝓpō fal̄ā ⁊ impoſſibilis. ¶ Quartū inconueniēs eſt ſeq̄ret̃ hāc ꝓpōnē eē cōcedendā ſortes ē plato q̄d ē manifeſte fal̄m q̄d tñ illud ſequat̃ ꝓbo ſic ibi ꝑdicat̃ ſinonimū de ſinoīo igit̃ illa ē ꝯcedēda: aſſumptū ꝓbo deus ē adeq̄ta ⁊ diſtincta noticia platonis ⁊ cuꝫ illi termī ſubordinētur deo ſequit̃ ꝙ ibi ꝑdicat̃ ſinonimum de ſinonimo quod erat probandum.

¶ Ad hoc argumentū reſpondet̃ cōcedēdo ꝙ de⁹ ē enūciatio cathegorica ⁊ etiā hypotetica ⁊ ad improbationē r̄ndeo ſicut r̄ñſum ē. ¶ Et ad primū incōueniēs cōcedo illatū nec illō reputādum eſt incōueniēs. ¶ Ad ſcđm concedo ꝙ ꝓpō neceſſaria eſt contingens nam ſicut inter arguendum probatum eſt ſicut deus eſt ꝓpō neceſſaria ita etiaꝫ eſt ꝓpō cōtingens. ¶ Ad tertiū incōueniēs ꝯcedo ꝙ deus eſt ꝓpoſitio falſa nec illud eſt abſurdū: ⁊ breuiter dico ꝙ dupliciter pōt intelligi deū eſſe propoſitionē falſam vno mō ꝙ ſit ꝓpoſitio falſa eo ꝙ repreſentat ſibi falſū adherēdo ⁊ aſſentiēdo ei. Alio modo pōt intelligi ꝙ ſit ꝓpoſitio falſa quia ſibi repreſentat ꝓpoſitionē falſaꝫ dato ꝙ ei nō aſſentiat. ¶ Tūc pono vnā ꝓpoſitionē: abſurdū eſſet dicere deū eſſe ꝓpoſitionē falſam in primo ſenſu: ꝯcedere tñ eū eſſe ꝓpoſitionē falſaꝫ ſcđo modo nō video ꝯtinere rationē abſurditatis: ⁊ quando doctores dicūt ꝙ deus nō eſt nec poteſt eſſe falſitas intellige in primo ſenſu. ¶ Ad quartū incōueniēs reſpōdetur negādo ꝙ iſta ſit cōcedenda ſortes eſt plato. Et quando dicis ibi ꝑdicatur ſinonim⁹ terminus de ſinonimo igit̃ illa eſt vera nego añs ⁊ quādo dicis de⁹ repreſentat ſortem diſtincte ſicut naturalis ſimilitudo ſortis: igit̃ iſte terminus ſortes ſubordinat̃ deo in ſignificando ⁊ etiam deus diſtincte repreſentat platonē: igitur ly plato ſubordinat̃ deo in ſignificando ⁊ per ꝯſequens iſti duo termini ſunt ſinonimi: dico ꝙ argumentū ꝓcedit ex nō intelligentia: deus enim licet ſortem repñtet ſicut naturalis ſimilitudo ſortis cum

hoc etiā tamē repreſentat platonē quēadmodū naturalis ſimilitudo platonis platonē repñtat ⁊ ita clarū eſt quō ly ſortes nō ſubordinať deo in ſignificādo

**¶ Forte iteruʒ petis an deus ſit enūciatio mentalis ſcripta aut vocalis** dicitur ꝙ nec ſic nec ſic. Et illa diuiſio communis datur de enūciatione creata verum eſt tñ ꝙ magis cōuenit cū enunciatione mentali ꝙ̄ cum ſcripta aut vocali.

**¶ Ad confirmationē reſpondeť ne**gando ꝙ aliqua ſit enūtiatio q̄ non ſignificet verum vel falſum: Et nego ꝙ iſta ſit enūtiatio berta ē albus ſi ly albus habeat pro ſuo ſubſtātiuo ly berta quemadmodum debet habere. Sed ſi ſubintelligiť ly hō ita ꝙ illa ꝓpoſitio repreſentaret bertā eſſe hoiem albuʒ tunc illa orō eſſet enūciatio ⁊ eſſet cōgrua. Si autē illa propoſitio capiať in primo ſenſu claruʒ eſt hic nō eſſe ſillogiſmum oīs homo eſt albus berta eſt homo ergo berta eſt albus: eo ꝙ illud adiectiuuʒ non habʒ pro ſuo ſubſtantiuo illum terminum in concluſione quem habuerat in maiori.

**¶ Forte petis an ſecunda cathegorica** huius copulatiue ſortes currit ⁊ moueť ſit oratio congrua ⁊ videtur ꝙ non quia partes illius ſcđe cathegorice nō habent congruitatem inter ſe qualē habent adiectiuum ⁊ ſubſtantiuū vel ſuppoſitū ⁊ appoſitum ⁊ ita de aliīs. ¶ Ad iſtud faciliter reſpondetur concedendo ꝙ illa ſcđa cathegorica ē cōgrua vñ licʒ partes de ly moueť q̄ eſt ſcđa cathegorica nō habeant congruitatē inť ſe ſufficit tñ ꝙ ptes illi⁹ cui ſubordinať talē ſortiātur congruitateʒ ⁊ hec de q̄ſtione.

¶ Textus.

# Eſt aūt vna oratio enūtiatiua que vnū de vno ſignificat vel cōiūctione vna. ¶ Plures aūt q̄ plura et non vnum vel incōiūcte. ¶ Nomen ergo ⁊ verbuʒ dictio ſit ſola qm̄ nō ē dicere ſic aliq̄d ſignificātē voce enūtiare vel aliquo interrogāte vel non ſed ipſo proferente.

Hec ē ſcđa ps primi capitis ſecūdi tractat⁹ in q̄ phūs poſt diffinitionē enūtiationis ponit vnā ipſius diuiſionē deide poſuit diffinitiōes mēbrorʒ. ¶ Diuiſio ē hec enūciationū alia ē enūtiatio vna alia eſt enūtiatio plures diffinitū diffinitionis p̄cedēti q̄ſtione aſſignate diuiſuʒ ē p̄ntis diuiſiōis. ¶ Unde enūciatio plures eſt illa q̄ ſubordinať pluribus mētalib⁹ incōiuncti ſumptis vt ē hec orō cato fuit phūs ſubordiari eñ pōt mētali rep̄ſentāti catonē vticēſeʒ fuiſſe pbm ſimiliter vni mētali rep̄ſentāti catonē cenſorinū oratorē fuiſſe philoſophum. Similiter hec orō canis eſt ſubā eſt enūciatio plures ſubordinari eñ pōt tribus mentalibus incoiunctim ſumptis quaruʒ vna canē latrabilem Alia canē illum celeſtem pedes geminorum inſignum obediētie retroſequentē Alia vero canem marinum ſubām eſſe deſignat. ¶ Enūciatio autem vna eſt que vnice mentali ſubordinatur et vult phūs ꝙ ſi accipiantur plures enūciationes mediante aliqua coniūctione q̄ cōſtituunt enunciationem vnam vt hec eſt enunciatio vna ſi ſol lucet dies eſt. ſi autem plures accipianť enūciationes ſine cōiunctione eſt enunciatio plures vt ſi dixero apollo vates eſt iuppiter tonat/ poſſunt enim ille due enunciationes accipi vt vna orō ſignificans appollinem vatem eſſe hāc propoſitionē iuppiter tonat. aut poſſunt accipi vt ſint due orōnes per ſe ſi auteʒ due ille enūciationes cōiunctiōe cōiūgerentur vnam enūtiationem efficerent poſtea ſubiūgit philoſophus ꝙ noīa ⁊ verba dictiōes ſunt dictio eñ nec verum nec falſum continet ſiue proferatur alio interrogante ſiue non.

**¶ Forte dices ſi aliquis interroget** vtrū ſocrates diſputat ⁊ reſpondeā diſputat tunc vt cōceſſuʒ eſt i p̄cedēti q̄ſtiōe ly diſputat ē enūciatio ⁊ ꝑ ɔñs aut verū aut falſum cōtinet. ¶ Ad hoc dicit boetius ꝙ ſi ly diſputat cuʒ tota interrogatiōe iungatur tunc eſt enūtiatio ſʒ ſi ꝑ ſe intelligať dato ꝙ alio interrogāte ꝓferať nec verū nec falſum continet ⁊ ſicut dictū eſt prius Ariſtoteles hic in p̄ñtaruʒ ſtricte capit enūciationem ꝓ orōne qua cōiter vtimur in diſputationibus ⁊ ꝑ hmōi equocationē facile eſt omnia quadrare more ſolito poſita expōe textus moueo hanc queſtionem. Boetius.

# Utrū diuiſio enūciationis poſita ⁊ mēbrorū diffinitiones recte aſſignantur.

Pro ſolutione huius queſtiōis Notādū ē ꝙ nō eſt idē dicere aliquā enūciationē eſſe ſimplicē ⁊ aliq̄ enūciationē eē vnā ⁊ aliquā enūtiationē eē plures aut ꝯpoſitā ¶ Uñ illa enūtiatio ſimplex dr̄ q̄ ſolū duos terminos cōtinet vt ē hec hō viuit ſimilr̄ hec enūciatiōes ſimplices ſunt oīs hō viuit aliquis homo eſt viuēs: ſolū eñ ex duobus terminis ille enunciationes conſtant Accipio hic terminum ſicut accepit ariſtoteles primo priorum. ¶ Illa autem enunciatio compoſita diciť que vltra duos terminos cōtinet vt eſt hec plato philoſophus in achademia diſputat. ¶ Ex his patet aliquam enunciationē ſimplicem: eſſe enunciationē plures ⁊ aliquam enunciationem vnam eſſe compoſitam. Sicut enim patet ex expoſitione textus enunciationem eſſe vnam aut plures attendendum eſt ex dictionum ſignificatione. Simplex autem ⁊ compoſita non ex ſignificatione ſed ex verborū ⁊ nominum pluralitate cognoſcitur. Claret igitur aliud eſſe enūciationem ſimplicem aliud vnam aliud enunciationem plures ⁊ aliud compoſitaʒ. ¶ Iſtis breuiter notatis ponitur cōcluſio reſpōſiua. Diuiſio poſita vna cum diffinitionibus membrorum eiuſdeʒ diuiſionis recte aſſignatur concluſio probatione non eget.

**¶ Contra predicta primo pricipaliter** arguitur ſic in qualibet bona diuiſiōe oportet diuiſum de quolibet membrorum diuidentiuʒ poſſe verificari ſed oppoſitum contingit in hac diuiſione igitur nō ē bona. Conſequentia eſt clara cum maiori et minorem probo Nulla enunciatio plures eſt enunciatio ⁊ ꝑ ɔ̄ſequēs ab illo membro diuidente remouetur diuiſum tenet conſequentia ⁊ aſſumptum probo. Et accipio hanc enunciationem plures canis eſt ſubſtantia. Et peto vel eſt enunciatio vel non. Si ſecundum habeo ꝓpoſitū. Si primum ſic arguo a qualibet enunciatione habente conuertibile aut equiualens ad ipſum equiualens eſt bonum argumentum: vt omnes logici vno ore predicant ⁊ per cōſequens ſi ly canis eſt ſubſtātia ſit enunciatio hic erit bona conſequentia canis eſt ſubſtātia: ergo canis latrabilis ē ſubſtantia canis celeſtis eſt ſubſtantia canis marin⁹ eſt ſubſtantia quod liquet eſſe falſum. Nullum enim ibidem eſt conſequens. Aggregatum eñ illaruʒ triū

propoſitionum non eſt enunciatio nec complexum ꝓpoſitionale: ⁊ per conſequens non eſt conſequens. relinquitur ergo illam enunciationem plures non eſſe enunciationem quod infert propoſitum.

¶ Et confirmatur nulla eſt enūciatio vna: igitur diuiſio ꝑſupponit falſum tenet conſequētia et aſſumptū ꝓbo omnis enunciatio eſt enunciatio plures igitur nulla eſt enunciatio vna Conſequentia eſt clara et pro antecedētis ꝓbationem peto a te vtrum ad hoc ꝙ aliqua ſit enunciatio plures requiritur ꝙ actualiter ſubordinetur pluribus mentalibus vel ſufficit ꝙ poſſit ſubordinari pluribus mentalibus: non eſt dandum primum q: ſtat ꝙ aliqua ſit enunciatio plures circa quam nullus aduertit. Dandum ergo eſt ſecundum ⁊ ex illo ꝓbatur intentum de qualibet enūciatione plures pōt formari plures mētales quarū cuilibet illa ſubordietur prolata em̄ hac ꝓpoſitione deus eſt deus corā multis ꝗlibet illorū audientiū formare poterit mētalem cui illa vocalis ſubordinetur ⁊ ꝑ cōſequēs illa erit enūciatio plures ⁊ ſicut de illa enūciatione ꝓbaꝛ eā eſſe enūciationē plures ita ⁊ de qualibet enunciatione probari poterit.

¶ Forte dices ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄ oratō ſit enunciatio plures nō ſufficit ꝙ poſſit ſubordinari pluribus mētalibus ſ; requiritur ꝙ poſſit ſubordinari pluribus mentalibus non ſinonimis.

¶ Contra hoc ſic arguo hec enūciatio deus eſt deꝰ ſubordinari pōt pluribꝰ mētalibꝰ nō ſinonimis igitur adhuc nō ſaluatur qui ſit enūciatio plures ꝓbatur aſſumptū illa enunciatio ſubordinari pōt vni mentali vltimate ⁊ vni mentali non vltimate ⁊ conſtat illas ꝓpōnes eſſe nō ſinonimas: igitur ⁊ ſicut ꝓbatur de illa enunciatione ita de qualibet probari poterit ⁊ per ꝯñs quelibet enunciatio eſt enunciatio plures quod erat probandum.

¶ Ad primuʒ principale in quo petitur illa difficultas cōis an enunciatio plures eſt enūciatio duplex eſt modus reſpōdēdi/ vnus eſt modus cōis tenens quālibet enunciationē plures eſſe enunciationeʒ. Alius eſt huic oppoſitus ⁊ eſt petri mātuani in ſua logica. Capite de veritate propōnis ⁊ vnum ex eius motiuis eſt argumentum principale.

Mantuanꝰ

¶ Prima opinio hoc tēpore cōmunis his modis perſuaderi poteſt p̄io ſic quilibet terminus equiuocꝰ eſt vniuocus vt cōmuniter aſſerunt oēs igiꝛ a ꝯueniēti ſimilitudine ꝗlʒ enūciatio plures eſt enunciatio tenet ꝯña q: vtrobiq; eſt equalis ratio.

¶ Scdo ſic hec enūciatio canis eſt ſubſtātia eſt veri repſitatiua quieſcenꝛ ſicut quecūq; enūciatio vna igiꝛ ipa eſt enūciatio tenet cōſequētia per diffinitionē enūciatiōis ⁊ aſſumptū pʒ q: illa enūciatio ſignificat canē illū celeſtē eē ſubām ſimiliter ⁊ canē illum marinuʒ quorum vtrūq; conſtat eſſe verum.

¶ Tertio ſic ſi enūciatio plures nō eſſet enūciatio ſeqreꝛ ꝙ ſi aliquis inſipiēs ꝓferret hāc ꝓpōnē nō deꝰ eſt capiēdo ly nō negāter ꝙ eēt in poteſtate mea facere ꝙ ille inſipiens non diceret falſum quod eſt abſurdū Sequela m̄ ꝓbaꝛ in poteſtate mea eſt ꝙ accipiā negationē illā infinitāter igitur in p̄tāte mea eſt facere illā enūciationeʒ eſſe enunciationeʒ plures ⁊ ſcdm opinionem oppoſitaʒ ſi illa orō ſit enūciatio plures non amplius eſt enūciatio ⁊ ꝑ ꝯñs non amplius eſt vera aut falſa ⁊ ꝑ ꝯñs ego facerem ꝙ talis ꝓferens nō diceret falſum. ¶ Et ex illo ſequereꝛ vnū aliud abſurdū ꝙ nullus ꝓferēs aliquā ꝓpōnem corā aliquibus eſſet certꝰ an ꝓferret verū aut falſum dubiū em̄ ei eſſet an id qḋ ꝓfert ſit enunciatio plures

¶ Tenēdo igiꝛ hūc moduʒ dicēdi inferuntur correlaria. Primum eſt eadem enūciatio eſt enūciatio vera ⁊ enūciatio falſa. Correlariū pʒ de hac vocali nō deus eſt que ſcdm ꝙ ſubordiatꝛ vni mētali in qua ly nō teneꝛ infinitanꝛ eſt vera ſcdʒ ꝙ mētali in qua teneꝛ negatio neganꝛ ſubordinatur eſt falſa. Declaraꝛ hoc in aliis ſcdʒ philoſophū in ꝓhemio voces nō ſunt eedē apud oēs poterit ergo hec ꝓpō homo eſt aīal in alia lingua ſignificare hoiem eſſe lapidem. ſi igiꝛ corā aliquo illius idiomatis ⁊ coraʒ aliquo latino ꝓferat ꝗs hāc hō eſt aīal tūc eadē enūciatio que eſt vera latino eſt vni alteri falſa/ ſimiliter ſi hec ſit ſcripta in pariete ego ſum iohēs ⁊ legatur a me ⁊ ab aliquo alio non vocato hoc noie tūc eadem enūciatio ſcripta eſt vera ⁊ falſa. Pari forma ſi ſcribantur iſte due ꝓpōnes aliquis hō eſt ſortes aliqs hō diſputat ⁊ ponaꝛ vna ſup aliā ⁊ in fine ſcribaꝛ iſta cōiūctio ⁊ cuʒ hac ꝓpōe plato eſt ille tūc illa enūciatio plato eſt ille eſt enūciatio vera ⁊ falſa eſt em̄ pars principalis vnius copulatiue vere ⁊ per conſequens ipſa eſt vera ⁊ eſt altera pars copulatiue falſe cuius prima pars eſt vera igitur ipſa eſt falſa. Multis aliis modis declarari poſſet quo modo eadem enunciatio eſt vera ⁊ falſa ſed ob facilitatē ptrāſeo. ¶ Scdʒ correlariū eadem enūciatio eſt poſſibilis ⁊ impoſſibilis neceſſaria ⁊ cōtingēs ⁊ ex neceſſario ſequiꝛ impoſſibile nec vꝫ hic modus arguendi. Hec enunciatio eſt impoſſibilis igitur non pōt ita eſſe ſicut per eā ſignificaꝛ ſimiliter nō ſequiꝛ hec enūciatio eſt neceſſaria igitur nō poteſt aliter eſſe ꝙ̄ per eā ſignificaꝛ: correlariuʒ ꝓbatiōe nō eget. ¶ Tertiuʒ correlariū alicuius bone ꝯñe pōt añs eſſe verum ſine ꝯñte ⁊ nō quicquid ſequitur ad ꝯñs bone cōſequētie ſequitur ad eius añs. Prima pars correlarij pʒ hic eſt bona cōſequentia non deus eſt ergo hō eſt aſinus puta tenēdo ly nō negāter ⁊ tenendo ly nō infinitanter erit añs verum ſine ꝯñte. ¶ Scda pars correlarij declaratur bene ſequitur ſi oīs homo eſt aſinꝰ oīs hō eſt aſinus ergo oīs hō ſi eſt aſinus eſt aſinus. ⁊ ad illud ꝯñs ſequitur hec propō oīs homo ē aſinus ⁊ tn̄ non ſequitur ad añs illius ꝯñe nō em̄ ſequitur ſi oīs homo eſt aſinus oīs homo eſt aſinus ergo oīs homo eſt aſinus. Multa alia correlaria inferri poſſent de ꝗbus oibus propter temporis penuriam ſuperſedeo. Tuʒ q: ea quiſq; veſtrum per ſeipſum inferre poterit.

¶ Iſtis declaratis cōſequenter defendēdo hanc opinionē communē reſpōdeo ad argumētum principale negando ꝙ nulla enunciatio plures eſt enunciatio immo quelibet talis eſt enūciatio vt dictum eſt et tūc quādo dicis hic erit bona conſequētia canis eſt ſubſtantia ergo canis latrabilis eſt ſubā: canis celeſtis eſt ſubā: canis marinus eſt ſubā. nego conſequentiaʒ non em̄ ibi eſt conſequens ⁊ per ꝯñs nec cōſequētia. Et ad ꝓbationē cōcedo ꝙ a qualibet enūciatiōe habēte cōuertibile aut equiualēs ad ipm equiualēs eſt bonū argumētū Modo illa enūciatio canis ē ſubſtātie nō equiualet illi cōgregato. Equalere ei ē ꝓpria paſſio ꝓpoſitionū bene verū eſt ꝙ nihil nec aliqualiter ſignificaꝛ ꝑ illā enūciationē plures qui illud vel eodē mō aliqualiter ſignificet aliqua ꝑs illiꝰ aggregati. Et ſi in hac ſignificatiōe velis vti hoc termino equalere tūc negabo ꝙ ab oi enūciatiōe ad ꝗlibet eiꝰ equiualēs valeat argumētū. Et vlterius cōcedā ꝓpōnē cōuerti cum nō propoſitione. Et iſta videntur potius ſtare ad nomen ꝙ̄ in aliquo alio.

¶ Tamen contra hunc modū dicen
di ſic arguo Quacūq; propóne ꝓpoſita ad ipā3 eſt re
ſpondendū eam cōcedēdo vel negando vel dubitan/
do. igitur ſi iſta enunciatio plures canis eſt ſubſtātia
eſt propoſitio ipſa propoſita eſt cōcedenda negāda vł
dubitanda qđ ſi cōcedas pono tibi hāc canis eſt ſub/
ſtantia qua admiſſa propono eādē qua cōceſſa ꝓpo/
no tibi hoc aggregatū canis latrabilis ē ſubſtātia ca/
nis celeſtis eſt ſubſtātia canis marinꝰ eſt ſubā Si ꝯce
dis bñ reſpōdēdo ⁊ nihil eſt cōcedēdū niſi propō igiť
illud aggregatū eſt propoſitio quod ꝯſtat eſſe falſū.

¶ Si forte dicas nō eſſe reſpōdendū
ad illud aggregatū eo ꝙ nō eſt propō ſic Arguo quo/
tienſcūq; proponiť poſitū ſub forma poſiti ipm eſt cō
cedendū vt dicūt obligatores oēs ſed qñ proponitur
illud aggregatum ⁊ primo fuit poſita enūciatio que
ſubordinatur illi aggregato tūc proponiť poſitū ſub
forma poſiti igitur illud aggregatū eſt cōcedendum ſi
alia enunciatio plures que illi aggregato ſubordina
tur ſit admittenda ꝙ qñ illud aggregatū3 proponitur
poſitum ſub forma poſiti pt3 q: proponere poſitū ſub
forma poſiti nihil aliud eſt ꝙ̄ proponere ſinonimum
poſiti nō eñi oportet idē numero qđ prius fuit poſitū
poſtea ꝓponere ſ3 qñ proponiť illud aggregatū pro
poniť ſinonimū poſiti nā illud aggregatū oīno idē et
eodē mō ſignificat ſicut ⁊ poſitū vt cōſtat ex dictis.

¶ Confirmatur hec ratio ſm Ari/
ſtotelē in primo elēchorū Eadē eſt rō propōis ⁊ vnius
propoſitionis ſ3 nulla enunciatio plures eſt ꝓpō vna
igiť nullo mō enūciatio plures eſt ꝓpō Cōſequētia ē
clara cū maiori ⁊ miorē ꝓbo ſi enūciatio plēs eēt ꝓpō
vna ſeqreť ꝙ ſi de ea fieret īterrogatio ꝙ ad illā inter
rogationē factā dāda eſſet vnica reſpōſio cuiꝰ oppo/
ſitū determinat philoſophus pmo elēchorū ⁊ ſimiliť
in ſcđo ⁊ etiā in ſcđo peri hermenias/imo dicit expſſe
capite primo ſcđi elenchorū ꝙ ad interrogationē plu
res dato ꝙ in quolib3 ſenſu ſit vera nō dāda eſt vnica
reſponſio ſed plures ſed ad quālibet interrogationē
vnam danda eſt vnā reſponſio igiť enunciatio plu/
res nullo mō eſt enunciatio vna nec enunciatio ſim/
pliciter licet autē3 hec rationes nō oīno cōuincāt aut
concludāt cōtra cōmunē modū dicēdi ita ꝙ nulla pa
teat euaſio teneo tamen hanc concluſionem. ¶ Nul/
la enunciatio plures eſt enunciatio ⁊ hoc q: illud vi/
detur conformis dictis Ariſtotelis ipe eñ expreſſe di
cit ꝙ propoſitio plures nō eſt propō qñ oſtēdit in pri/
mo elenchorū quō fallacia ſecundū plures interroga
tiones vt vnam deficit a vero elencho Nec valet di/
cere ſicut dicunt aliqui moderni ꝙ aliqua enūciatio
plures eſt enunciatio ⁊ aliqua nō. Quemadmodū eñ
ſi fiat interrogatio hoc modo eſt ne ſocrates doctus
logicus phiſicus mathematicꝰ ambulās nō eſt dāda
vnica reſponſio propterea illa enunciatio plures nō
eſt enunciatio ita neq; rñdendū eſt ad aliquā interro/
gationē factā ꝑ propōnē in q̄ poniť terminꝰ equocus
vnica rñſione ⁊ ꝑ cōſequēs nulla talis enūciatio plu/
res eſt enūciatio. Cū quo tamē ſtat diuiſionē datā eſſe
Mātuanꝰ. bonā vt ſatis liquet intuenti.

¶ forte dicet quiſpiā ſm mantuanū
aliqua propō plures eſt cōcedenda aliqua neganda
aliqua dubitanda igitur ad aliquā enunciationē plu
res dāda ē vnica rñſio ꝙ̄admodū ad enūciationē vnā

¶ Reſpōdeo ꝙ bene verū eſt ꝙ illud
dicit Mātuanꝰ. ſ3 nō viſ bñ loq ꝯñr ad ſuā opinionē
ꝓpterea meliꝰ dicēdū eſt oppoſitū: hāc igř opinionē
defendendo rñdendū eſt ad motiua prime opinionis

¶ Ad primū reſpondetur negādo ꝙ
quilibet terminus equiuocus ſit vniuocus: immo hic
terminus canis nō eſt vniuocus: nec eſt terminus nec
nomen: ſed termini ⁊ nomina.

¶ Ad ſcđm reſpondetur negando ꝙ
hec enūciatio plures canis eſt ſubſtātia eſt veri repñ/
tatiua quieſcēter ſicut quecūq; enūciatio vna. quelib3
eñ enūciatio vna eſt veri aut falſi repñtatiua median
te vnica mentali ⁊ nō mediātibꝰ pluribꝰ oppoſito mō
cōtingit de enūciatiōe plures. Si igř hec ōro deus eſt
ſignificat ſorti deū eſſe platoni vero hominē eſſe: dato
ꝙ vterq; illorum credat ꝙ illa ōro nō ſignificat alicui
alteri a ſeipſo aliqualiter eſſe ipſa non eſt enunciatio
nec v3 hic modus arguendi ipa eſt ōro pfecta: verū vel
falſum repreſentans: igiť eſt enunciatio: ſed ad inferē
dum illud conſequens oporteret aſſumere in antece/
dente ⁊ hoc in ordine ad vnam ſolam mentalem ⁊ non
in ordine ad plures. Et per hoc claret quid dicendu3
ſit ad diffinitionem enunciationis.

¶ Ad tertiū reſpōdetur ꝙ ſi inſipiēs
dicat non deū eſſe capiendo illā negationē negantec
tunc ipſe dicit falſum. Si ego poſtea accepero illā ne
gationem infinitanter facio platum ab eo nō eſſe am
plius ꝓpoſitionem ⁊ per ꝯñs nō diceret falſum: hoc
eſt propoſitionē falſa3 nihilominus tamē poſſumus
concedere eum adhuc dicere falſum eo ꝙ dicit enun/
ciationem plures falſi repreſentatiua3. Et per hoc fa
cile eſt reſpōdere ad aliud Concedo eñ ꝙ propoſitis
ꝓpoſitiōibus vocalibus aut ſcriptis dubitādū eſt an
ſint propoſitiones ſm rei veritatem q: dubitandu3 eſt
an ſint enunciatiōes plures ſed ſicut bene dicit man/
tuanus diſputantes de alia materia non ſtant in ter/
minis pro hac materia aliam inquirentes frequenter
enim gratia breuitatis per multa falſa tranſimus vt
ad dubium propoſitum pertingamus. ¶ Ex his pat3
reſponſio ad vnum paruum problema an ne ex ſolo
viſu poteſt quiſpiam facere ꝙ vna propoſitio deſinat
eſſe propoſitio ⁊ breuiter reſpondeo ꝙ non.

¶ Sed cōtra hunc dicendi modum
vnico medio ſic arguo ſi nulla enūciatio plures eſſet
¶ Ad quartū pricipale reſpondet̄ ſicut rñſuꝫ ē ꝙ ly hō ⁊ ly ē ⁊ ly aīal ſunt ptes pricipales illius cathegorice. Et vlterius negāt aliq̄ ꝙ ille ptes ſunt partes minus principales ⁊ ad probationem reſpondetur vt reſponſum eſt ꝙ ille ſillabe nō ſunt partes minus principales illius cathegorice ⁊ vlterius negant hanc ꝯñam alique ſunt partes minus principales illius cathegorice: igitur dabiles ſunt omnes partes minus principales illiꝰ cathegorice ⁊ iſti fundāt ſe ſuper bonitateꝫ illius conſequentie iſte partes ſunt minus principales: igitur iſte partes non ſunt partes principales. Sed iſtud obuiat cōmuni logice. Cōtra eñ dicimus ꝙ ptes principales cathegorice ſunt ille ptes ex quibus īmediate cōſtituitur ꝓpō cathegorica Partes vero minus principales ſunt ptes ex quibus mediate conſtituitur ꝓpō cathegorica. Et ex illo ſequit̄ ꝙ fundamentū illorum deficit. Propterea cōcedo ꝙ dabiles ſunt oēs partes minus principales alicuiꝰ ꝓpōis cathegorice vñ oēs ptes pricipales alicuius ꝓpōis ſunt ptes minꝰ pricipales eiuſdē Si tñ ille terminus partes minus principales includeret negationem nō valeret ille modus arguendi alique ſunt ptes minus principales huius cathegorice igit̄ dabiles ſunt oēs ptes minus pricipales huiꝰ cathegorice. Quēadmoduꝫ non ſequitur demonſtrādo vnum ſcutum cuius vna medietas eſt alba ⁊ altera nigra alique partes huius ſcuti ſunt non albe igitur dabiles ſunt omnes non albe ſed de hoc alibi.

¶ Ad cōfirmationē in qua tāgitur illa difficultas cōis an videlꝫ pars propōis ſit propō multi ſunt mōi rñdēdi. ¶ Primꝰ modꝰ rñdēdi ipſius Buridani eſt nullam partem propōis eſſe propoſitionē. ¶ Secūdꝰ modus ē aliquorū dicentiū nullā partē propōis cathegorice eſſe ꝓpōnē ſed bñ ypotetice. ¶ Tertius modus eſt aliquorū dicentiū nullā ptem ꝓpōnis mentalis eſſe propoſitioneꝫ. ¶ Quartus modus cōis eſt quālibet partem propoſitionis veruꝫ vel falſuꝫ ſignificantē eſſe propoſitionē ⁊ hunc modū tenet hentiſbar paulus venetus ⁊ ferme oēs. Sed q2 de ſic philoſopho de omnibus opinionibus ſollicitū eē ſtultum eſt: ideo circa iſtas opiniones nolo immorari. Breuiter tamen contra primam opinionem.

Buridaꝰ. Hentiſbar. Paulus venetus.

¶ Arguitur ſic prio iſta ꝓpoſitio ē vera homo eſt animal eſt verum ⁊ per ꝯñs ſubiectuꝫ ⁊ predicatum illius propoſitionis ſupponunt ꝓ eodē ſed ſubiectum illius propōis ſolum ſupponit pro ſe ⁊ predicatuꝫ ſolum ſupponit pro propōe vera igitur demōſtrato ſubiecto illius propōis iſta eſt vera hoc ly homo eſt aīal eſt verum ⁊ cum hoc ly homo eſt aīal ſit pars propōis ſequitur ꝙ pars propōnis eſt vera et cum nihil ſit verum niſi propoſitio ſequitur parteꝫ propoſitionis eſſe propoſitionem.

¶ Secūdo ſic iſta copulatiua ē vera homo eſt animal ⁊ deus eſt: ſed ad veritatē copulatiue requiritur vtrāq3 partem eſſe veram igitur vtraq3 pars illius copulatiue eſt vera ⁊ per ꝯñs vtraq3 pars illius copulatiue eſt propoſitio ⁊ ſic habetur partem propoſitionis ypotetice eſſe propoſitionem.

¶ Tertio ſic capio hanc mentalē hō eſt animal que nō ſit pars alicuius ꝓpoſitionis deinde volo ꝙ intellectus vniat illam propoſitionem cuꝫ hac deus eſt per cōiunctionē copulatiuam tunc peto vel illa mentalis poſtꝙ eſt pars illius ypothetice ſignificat vere vt prius vel non ſi primum ſequitur ꝙ adhuc eſt ꝓpō ⁊ ꝑ ꝯñs cū ſit ps ꝓpōis ſequit̄ ptē ꝓpōis eſſe ꝓpōnē. Si ſcōꝫ ſequit̄ ꝙ illa mētalis vitiata per hoc ꝙ ponitur in propōne cadit a ſua ſignificatione quod eſt abſurdū ⁊ ꝑ ideꝫ argumentum ꝓbare poteris ptē propōis cathegorice eſſe propoſitionem.

¶ Quarto ſic ſeq̄ret̄ ꝙ iſte ꝯſequētie ēēnt bone hoc qd eſt ps huiꝰ ꝯñe eſt verū ergo nullꝰ deꝰ ē demonſtrando aīs illiꝰ ꝯñe Similiter iſta aīs huius ꝯñe eſt verū ergo hō eſt aſinus ſeq̄la ſic ptꝫ iſta anſcedentia non poſſunt eſſe vera ex quo ſunt partes propoſitionum igitur conſequentie date ſunt bone.

¶ Quinto ſic capio hāc copulatiuaꝫ hō eſt aīal ⁊ deꝰ ē ⁊ ſic arguo iſta ꝓpō deus ē que non eſt ps alicuiꝰ propōis ſignificat ſinonime cū ſcda pte illius copulatiue igit̄ ſcda ps illius copulatiue vere vel falſe ſignificat ⁊ per conſequens eſt propoſitio.

¶ Ad primū iſtorū ſuſtinendo hanc opinionē reſpōdet̄ cōcedēdo ꝙ iſta ē vera hō eſt aīal eſt verum ⁊ illa ꝓpō reddit̄ vera pro tali ꝓpōe hō eſt aīal que nō eſt ps alicuius ⁊ ꝓpterea negāda eſt hec propō oē ly hō eſt aīal eſt verum q2 ſubm̄ illius ꝓpōnis diſtribuitur ꝓ ſeipō ⁊ ꝓ illo nō ſupponit predicatum vnde iſta eſt falſa hoc ly homo eſt animal eſt verum demonſtrando partem illius propoſitionis.

¶ Forte dicis ex iſto ſeq̄tur aliquā ꝓpōnem eſſe verā cuius quelibet ſingularis eſt falſa ſequela probat̄ ſic iſta eſt vera ly homo eſt aīal eſt verū ⁊ tamen omnes iſte ſunt falſe hoc ly hō eſt animal eſt verū ⁊ hoc ly homo eſt aīal eſt verum vtrobiq3 demonſtrando illud ly homo ē aīal poſituꝫ in tali propōne.

¶ Ad hoc dicit̄ licet ille ſingulares ſunt falſe aliquas tamē dabȝ ſingulares veras demō ſtrando cū ly aial eſt hō non poſitū in ꝓpōne iſta ē vera hoc ly hō eſt aial eſt verū. ¶ Et ex iſto ſequit̄ ꝙ iſta ꝓpō non pōt eē vera oē ly animal eſt homo eſt verum nihilominꝰ tamē illa eſt poſſibilis eo ꝙ poteſt ita eſſe ſicut per eā ſignificatur ſi eni multe eēnt tales propoſitiones in rerum natura/ ꝛ nulla illarum po/ neret̄ in ꝓpoſitione tūc ita eſſet ſicut ꝑ illā nunc ſigni ficat̄ oē ly hō eſt aial eſt verum.

¶ Ad ſecundū reſpondet̄ cōcedēdo illam copulatiuam eſſe verā homo eſt animal ꝛ deus eſt licet nulla eius pars ſit vera ſed ad veritatē copu latiue nō requiritur quamlibet eius partē eſſe verā ſed ſufficit ꝙ quelibet pars eius ſeorſum ſumpta ſit vera ꝛ q: hoc ꝯtingit de copulatiua data ideo ē vera.

¶ Contra hanc ſolutionē arguitur ſic. Et pono ꝙ ſorte proferente hanc copulatiuā hō eſt animal ꝛ deus eſt plato audiat ſolum ꝓferri ſecun dā partē illiꝰ copulatiue hoc poſito ſic arguo ſecūda pȝ illiꝰ copulatiue repreſentat vere igit̄ ē ꝓpō ꝛ per cōſequens pars ꝓpoſitiōis hypotetice eſt propoſitio

Buridanus ¶ Reſpondet ad iſtud argumentū Buridanus ꝙ licet plato vere concipiat per ſcdām partē illius copulatiue non tamē ꝓpterea ſequitur ꝙ illa ſecunda pars copulatiue ſit propoſitio dat ipſe tale exēplum ſi ſortes proferat hanc ꝓpōnē deus eſt ꝛ plato credat ſortem dicere hoiem eſſe aſinum tūc ꝑ pō prolata a ſorte eſt vera ꝛ non debet dici eſſe falſa dato ꝙ eam audiens falſe concipiat.

¶ Ad tertiā vero rationē ꝛ ad quin tā q: videri meo oſtēdūt clare improbabilitatē huiꝰ opinionis non reſpōdeo ſed illi qui tenerēt opinionē buridani ſoluendas derelinquo quas ſoluere nō po terit niſi dicat oīo vnum voluntarium ꝛ ſine rōne.

¶ Ad quartā tn̄ rationē buridanus concederet illas ꝯñas eſſe bonas nec poteſt adduci rō cōtra eū probans maliciā illarū ꝯñarū. ¶ Dimiſſa igit̄ iſta opinione ſola quarta tenenda eſt. Pro cuius intelligentia pono propoſitiones quarum.

¶ Prima ē aliqua pȝ ꝓpōis q̄ ē pȝ extremi eiuſdē ꝓpōis ē ꝓpō hec ꝓpō probat̄ ꝛ ſumo hāc ꝓpōnē dixit inſipiēs in corde ſuo nō ē deꝰ p̄dica tū ē hoc totū dicēs i corde ſuo nō deꝰ ꝛ pȝ illiꝰ p̄dica ti ē ꝓpō videlicet hec pars nō eſt deus igit̄ ꝓpō vera

¶ Secunda ꝓpō extremū totale ali cuius ꝓpōnis eſt ꝓpō iſta ꝓpō ꝓbatur de ſubiecto huius propōnis hō eſt aial eſt ꝓpō vera.

¶ Tertia ꝓpoſitio quelibet pȝ ꝓpō nis hypotetice que eſſet ꝓpō ſi per ſe ſumeret̄ eſt ꝓ/ pō hanc propōnē derelinquo ꝓbatā ex tertio argu/ mento facto contra opinionem precedentem

¶ Quarta ꝓpō quelibet pars ꝓpō nis cathegorice includēs ſubiectū predicatū ꝛ copu lam eiuſdē eſt ꝓpō/ hec ꝓpō patet q: quelibȝ ta lis vere vel falſe ſignificat.

¶ Quinta ꝓpō ē nulla pars ꝓpōis ca thegorice includēs copulā pncipalē illius cum vno extremo eius ꝛ non includens aliud extremum totale ſed ſolū partem eius eſt ꝓpō. Et licet hec ꝓpō ſit con tra omnes ꝑiter loquentes de hac materia videri tn̄ meo ipſa eſt ſuſtinenda. Un̄ iſta pars muſca eſt fortior aiali q̄ eſt pȝ huius muſca eſt fortior oī aiali non eſt ꝓpō Nec iſta pȝ hō eſt aial que eſt pȝ huius homo ē aial album eſt ꝓpō. Et breuiter ꝓbo de vno q: idem eſt iudicium de oībus ꝛ capio hanc mentalem hō eſt aial album ꝛ ſic arguo vel illa pȝ homo eſt aial eſt ꝓ/ pō vel nō ſi ſecundum habet intentū/ ſi primū ſequi tur ꝙ illa pars ſignificat vere vel falſe/ ꝛ neſcis dare quid ſignificat illa pars niſi hoiem eſſe aial igit̄ illa pars ſinonime ſignificat cū iſta ꝓpōne mētali hō eſt animal que nō eſt pars alicuius qđ ſi cōcedas probo ꝙ non nunq̄ actus vnitiuꝰ in mente poteſt vnire ali/ quod predicatū cū ſubiecto. Et vnire aliqđ p̄dicatū ſpecie diſtinctum cū illo ſubiecto aut aliquo alio ve oēs logici concedūt. Nā actus vnitiui iſtarū duarum homo eſt aial homo eſt hō ſpecifice diſtingunt̄ ꝛ per ꝯñs actus vnitiuus huius mentalis homo eſt ani/ mal albū/ ſpecifice diſtinguit̄ ab actu vnitiuo illius mentalis homo eſt aial. Et per conſequens illa pars homo eſt animal non ſinonime ſignificat cū illa mē tali homo eſt aial/ poſtq̄ actus ſpecifice diſtingunt̄. ¶ Et ex iſta ꝯcluſiōe ſequit̄ ꝙ ſuperuacaneū ē q̄rere pur aliq̄ q̄rūt de veritate huiꝰ chimera ē ens vt ſit pȝ huius chimera ē ens imaginabile eo ꝙ nō ē ꝓpoſitio

¶ Contra hanc opinionē arguit̄ pri mo ſic ꝛ hoc contra primā propoſitionem ſi pars ex tremi huius ꝓpōnis dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus ſit propoſitio ſequit̄ ꝙ pſalmiſta loquēs ore prophetico mētitus fuiſſet/ qđ eſt abſurdū. Sequelā tamē ſic ꝓbo ipſe dicens illā ꝓpōnē locutꝰ eſt contra mentē dicendo nō eſt deꝰ ꝛ ꝑ ꝯñs mētitus fuit ꝛ eodē mō ꝓbabit̄ ꝙ quilibet homo dicēs nullum hominē eſſe aſinum dicit falſum quod nō videtur ſane dictū.

¶ Secundo argumētor ꝛ hoc cōtra ſecundā ꝓpoſitionē probando ꝙ ſubiectū huius ꝓ/ poſitionis homo eſt animal eſt propoſitio vera nō ſit ꝓpoſitio ꝛ ſic arguo illa ꝓpoſitio in voce ſubordinat̄ vni mētali cuiꝰ ſubiectū nō eſt ꝓpoſitio ꝛ ꝑ cōſequēs nec ſubiectū illius vocalis ē ꝓpoſitio cōſequētia eſt clara q: ſubiectū illiꝰ vocalis ſubordinatur ſubiecto illius mētalis ꝛ ꝑ ꝯñs ſi ſubiectū illius mētalis nō ſit ꝓ pō nec ſubiectū illud in voce erit ꝓpō ꝙ aūt ſubiectū illiꝰ mentalis nō ſit ꝓpō ſic ꝓbo ſubiectū illiꝰ mēta/ lis ē noticia ſimplex igit̄ nō eſt ꝓpō ꝯñam derelinquo notā ꝛ añs ꝓbo ꝑ ea que dicta ſunt in principio q̄ſtio nis ad habēdū conceptū nō vltimatū illiꝰ vocis aial non eſt opus habere cōceptū nō vltimatū alicuiꝰ ſil/ labe illiꝰ vocis eodē mō dicendū eſt ꝙ cōceptus non vltimatꝰ ſubiecti propoſitiōis propoſite eſt cōceptus incomplexus ꝛ poſtq̄ ſubiectū illius vocalis ſuppo nit materialiter ſubordinatur ſuo conceptui non vl/ timato ꝛ per conſequens ſubordinatur cōceptui ſim plici qui non eſt propoſitio ꝛ per cōſequens ſubiectū illius vocalis nullo modo eſt ꝓpō qđ erat probandū.

¶ Tertio arguit̄ ꝛ hoc contra quar tam propoſitionē ſi illa propoſitio eſſet vera ſequere tur ꝙ iſta propoſitio hō eſt aial que eſt piacens huiꝰ oīs hō eſt animal eēt ꝓpoſitio vniuerſalis quod ē fal ſum. Sequelam tamē ſic ꝓbo ſubiectū illius propoſi tionis eſt terminus cōmunis diſtributus ſeu ſumptꝰ cū ſigno vniuerſali igitur illa propoſitio eſt vniuerſa lis cōſequentia tenet a diffinitione ad diffinitū ꝛ an tecedens probatur bene ſequit̄ ſubiectū huiꝰ ꝓpō nis oīs homo currit diſtribuit̄ ꝛ ſubiectū huius pro/ pōnis oīs hō currit eſt ſubiectū ſue preiacentis igitur ſubiectū ſue preiacentis diſtribuit̄ ꝛ ꝑ ꝯñs eſt termi/ nus communis ſigno vniuerſali determinatus.

¶ Quarto ad idez ſequeretur ꝙ ſubiectū alicuius ꝓpōnis diſtribueret̃ a nullo tñ ſigno diſtribueret̃ ɔñam ſic ꝓbo ſubm̃ hui⁹ ꝓpōis nō oīs hō currit diſtribuitur a nullo tñ ſigno diſtribuit̃ ergo propoſituz. Maior pȝ eo ꝙ ſubm̃ ſue preiacētis diſtribuitur ꝙ autez a nullo ſigno diſtribuatur ꝓbo ſic non diſtribuitur a prīo ſigno nec etiam a ſcd̃o viſo ꝙ quodlibet illorum eſt impeditū igitur a nullo ſigno ſimpliciter diſtribuitur.

¶ Quīto ſic ad idē ſeq̄ret̃ ꝙ arguendo ab inferiore ad ſuperius cum diſtributione ſuperioris formaliter valeret modus arguendi quod eſt contra communem regulam logicalem. Conſequentia ſic probatur Iſta ɔña eſt bona ⁊ formalis ſortes currit ergo homo currit accipiendo pro ɔñte preiacentem huius omnis homo currit ⁊ clarum eſt ꝙ illud ſuperius diſtribuitur in ɔñte. Et eodem modo ſequeretur ꝙ arguendo a ſuperiori ad inferius cuz diſtributione ſuperioris non valeret modus arguendi ⁊ intelligo debite ponendo conſtantias. Sequela probatur ſic iſta ɔña nihil valet animal currit ⁊ ſortes ē animal ergo ſortes currit ⁊ accipio pro maiori preiacentem huius oē animal currit tunc clarum eſt ꝙ arguitur cum diſtributione ſuperioris.

¶ Sexto ſic arguitur ſequeret̃ ꝙ idē terminus ſtaret determinate ⁊ diſcrete et ſic liceret deſcendere ſub termino ſtante diſcrete quod implicat quia bene ſeq̄t̃ huic termino repugnat accipi pro pluribus igitur non ſtat determinate: nec ſub eo liꝫ deſcendere cōſequentia tñ ſic ꝓbatur ſubiectū hui⁹ propoſitiōis iſte hō currit ſupponit diſcrete et idē ſubiectum ſupponit determinate quod ſic probo Subiectum preiacentis ſupponit determinate ⁊ ſubm̃ preiacentis eſt ſubm̃ illi⁹ pro nunc enim ſuppono illud pronomen demonſtratiuum non eſſe partē extremi ⁊ cū ſub ſubiecto ſue preiacētis liꝫ deſcendere ſequitur ꝙ ſub ſubiecto huius iſte homo currit liꝫ deſcendere.

¶ Septimo ſic nulla pˢ propōis mētalis cathegorice eſt ꝓpō dato ꝙ pars propoſitionis cathegorice vocalis ſit propō igitur tertia opinio eſt ſuſtineda ⁊ nō quarta ꝙ autem nulla pars propoſitionis cathegorice mentalis ſit propō probo ſic dato oppoſito ſeq̄ret̃ ꝙ eſſet equiuocatio i mēte vltimata qđ ſuppono eſſe falſum. ɔñam autē probo ſic ⁊ capio hanc mentalem vltimatam oīs hō eſt animal ⁊ quero a te vel aliqua pars illius eſt propō vel nulla. Si ſecundū habeo ꝓpoſitū. Si primum ſequitur ꝙ ſubiectum illarum duarū ꝓpoſitionū in ordine ad alteram illaruꝫ accipitur copulatiue in ordine vero ad aliam accipitur pro ſuis ſignificatis diſiunctiue et per ɔñs ille terminus equiuoce ſumitur in mente.

¶ Octauo ⁊ vltimo arguitur cōtra totū fundamētum huius ꝓpōnis ⁊ hoc ſic Aliqua pˢ propōis rep̄ñtans vere vel falſe non eſt propō igitur nulla pars ꝓpoſitionis rep̄ñtans vere vel falſe eſt ꝓpoſitio tenet conſequēntia q: cōſimilis eſt rō in omnibus Aſſumptū aūt ſic ꝓbo nulla pars circuli eſt ꝓpō ⁊ tamen aliqua eius pars repreſentat vere vel falſe igitur ꝙ autē nulla pars circuli ſit ꝓpō ſic ꝓbat̃ q: ſi aliqua pars circuli ſit ꝓpō ⁊ cū nō ſit maior rō de vna q̄ de alia ſeq̄t̃ ꝙ q̄libet pars circuli erit ꝓpō ⁊ tūc dicendū eſſet ꝙ vna ꝓpō eſſet infinite ꝓpōes qđ ē abſurduꝫ. Si aūt dicat̃ ꝙ aliqua pˢ circuli ē ꝓpō ⁊ aliqua non q̄rit̃ q̄ ⁊ q̄ta pars eſt propoſitio. Et cum neſcias hoc dare reliquitur ꝙ nulla pars circuli eſt ꝓpoſitio

¶ Ad iſta argumenta reſpondet̃ per ordinem. Ad primum reſpondetur hac diſtinctione p̄miſſa. Duobus modis cōtingit dicere falſum. ¶ Uno mō ſententia totali q̄ñ videlicet ꝓpoſitio totalis quā quis profert eſt falſa. ¶ Secundo modo contingit dicere falſum ſententia partiali. videlicet quando totalis propoſitio quā quis profert nō eſt falſa: ſꝫ cū pars illius falſe ſignificat vnde in cōmuni mō loquēdi nō dicimus hoīem mentiri quādo falſum dicit ſentētia partiali ſed ſolū quando falſum dicit ſententia totali. Et per hoc patet reſponſio ad argumentum quod pſalmiſta loquens ore prophetico non fuerit mentit⁹ quia ſolum falſum dixit ſententia partiali.

¶ Ad ſecundū reſpōdetur concedēdo ꝙ ſubiectum illius ꝓpoſitionis nō eſt propoſitio ſecundum ſignificationeꝫ ſecundum quā ibi capitur puta ſecundum ſuppoſitionem materialem ſcd̃ꝫ aliā tñ ſignificationē eſt ꝓpō ⁊ illud nobis ſufficit.

¶ Ad tertiū reſpōdetur negando ꝙ preiacēs iſtius omnis homo eſt animal ſit propoſitio vniuerſalis vndelicet ſubiectū eius diſtribuatur hoc tamen non eſt a ſigno q̄tificante illam preiacentem ſed ſolum a ſigno q̄tificante iſtam oīs homo eſt aīal ſed de iſto alibi.

¶ Ad quartū nego conſequentiaz ⁊ concedo ꝙ ſubiectum huius diſtribuitur non omnis homo currit nego tamen ꝙ a nullo ſigno diſtribuitur immo diſtribuit̃ a ſcd̃o ſigno ⁊ q̄ñ dicis quodlibet illorum ſignorum eſt impeditum igitur a nullo illoruꝫ ſignorū diſtribuitur/ Diſtinguo ꝙ quodlibet illoruꝫ ſignorum ſit impeditū vel in ordine ad illam propoſitionem non oīs homo currit ⁊ ſic concedo. Etiaꝫ ille terminus homo non diſtribuitur in ordine ad illam totalem propōnem vel ꝙ quodlibet illorū ſignorum ſit impeditum in ordine ad quancunq̄ aliam propōnem ⁊ ſic nego vnde licet ly omnis impediat̃ in ordine ad hāc ꝓpōnē nō oīs homo currit. non tñ impedit̃ in ordine ad hanc omnis homo currit.

¶ Contra hanc ſolutionē arguitur ſic: non eſt maior ratio ꝙ ille terminus diſtribuitur a ſecundo ſigno q̄ a primo. igitur mere gratis dicitur ꝙ diſtribuitur a ſecundo ⁊ non a primo.

¶ Secūdo ſic. ex ſolutiōe data ſequitur ꝙ iſta ꝓpoſitio nō oīs homo currit eſt mixte q̄titatis quod nemo diceret. Sequela tñ ſic probatur: illa ꝓpoſitio eſt indiffinita ⁊ vniuerſalis: igitur eſt mixte q̄titatis: ɔña eſt clara: ꝙ aūt ſit indiffinita ⁊ vniuerſalis patꝫ: illa ꝓpoſitio eſt indiffinita: ⁊ ſua p̄iacens eſt vniuerſalis: ⁊ illa propoſitio eſt ipſamet propoſitio ⁊ ſua preiacēs. igit̃ ipſa eſt indiffinita ⁊ vniuerſalis.

¶ Tertio ſic. ſequeret̃ ꝙ illa ꝓpoſitio eſſet duo ɔ̄dictoria eo ꝙ illa ꝓpō eſt indiffinita et vniuerſalis quibus cōueniunt oēs cōditiōes requiſite ad verā ɔ̄dictionē: qđ ſi cōcedat̃ ſic arguo: illa ꝓpō eſt vera: ⁊ illa propoſitio eſt duo cōtradictoria: ergo duo contradictoria ſunt vera quod eſt falſum.

¶ Ad primū iſtorum concedo ꝙ non eſt maior ratio quare ille terminus debeat diſtribui a ſecundo ſigno q̄ a primo: quia nulla eſt ratio quare ille terminus diſtribuatur a primo ſigno: ſed quia hoc eſt ſophiſtice reſpondere: propterea dico ꝙ aliqua eſt ratio propter quam ille terminus diſtribuitur a ſecūdo ſigno ⁊ non a primo. ¶ Unde eſt aduertendum ꝙ in iſta propoſitione non omnis homo currit ſolū ſunt

tres ꝓpoſitiones quarũ prima eſt non oĩs homo cur‑
rit. Scḋa eſt oĩs homo currit. Tertia vero eſt hec ho‑
mo currit nec ponenda eſt quarta vt dicũt aliqui: hec
videlicet nõ homo currit q: illud ſignũ ſincathegoreu
maticũ non cõſtituit ꝓpoſitionẽ cũ aliqua niſi debita
ſit approximatio. Unde phiſice loquẽdo datur maxia
diſtantia que non impedit terminos cõſtituere ꝓpo‑
ſitionẽm ⁊ ſic patet ratio diuerſitatis quare ille termi
nus diſtribuitur a ſecundo ſigno ⁊ nõ a primo: nec va‑
let recurrere ad mentales: dicendo ꝙ nulla ibi eſt di‑
ſtantia ⁊ per conſequens ꝙ diſtantia non impedit ali
quos terminos a conſtitutione propoſitionis hoc inꝙ̃
non valet quia habita hac mentali non omnis homo
eſt animal intellectus applicat ly non cum hoc toto:
omnis homo eſt animal ad conſtituendum vnã ꝓpo‑
ſitionẽ cum his terminis homo eſt animal. Et hec eſt
ratio diuerſitatis ſi recte conſideres ⁊ ita tenet paulꝰ
venetus quadrageſimonono capite primi dubij

Paulus venetus.

**Ad ſecundũ cõcedo ꝙ iſta propoſi**tio oĩs homo currit eſt indiffinita ⁊ vniuerſalis: nec ꝓ
pterea ſequitur ꝙ ipſa ſit mixte ꝙ̃titatis: q: ad hoc ꝙ
aliqua propoſitio ſit mixte ꝙ̃titatis requiritur ꝙ ſub
iectum eius accipiatur pluribus acceptiõibus: ita ꝙ
vna eius pars ſic: alia autem aliter/ modo illud nõ cõ
tingit de propoſitione data.

**Ad tertiũ cõcedo: ꝙ illa propõ nõ** omnis homo currit eſt duo contradictoria ⁊ nego il‑
lam conſequentiam quam dicebas ſillogiſticam: non
enim ibi concluditur maior extremitas de minori: q:
illud adiectiuum vera in maiori habet pro ſuo ſubſtã
tiuo iſtum terminum propoſitio: propterea ſic oporte
bat concludere iſta duo contradictoria ſunt propoſi‑
tio vera que concluſio eſt concedenda.

**Ad quintũ reſpondetur conceden**do ꝙ arguendo ab inferiori ad ſuperius cũ diſtribu‑
tione ſuperioris formaliter valet modus arguendi cõ
cedo etiam ꝙ arguendo a ſuperiore ad inferius cũ di
ſtributione ſuperioris debite ponendo conſtantiam:
non valet conſequentia. Et licet hoc videatur obuia‑
re regulis communibus non tamen obuiat: quia re‑
gule ſunt intelligende de diſtributione prouenienie
in ordine ad talem propoſitionem: ⁊ propterea licꝫ iſta
conſequentia ſit bona ſortes currit: ergo animal cur‑
rit accipiẽdo pro ꝯñte preiacentẽ huius omne animal
currit dato ꝙ arguitur cum diſtributione ſuperioris
hoc tñ non eſt in ordine ad talem propoſitionem.

**Ad ſextũ rñdetur cõcedẽdo ꝙ ſub** termino ſtãte diſcrete valet deſcenſus ꝙ terminꝰ etiã
ſtans diſcrete ſtat determinate vñ non vꝫ iſta ꝯña hic
terminus ſtat diſcrete: igitur repugnat ei accipi ꝓ plu
ribus ſed oportet inferre ergo repugnat ei accipi ꝓ
pluribus ſecundũ ſignificationem ſecundũ quam eſt
terminus diſcretus. ¶ Et ex iſto ſequitur correlarie ꝙ
aliq̇s terminus ſtat determinate ⁊ tamen preponendo
ei hanc negationem nõ/ nõ diſtribuitur hoc correla‑
rium patet quia ſubiectũ huius iſte homo currit ſtat
determinate ⁊ tamẽ ꝑponendo ei negationẽ ſic nõ iſte
homo currit nullo modo ſtat diſtributiue patet q: nõ
ſtat diſtributiue in ordine ad illam totalem: ⁊ ſi ſtaret
diſtributiue in ordine ad aliquam maxime ſtaret di‑
ſtributiue in ordine ad iſtam non homo currit: ſed ibi
nulla talis eſt propoſitio vt patet per dicta: igitur.

**Ad ſeptimum dico ꝙ argumentũ** eſt ſophiſticum quia concluderet falſum ſicut ⁊ verũ
Nam per illum modũ arguendi probaretur ꝙ iſte due
mentales non contradicunt omnis homo eſt homo ⁊
homo non eſt homo quod eſt falſum: conſequentia tñ
ſic patet ſubiectũ vnius accipitur pro ſuis ſignificatis
copulatiue: ſubiectum vero alterius pro ſuis ſignifi‑
catis diſiunctiue tunc quero vel hoc ſufficit ad equi‑
uocationem vel non ſi primum ſubiecta illarum capi
untur equiuoce ⁊ per ꝯñs ille propoſitiones nõ ꝯtra
dicunt ſi ſecundum argumentum nihil valebat.

**Ad octauũ reſpõdet quidã cuius** ratio eſt argumentum factũ ꝙ nulla pars circuli eſt ꝓ
poſitio: immo dicit ꝙ nulla pars propoſitiõis ſcripte
eſt propoſitio: ſed non reſpondet ad hoc an aliqua ps
circuli ſignificet vere vel falſe: ⁊ clarum eſt ꝙ conſeq̃n
ter reſpondendo oportet eum dicere ꝙ non breuiter:
tamen contra ipſum ſic.

**Arguo pono caſum ꝙ ſit aliq̇s cir**culus ⁊ ſortes ſit a remotis ita ꝙ nihil videat illius cir
culi ſed ꝙ ſucceſſiue mouebitur verſus circulũ ita ꝙ
tandem videbit totũ circulũ iſto caſu poſito ſic arguo
qñ ſortes preciſe videbit vnã partẽ circuli illa pars re
preſentabit ei ſinonime cũ illo quod repreſentabit ei
ille circulus qñ eũ totum videbit: igitur illa pars cir‑
culi eque bene erit propoſitio ſicut ille circulus tota‑
lis ⁊ ꝓculdubio nulla eſt ratio ꝓpter quã illud nega‑
retur quin ꝓpter eandẽ negabitur illũ circulũ totalẽ
eſſe ꝓpoſitionem. Et tunc ad argumentũ ſuum dicit
ꝙ non quelibet pars circuli eſt propoſitio ⁊ do maxi‑
mam partem illius circuli que nõ eſt propoſitio hoc ẽ
clare dicere alique partes circuli ſunt tã parue ꝙ nõ
ſufficiunt viſum immutare ⁊ tales non ſunt propoſi‑
tiones: concedo tamen ꝙ circulus eſt infinite propoſi
tiones vnde breuiter pono talẽ cõcluſionem. ¶ Que
libet propoſitio eſt infinite ꝓpõnes iſtam concluſionẽ
ꝓbo. Primo de ꝓpõne mentali capta vna tali q: pari‑
lis eſt ratio in oĩbus ⁊ capio hanc hõ eſt animal: ⁊ vo
lo ꝙ illa noticia que eſt ſubiectũ diuidatur per ptes ꝓ‑
portionales quo ad intentionẽ ⁊ ſimiliter copula ⁊ ꝑ
dicatum: iſto poſito ſic arguo. Aggregatum ex prima
parte ꝓportionali ſubiecti ⁊ prima parte ꝓportiona‑
li copule ⁊ prima parte ꝓportionali predicati aggre‑
gatum vero ex duabus primis partibus ꝓportiona‑
libus ſubiecti cum duabus primis partibus ꝓportio
nalibus tam copule ꝙ̃ predicati eſt etiam ꝓpoſitio: et
ſic conſequenter in infinitum ꝓcedendo: igitur illa ꝓ‑
poſitio mentalis eſt infinite ꝓpoſitiones quod erat ꝓ
bandum. Et ſic eodem modo faciliter probari poteſt
ꝙ quelibet propõ ſcripta ſit infinite ꝓpões diuiden
do tam ſubiectum ꝙ̃ predicatum ꝙ̃ copulam per par
tes ꝓportionales ſm ꝓfunditatem accipiendo ꝓ pri‑
ma ꝓpõe aggregatum ex tribus primis partibus ꝓ‑
portionalibus: ꝓ ſecunda vero ꝓpõne aggregatum
ex duabus primis partibus ꝓportionalibus ſubiecti
et duabus primis partibus ꝓportionalibus copule ⁊
ſimiliter predicati: ⁊ ſic manifeſte habetur quamlibet
ꝓpõnem ſcriptam eſſe infinitas ꝓpões ⁊ eodem mõ
faciliter ꝓbari põt de ꝓpõne vocali ſiue dicatur ꝙ ſit
ſubſtantia ſiue accidens: ⁊ ſic patet ſolutio ad quarti
argumenti principalis cõfirmationem.

**Quinto principaliter arguitur ſic** ⁊ pono caſum ꝙ ſortes nihil ꝓferat iſtiꝰ ꝓpõnis hõ ẽ
aĩal ſed ꝙ immediate poſt hoc ipſius aliquid ꝓferet ⁊
cõtinuabit quo ad vſqꝫ tota erit ꝓlata ⁊ illa ꝓpõ quã
ꝓferet ſit a ⁊ ſic arguo a immediate poſt hoc erit ꝓpõ
cathegorica: ⁊ tamen nõ immediate poſt hoc erit ꝓ‑
poſitio habens ſubiectum predicatum ⁊ copulam tã
ꝙ̃ partes principales ſui: igitur immediate poſt hoc

diffinitū alicui cōueniet cui nō imediate poſt hoc diffinitio cōpetet ꝙ a immediate poſt hoc erit ꝓpoſitio cathegorica ptz q: immediate poſt hoc aliquid ipſius a erit ⁊ ad hoc ꝙ aliquod ens ſucceſſiuum ſit ſufficit ꝙ aliquid eius ſit: igitur immediate poſt hoc a erit ſed ꝙ nō immediate poſt hoc a erit ꝓpō habens ſubiectū predicatum ⁊ copulam ptz q: tempus aliquod erit an̄ ꝙ illud predicatum erit ⁊ per ꝯñs nō immediate poſt hoc illud predicatum erit ⁊ ex illo ſequitur ꝙ nō immediate poſt hoc a habebit ſubiectum predicatum et copulam quod infert ꝓpoſitum.

**Et cōfirmat̄ aliqua ꝓpoſitio hy**potetica habet ſubiectū p̄dicatū ⁊ copulam tanꝙ partes principales ſui: igitur diffinitio ꝯuenit alij a diffinito tenet ꝯña: ⁊ aſſumptū ꝓbo ⁊ accepta aliqua ꝓpōne copulatiua ſic arguo: ipa hz ſubiectū p̄dicatū et copulā tanꝙ principales ptes eius demōſtrādo vnā cathegoricā illius copulatiue ⁊ per ꝯñs ipa hz ſubm̄ predicatū ⁊ copulā tanꝙ ptes pñcipales ſui: ⁊ ſic ſeqtur ipam eſſe cathegoricā quod erat probandum.

**Ad quintū principale r̄ſideo ꝙ ar**gumentum nō eſt logice ſpeculatiōis ſed potius philoſophice: attamen quia cōiter ab oibus in phiarum mouetur: idcirco ad ipſum reſpōdeo admiſſo caſu negando ꝙ a immediate poſt hoc erit ⁊ ratio eſt q: non immediate poſt hoc q̄libet eius pars erit ſed bñ verū eſt ꝙ immediate poſt hoc erit ita ꝙ a ꝓpō eſt ⁊ cōcedo ꝙ a ꝓpō habebit ſubiectū predicatū ⁊ copulā: nunꝙ tamē verū erit dicere ꝙ a ꝓpō habet ſubiectū predicatū ⁊ copulā: vñ qñcunqȝ eſt aliquid alicuius ꝓpōnis vocalis: tunc illa ꝓpoſitio vocalis eſt ſed nō qñcunqȝ aliquid ipſius fuit ipa ꝓpō vocalis fuit. Ex quo ſequitur ꝙ aliqua eſt ꝓpoſitio excluſiua ⁊ tamen nullū ſignum excluſiuum eſt pars ipſius: accepta enim hac vocali tm̄ homo eſt animal volo ꝙ ſortes ſit in actu ꝓferendi copulam ⁊ iam deſiuerit eſſe ſubiectum ⁊ ſimiliter illud ſignum excluſiuum. Secūdo infero ꝙ aliquid eſt copula: ⁊ tamen non contingit vnum cum altero: ſimiliter aliquid eſt predicatum ⁊ tamen nō dicitur de altero: quando enim actus proferendi eſt ſuper illum terminum animal in hac ꝓpoſitione homo eſt animal: tunc ly animal eſt predicatum ⁊ tamen nō dicitur de altero. Tertio infero ꝙ nō eſt poſſibile ſortem ꝓtuliſſe iſtam ꝓpoſitionem nullus deus eſt qui ꝓtulerit verū tamen poſſibile eſt ipm̄ ꝓferre eandem ꝓpoſitionē non ꝓferendo verum prima pars hui⁹ correlarij ſufficienter patet ex dictis qm̄ non eſt poſſibile ſortem ꝓtuliſſe illam ꝓpoſitionem quin ꝓtulerit eius preiacentem ⁊ eius preiacens eſt vera quia vt dictum eſt pars ꝓpoſitiōis eſt ꝓpoſitio. Secunda pars correlarij patet quia quando actus ꝓferendi eſt ſuper hāc dictionem nullus tunc ſortes ꝓfert eandem ꝓpoſitionem ⁊ tamē tunc nō profert verū: nō enim tunc ꝓfert preiacentem illius ꝓpoſitionis poſtꝙ nō eſt in ꝓferēdo aliquid illius ꝓpoſitionis. Quarto infero ꝙ alique ſunt ꝓpoſitiones conuertibiles que ꝓferuntur a ſorte ⁊ platone ⁊ tamen ſortes dicit neceſſarium ⁊ plato impoſſibile. Correlarium patet ſi vterqȝ ꝓferret hāc ꝓpoſitionem nullus deus eſt: ⁊ actus ꝓferendi eſſet ſuper ſubiectum illius ꝓpoſitionis. Quinto infero ꝙ ſtat aliquem ꝓferre verum nō ꝓferendo falſum nullus tamen poteſt ꝓferre verum quin ꝓferat nō verum. Prima pars correlarij eſt clara quia ſi quiſpiam ꝓferat hanc ꝓpoſitionē deus eſt ⁊ nihil aliud quod nō ſit pars illius talis ꝓfert verum nō proferendo falſum. Secunda pars correlarij patet quia nullus pōt proferre aliquā ꝓpoſitionē veram niſi ꝓferat aliquā partem eius que eſt nō vera: hic tamen eſt.

**Notandū ꝙ communiter loquen**tes cōcedunt ꝓpoſitionem cathegoricam vocalem habere ſubiectum predicatum ⁊ copulam omnes eñ reſponſiones referuntur ad vnum ⁊ idem inſtans ⁊ ꝓpterea taliter reſpondendum eſt ac ſi omnia manerent ꝓ eodem inſtanti quemadmodum enim cōmuniter cōcedere ſolemus ꝙ iſte due vocales ſortes currit ſortes nō currit ab eodem ꝓlate ſunt cōtradictorie et tamen notum eſt ꝙ ille ꝓpoſitiones vocales ab eodē ſucceſſiue ꝓlate nō ſunt ſimul ſed in diſputationibus reſpōdemus ac ſi ille eſſent ꝓ eodem inſtanti/ vel aliter dico ⁊ redit in idem ꝙ ad hunc ſenſum propoſitio vocalis dicatur habere ſubiectum predicatum ⁊ copulam eo ꝙ ipſa eſt cuius eſt fuit vel erit ſubm̄ predicatū ⁊ copula. vñ ſicut dictū eſt nō ex eo aliquis terminus dicitur predicatum q: dicitur de alio ſed q: reſpectu eius ſit cōpoſitio vel diuiſio vt dicatur de aliquo. Et ex eo aliquis terminus dicitur ſubiectum q: rōne ei⁹ ſit cōpō vel diuiſio vt de eo aliquid dicat̄. Poſſet hic fieri argumentum Hentiſberi quod facit. xix. ſophiſmate ad ꝓbandum ꝙ nō eſt poſſibile ꝓferre aliquam ꝓpoſitionem. ſed quia ipſum eſt omnino ſophiſticum ⁊ nō logicum: ea ꝓpter nolo inſiſtere. Sed queret̄ qñ ꝓpoſitio vocalis ſignificat verum vel falſum vtruȝ qñ ꝓfertur vel anteꝙ ꝓfertur vel qñ eſt oratio ꝓlata nō anteꝙ ꝓfertur nec qñ eſt ꝓlata quia tunc ipſa nō eſt ⁊ per cōſequens ipſa nō ſignificat verum neqȝ falſum. nec eſt dicendum ꝙ ſignificat verum qñ ꝓfertur quia qñ ipſa ꝓfertur aliqua eius pars eſt ꝓferenda: ſed ſignificatio totius ꝓpoſitionis dependet ex ſignificatiōibus partium ⁊ per cōſequens vna parte ꝓpoſitiōis nō ſignificante tota ꝓpō nō ſignificabit et per cōſequens parte ꝓferenda nō ſignificante: tota ꝓpō nō ſignificabit. Hentiſber.

**Reſpondeo ꝙ quando aliquis in**cipit ꝓferre aliquā ꝓpōnem tunc verum eſt dicere ꝙ immediate poſt hoc erit ita ꝙ illa ꝓpō ſubordinatur vni mentali verum vel falſum ſignificanti: immo tunc eſt mentalis ꝓducta in anima ꝓferentis. Sed dices hoc non eſt ad intentionem petitiōis quia queſtio eſt qñ ꝓpō vocalis verum vel falſum ſignificat audienti Ad hoc dico ꝙ qñ ipſa eſt omnino ꝓlata ⁊ nego iſtam cōſequentiam illa ꝓpō tunc nō eſt: ergo tunc nō ſignificat verum vel falſum: immo forte quod magis eſt ſtat bene ꝙ aliqua ꝓpō vocalis ſignificet verū vel falſum audienti an̄ inſtans terminatiuum ꝓlatiōis ipſius ⁊ hoc ꝓpter ipſius ſucceſſiuam ꝓductiōem: ſed hoc eſt alterius negocij maiore egens inquiſitiōe.

**Ad confirmationem reſpondetur** negando ꝙ ꝓpō ypotetica habet ſubiectum predicatum ⁊ copulam tanꝙ partes principales ſui: ⁊ ad ꝓbatiōem nego illam cōſequentiam: iſta copulatiua habet ſubiectum predicatum ⁊ copulā tanꝙ partes principales huius demōſtrando vnam cathegoricam illius: igitur habet ſubiectum predicatum ⁊ copulā tanꝙ partes principales ſui: q: ly ſui ibi debet accipi vt ſit relatiuum reciprocum ⁊ nō vt ſit genitiuus huius ꝓnominis ſuus vel ſuum. Et hec de prima queſtiōe.

**Queritur ſecundo circa eun**dem textum an diffinitio quam dat philoſophus de enunciatione vna coniunctione ſit bene poſita. Pro deciſione huius queſtionis.

**¶ Notandū eſt ꝙ enūciatio vna cō**iunctiōe ſic diffinitur a philoſopho. Enunciatio vna cōiunctione eſt illa que eſt compoſita ex enūciationibus vnis ſimpliciter vt ſufficienter pꝫ ex textu. ¶ Circa quam diffinitionem incidit difficultas q̄m omnes expoſitores Ariſtotelis dicunt ꝙ per enunciationem coniunctione vnā aliud nihil intelligit philoſophus ꝙ̄ propoſitionem ypotheticam. Et hoc idem diximꝰ in expoſitione textus: videtur tamen aliter eſſe ſentiē dum quoniam enunciatio conditionalis enunciatio copulatiua ſimiliter ⁊ diſiunctiua ſunt enunciatiōes coniunctione vne. Attamen videtur ꝙ copulatiua et

Boetius

diſiunctiua non ſunt dicende enunciationes ypothetice ⁊ hoc propter duo. primum eſt auctoritas boetij oppoſitum dicentis: dicit enim in principio primi libri quem intitulauit de ſillogiſmo ypothetico hoc pacto: propō vero omnis aut cathegorica eſt que predicatiua dicitur aut ypothetica eſt que conditionalis vocatur. Et paulopoſt: ypothetica eſt que cum quadam conditione denunciat eſſe aliquid ſi fuerit aliud veluti ſi ita dicimꝰ ſi dies eſt lux eſt. Et alibi tertio ca

Topice

pite in ſuo primo libro thopicorum in hūc modū ponit. Conditionalium vero propoſitionum quas greci ypotheticas vocāt partes ſunt ſimplices propoſitionis / quarum quidem ea pars que prius eſt dicit̄ antecedens que poſterius ꝯn̄s appellatur. Ex quibus verbis manifeſte apparet enunciationem copulatiuā ⁊ diſiunctiuam non eſſe dicēdas ypotheticas: ſꝫ ſolas cōditionales. Copulatiua aūt ⁊ diſiunctiua ſunt enūciationes cōiunctione vne ⁊ per ꝯn̄s aliud eſt enūciatio vna coniunctione aliud ypothetica. Secundo propter quod idem videtur eſſe dicendū ſumitur ab ethimologia huius termini ypothetica eſt enī nomē grecum idem ſignificās ꝙ ſuppoſita dicitur em̄ ab ypos quod eſt ſub ⁊ theſis poſitio: conſtat aūt neq̄ copulatiuam neq̄ diſiunctiuā eſſe enūciationē ſuppoſitiuā q: quelibet earum ſimpliciter enunciat ⁊ nō cum ſuppoſitione. Sola autem conditionalis eſt enunciatio ſuppoſitiua ⁊ per ꝯn̄s ſola talis dicenda eſt ypothetica. ¶ Iſtis tamen non obſtantibus dico ſicut priꝰ in expoſitione textus ꝙ per enunciationē vnam coniunctione aliud nihil intelligit philoſophus ꝙ̄ id quod vulgato vocabulo dicimus propoſitionem ypotheticam. Propterea quemadmodum in precedenti q̄ſtione vſus ſuꝫ hoc termino cathegorica. Pari forma vtar in hac queſtione hoc termino ypothetica. Et nūc dico ꝙ dupliciter aliqua propō poteſt dici ypothetica vno modo ſecundum ethimologiam vocabuli ⁊ ſic ſola cōditiōalis diceretur ypothetica ⁊ hoc pacto cepit boetius eum terminum. Secundo mō aliqua propō pōt dici ypothetica ſecundū cōmunem modum loquendi ⁊ hoc pacto copulatiua ⁊ diſiūctiua ſunt ypothetice. Et breuiter dico ſub alijs verbis ⁊ redit in idem ꝙ iſta interpretatio enunciatio ſuppoſitiua nō cōuertitur cum iſto interpretato enuncatio ypothetica ſicut nec iſta interpretatio ledens pedem cum iſto interpretato lapis. Claret itaq̄ idē eſſe enunciationē coniunctiōe vnam ⁊ enunciationē ypotheticam. ¶ Q̄m autē hec materia ypotheticarum magnam ingerit difficultatem ſophiſmatum: ideo vt clare q̄ntū poſſibile erit procedamus: diuidam iſtam queſtionem in quattuor partes principales quibus abſolutis terminatur hec queſtio. ¶ In prima parte determinabitur de prima ſpecie propoſitionis ypothetice videlicet de conditionalibus ponendo regulas concernentes propōnes conditionales. ¶ In ſecunda parte conſimiliter omnino determinabit̄ de copulatiuis. ¶ In tertia vero parte de diſiunctiuis pertractabitur. ¶ In quarta vero parte inquiremus an ſint plures ſpecies propoſitionis ypothetice ꝙ̄ tres predicte ⁊ ſi ſic de numero illarum ⁊ ibi comparabuntur iſte ſpecies ad ſeinuicem ⁊ iſtis quattuor partibus tota queſtio terminabit̄. Accedendo igitur ad primam partem.

**¶ Notandū eſt ꝙ propoſitio ꝯditio**nalis eſt propō ypothetica habens formaliter vel equiualenter plures cathegoricas vel orationes ſe habentes per modū cathegoricarū coniunctas nota ꝯditionis. Prima particula declarari poteſt ſicut in queſtione precedēti ſicut eſt em̄ aliqua cathegorica q̄ nec habet ſubiectum nec predicatum nec copulam explicite ita etiam eſt aliqua conditionalis que non hꝫ explicite aliquam cathegoricā vt contingit de ſecunda parte huiꝰ copulatiue ſi homo currit riſibile currit ⁊ ecōtra vbi ly econtra valet hanc conditionalem in mente ſi riſibile currit homo currit. Per illaꝫ particulam vel orationes ⁊c̄. includuntur conditionales quarū añtia ⁊ conſequentia ſunt complexa propoſitionalia vt cōtingit de hac conditionali ſi aſinus curreret aſinus volaret. Unde cōplexum propoſitionale ſic ſolet diffiniri. ¶ Complexum propoſitionale eſt oratio q̄ nec eſt vera nec falſa mutata em̄ eius copula in verbum p̄ſentis temporis efficitur oratio vera vel falſa clarum em̄ eſt ꝙ hec oratio aſinus volaret nec eſt vera nec falſa ſi tamen mutares hanc copulam volaret in hoc verbuꝫ volat fiet oratio vera vel falſa. Non intelligendo ꝙ illud cōplexum propoſitionale erit oratio vera vel falſa: ſed intelligendo ꝙ aggregatum ex illa copula addita ⁊ terminis ſumptis a cōplexo ꝓpoſitionali erit ꝓpō. Et ex iſto patet ꝙ in diffinitiōe enūciatiōis vne cōiunctione ſubintelligenda eſt hec particula vel cōpoſita ex aliquibus ſe habentibus per modum cathegoricarum q: cōditionalis data eſt enunciatio vna cōiunctione ⁊ tamen falſum eſt dicere ꝙ eſt cōpoſita ex enunciatiōibus vnis ſimpliciter ſed quia hꝫ cōplexa ꝓpoſitionalia cōiuncta per aliquam cōiunctionem illud ſufficit ad hoc ꝙ dicatur eſſe ypothetica.

**¶ Rurſus notandum eſt ꝙ ly ſi pōt** accipi tripliciter. ¶ Primo mō promiſſiue vt ſi neſcieris mihi dicere acceptiōes de ly ſi vapulabis. ¶ Secundo modo illatiue. ¶ Tertio modo cōmunitionatim ⁊ eſt pars ſubiecti vel predicati ⁊ reddit propoſitionem de conditionato extremo ⁊ iuxta triplicem acceptionem de ly ſi tribus difficultatibus terminabit̄ hec prima pars huius queſtionis.

**Circa primā igit̄ difficultatē** aduertendum eſt ꝙ ad veritatem cōditionalis in qua ly ſi tenetur promiſſiue non requiritur ꝙ ꝯn̄a ſit bona ſed ſufficit ꝙ ſi ponatur ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens ſit ita ſicut ſignificatur per ꝯn̄s vt ad veritatem huius ſi veneris ad me dabo tibi equū nō requiritur ꝙ nō ſit poſſibile te venire ad me quin dem tibi equū ſed ſufficit ꝙ q̄n ita erit ꝙ venias ad me ꝙ dem tibi equum. ¶ Et ex iſto ſequit̄ ꝙ oīs cōditionalis in qua ly ſi tenet̄ promiſſiue cuius ꝯn̄s eſt impoſſibile: añs vero poſſibile eſt falſa vt ſi veneris ad me faciam te eſſe chimerā. ¶ Secundo requitur ꝙ oīs conditionalis in qua ly ſi tenetur promiſſiue cuius añs eſt impoſſibile eſt vera. ¶ Tertio ſequitur ꝙ in aliquo conueniunt ⁊ in aliquo differunt ly ſi tentū promiſſiue ⁊ tentum illatiue ſeu conditionaliter. Sicut enim conditionalis in qua ly ſi tenetur illatiue nihil ponit in eſſe ſic nec ꝯditionalis in qua ly ſi tenetur promiſſiue

aliquid ponit in eſſe. Et ſic patet in quo conueniunt differunt aũt in hoc quia ad veritatem cõditionalis in qua ly ſi tenetur ꝓmiſſiue nõ requiritur bonitas cõſequentie vt dictum eſt. Ad veritatem tamen cõditionalis in qua ly ſi illatiue tenetur illud reꝗritur vt patebit in ſecunda difficultate.

**¶ Cõtra pdicta primo pricipaliter** arguitur ſic. Si ea que dicta ſunt veritatẽ cõtinerent ſequeretur ꝙ iſta cõditionalis ꝓmiſſiua ſi veneris ad me dabo tibi equũ eſſet vera in hoc caſu ꝙ nũc dic tonis illã ꝓmiſſionem tibi faciam ⁊ craſtina die me accedas ⁊ tunc dem tibi equum. Cõfidens aũt ꝓpter meã liberalitatẽ aut potius ꝓdigalitatem accedas ⁊ iterũ die ſabbati ea ductus ſpe tantumdem te recepturum ſed pono ꝙ tunc nihil dabo tibi hoc caſu poſito pat; illam cõditionalem ꝓmiſſiuam eſſe veram ſecundum dicta ſ; ꝓbo ꝙ nõ qñcꝫ ponetur antecedens ineſſe pura die ſabbati ⁊ tunc nõ ponetur ita eſſe ſicut per conſequens ſignificatur: igitur illa cõditionalis ꝓmiſſiua eſt falſa: ⁊ per conſequens que dicta ſunt ad veritatem conditionalis promiſſiue non ſufficiunt.

**¶ Et ↄfirmatur ſi illud quod dictũ** eſt ſufficeret ad veritatem cõditionalis ꝓmiſſiue ſequeretur ꝙ duo cõtradictoria in aliquo caſu eſſent ſimul vera vel falſa quod eſt abſurdum: ſequelam tamen ſic ꝓbo ⁊ pono caſum ꝙ ſit aliquis dñs habens duos ſeruos ſortem videlicet ⁊ platonem ⁊ dicat iſte dñs ſorti. Si primus cui occurras ſit ſeruus manebis ſeruus: ſi aũt primus cui occurrat ſit liber eris liber. Platoni vero dicat ſi primus cui occurras ſit ſeruus eris liber ſ; ſi primus cui occurras ſit liber eris ſeruus: volo ꝑterea ꝙ ſortes ⁊ plato recedentes occurrant ſibi inuicem Iſto caſu poſito capio iſta duo cõtradictoria ſortes ẽ liber ſortes non eſt liber ⁊ quero vel ambe ille ſunt vere vel ambe ſunt falſe vel altera illarum eſt vera ⁊ altera falſa. Si duo prima habetur propoſitum. ſi tertium probo ꝙ nõ vel affirmatiua eſt vera vel negatiua eſt vera: ſi affirmatiua ſic arguo: bene ſequitur ſortes eſt liber igitur ille cui primo occurrebat erat liber: qꝛ ſuppono ꝙ dominus non intendat eum facere liberum niſi ſub conditione data ⁊ vltra ſic arguo: prim⁹ cui ſortes occurrit erat liber ⁊ per caſu; plato erat primus cui ſortes occurrit igitur plato erat liber. ſ; plato non poteſt eſſe factus liber niſi ille cui primo occurrerit fuit ſeruus: igitur ille cui ſortes primo occurrit fuit ſeruus primus autem cui primo occurrit erat ſortes: igitur ſortes erat ſeruus ⁊ per conſequens ſortes adhuc nunc eſt ſeruus ⁊ non liber: ⁊ ſic patet quomodo non poteſt dici ꝙ affirmatiua eſt vera. Si vero dicatur ꝙ ſortes non eſt liber ſic arguo. Sortes eſt ille cui plato prĩo occurrit: igitur ille cui plato primo occurrebat erat ſeruus ⁊ per conſequens plato erat liber ꝑ conditionalem promiſſiuam domini ſui ſi primus cui occurras fuerit ſeru⁹ eris liber. Et vlterius ſic arguo plato eſt liber ⁊ plato eſt ille cui ſortes primo occurrit igitur ille cui primo ſortes occurrit erat liber ⁊ per cõſequens ſortes debet eſſe liber: igitur dici non poteſt negatiuam eſſe veram.

**¶ Ad primũ principale reſpõdetur** concedendo ꝙ in caſu poſito iſta eſt vera ſi veneris ad me dabo tibi equum/ nec ad veritatem eius requirit ꝙ quotienſcunqꝫ ponatur ita eſſe ſicut ſignificatur ꝑ añs/ ponatur ita eſſe ſicut per ↄñs ſignificatur. vnde dicunt aliqui ꝙ illud non requiritur qꝛ tp̃us importatum per copulam non diſtribuitur: vbi autem diſtribueretur oporteret illud quod dictum eſt ad hoc ꝙ iſta lis conditionalis eſſet vera: ſed iſtud dictum pro ſecũda parte eſt falſum. ſi enim promiſero ſorti ꝙ ſi quolibet die ſeptimane ſequentis venerit ad me dabo tibi equum ad veritatem illius non requiritur ꝙ quotienſcunqꝫ veniat ad me dem ſibi equum ſed conditiõe adimpleta ſcilicet ꝙ quolibet die venerit ſolum ſum obligatus ſemel dare illi equum. Unde non puto dari poſſe aliquas regulas generales quibus veritates cõditionalium promiſſiuaru; cognoſci poſſunt Sed potius ſtandum eſt in communi modo loquendi. Et aſpiciendum eſt ad intentionem promittentis.

**¶ Ad confirmationẽ reſpõdetur ꝙ** in caſu dato nec ſortes eſt liber nec plato immo vterqꝫ illorum eſt ſeruus nec tenetur dominus alicui illorum conferre libertatem: obligatio enim debet eſſe rationalis: nullus enim ad impoſſibile obligari poteſt: vnde per hoc ꝙ iſti occurrunt ſibi inuicem dominus eſt impoſſibilitatus ad implendum ſuum promiſſum ſed ſua promiſſio debebat intelligi hac conditiõe ſuppoſita ꝙ non occurrerent ſibi inuicem. ¶ Simile eſt illud quod Aulus gelius auctor probatiſſimus .x. capite quinti libri noctium acticarum explicat ꝙ̃ elegantiſſime ſub hac forma. *Aulusgeli⁹* Euathlus adoleſcẽs diues eloquentie diſcende cauſarumqꝫ orãdi cupidus fuit. Is in diſciplinam protagore ſeſe dedit daturumqꝫ ꝓmiſit mercedem grandem pecuniã quãtam protagoras petiuerat/ dimidium eius dedit/ iam tunc ſtatim priuſꝗ̃ diſceret. Pepegitqꝫ vt reliquum dimidium daret quo primo die cauſam apud iudices oraſſet ⁊ viciſſet poſtea cũ diutule auditor aſſectatorqꝫ protagore fuiſſet. Et in ſtudio quidem facundie abunde ꝓmouiſſet cauſas tamen nõ reciperet/ tempuſqꝫ iam longũ trãſcurreret: ⁊ facere id videretur ne reliquum mercedis daret. capit conſiliũ ꝓtagoras vt tũ exiſtimabat aſtutum petere inſtitit ex pacto mercedem/ litem cum euathlo conteſtatur ⁊ cum ad iudices cõiiciende cõſtituendeqꝫ cauſe gratia veniſſet. Tum protagoras ſic exorſus eſt. Diſce inquit ſtultiſſime adoleſcẽs vtroqꝫ id modo fore vti reddas quod peto ſiue cõtra te pronũciatũ erit ſiue pro te. Nam ſi cõtra te lis data erit merces mihi ex ſentẽtia debebitur quia ego vicero. Sin vero ſecũdum te iudicatum erit merces mihi ex pacto debebitur quia viceris. Ad ea reſpõdit euathlus. Potui inquit huic tue tam ancipiti captioni iſſe obuiam ſi verba ipſe nõ facerem atqꝫ alio patrono vterer. Sed maius mihi in iſta victoria proludium eſt quum te nõ in cauſa tãtum ſed in argumẽto quoqꝫ iſto vinco. Diſce igitur tu quoqꝫ magiſter ſapientiſſime vtroqꝫ mõ fieri vti nõ reddam quod petis ſiue cõtra me pronũciatũ fuerit ſiue pro me: ſi enĩ iudices pro cauſa mea ſenſerit nihil tibi ex ſentẽtia debebitur quia ego vicero. Sin cõtra me pronũciauerint nihil tibi ex pacto debebo: quia ego nõ vicero. Tu; iudices dubioſum hoc inexplicabileqꝫ eſſe quod vtrinqꝫ dicebatur rati ne ſententia ſua vtramcũqꝫ in partem dicta eſſet ipſa ſeſe reſcinderet rem iniudicatam reliquerũt cauſam in diẽ lõgiſſimam diſtulerũt: ſic ab adoleſcẽte diſcipulo magiſter diſcipline eloquẽtia inclitus ſuo ſibi argumẽto cõfutatus eſt. Et captionis verſute excogitate fruſtratus fuit. Unde breuiter dico ꝙ pactio inter acerrimu; ſophiſtã ꝓtagorã ⁊ euathlũ nõ erat ſimpliciter intelligẽda ſed cum hac cõditione ꝙ ipſe euathlus perſolueret reſiduũ debiti cum in iudicio cauſam vinceret cuius quidẽ cauſe conſecutio debiti ſolutionẽ nõ impediret. Et l; in hac materia multi poſſent ꝓponi caſus: nihilominus tñ qꝛ ſolutio vni⁹ eſt ſolutio alioꝝ: ideo breuitati ſtudendo de eis ſcriptis nihil mando.

¶ Secūdo pricipaliter arguitur ſic et pono caſum ꝙ deus ꝑpetuet mundum a parte poſt me ſimiliter ⁊ te ⁊ ꝓmittaȝ tibi hoc mō ſi quolibet die futuro veneris ad me dabo tibi equuȝ cū hoc volo ꝙ quolibet die futuro venies ad me ꝙ tñ ego nunꝗ dem tibi equū. Iſto caſu poſito ſic arguo. Secūdum dicta cōditionalis ꝓmiſſiua eſt falſa ⁊ tñ dicendū eſt ipſam eſſe veram ⁊ per ꝯñs que dicta ſunt circa veritateȝ cōditionalis ꝓmiſſiue minus ſufficiēter poſita ſunt. Cōſequētia eſt clara ⁊ ꝓbo añs ⁊ primo ꝙ illa cōditionalis ꝓmiſſiua ſit falſa ſecundū dicta ſic ꝓbo dictū eſt ꝙ ad veritatē cōditionalis ꝓmiſſiue requiritur ꝙ ſi ponatur ita eſſe ſicut ſignificatur per añs ꝙ oportet poni ita eſſe ſicut per ꝯñs ſignificatur ſed in caſu poſito ponetur ita eſſe ſicut per añs ſignificatur. Nam ponere ita eſſe ſicut per aliquā ꝓpoſitionē ſignificatur nihil aliud eſt ꝙ facere ita eſſe in re ſicut talis ꝓpō ſignificat ſed in caſu poſito ſicut per illā propōnem ſignificatur ita erit in re ⁊ per ꝯñs ponetur ita eſſe ſicut ꝑ añs ſignificatur nunꝗ aut ponetur ita eſſe ſicut ꝑ conſequens ſignificatur vt claret ex caſu ⁊ per ꝯñs ſecundum dicta dicendū eſt illam cōditionalē ꝓmiſſiuaȝ eſſe falſam. Nunc ꝓbo ſecūdam partē antecedētis. puta ꝙ illa cōditionalis ſit vera ⁊ ſic argumēto:. Ad veritatē cōditionalis ꝓmiſſiue ſufficit ꝙ quando cōditio ſub qua promitto me facturū ſicut per añs ſignificatᷣ erit adimpleta ꝙ faciā tunc ita eſſe ſicut per ꝯñs ſignificatur: immo ſi cōditio nunꝗ fuerit adimpleta nō requiritur ꝙ faciam ita eſſe ſicut per ꝯñs ſignificatur vt patet de cōditionali ꝓmiſſiua cuius añs eſt impoſſibile: ſed nūꝗ erit adimpleta cōditio ſub qua fit illa ꝓmiſſio alias oporteret quādoꝗ omnē diem futurū eſſe pertranſactum quod eſt impoſſibile ⁊ per cōſequēs ad veritatem illius conditionalis nō oportet me tibi quandoꝗ dare equum ⁊ ſi hoc non oportet ſequitur clariſſime illam conditionalem promiſſiuam eſſe veram quod erat probandum.

¶ Et ꝯfirmatur ſi dicta eſſent ſufficiēter poſita ſequeretur multas cōditionales eſſe promiſſiuas quaruȝ veritates aut falſitates nullo pacto cognoſceremus qđ eſt abſurdū. Sequelā tamē ſic probo. Et pono ꝙ ſortes ꝓmiſerit platōi ſe daturū equū platoni ſi plato venerit ad ipſum ſortē volo tñ ꝙ plato nō vadat ad ſortē nec ſortes det equū platoni. Iſto poſito ſic arguo ⁊ accipio hāc cōditionalē ſortes ſi veneris ad me dabo tibi equum ⁊ peto vel ipſa eſt vera vel falſa ⁊ non potes dare aliquē modum per queȝ veritatem illius cognoſcere poſſemus ex euentu rei cognoſcere poteras ſi plato veniret ad ſortē ⁊ ſortes daret ei equum dixiſſes illam promiſſiuam fuiſſe veram ſi plato veniſſet ⁊ ſortes non dediſſet ei equuȝ dixiſſes illam falſam: ſed in caſu poſito ſecluditur tibi hec via igitur dicta nullo modo ſufficiunt.

¶ Ad ſecūdū principale admiſſo caſu dico ꝙ iſta cōditionalis promiſſiua ſi quolibet die futuro veneris ad me dabo tibi equum eſt vera prout ſuadebat ratio: ex quo enim nunꝗ erit adimpleta cōditio nunꝗ tenebor dare tibi equum ⁊ ita licet nunꝗ tibi dem adhuc ſtat illa conditionalis in veritate. Et quando dicis ſecundum ea que dicta ſunt ad veritatem conditionalis promiſſiue requiritur ꝙ ſi ſi ponatur ita eſſe ſicut per antecedens ſignificatur ꝙ ponatur ita eſſe ſicut per ꝯñs ſignificatur ⁊ in caſu poſito ponetur ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens cuȝ antecedens ponatur eſſe verum. Ad hoc dico ꝙ licet antecedens illius conditionalis ſit verum: hoc tamen non ſufficit ad ponendum ita eſſe ſicut per conſequēs ſignificatur: ſed vltra hoc oporteret illam conditionē quandoꝗ eſſe adimpletam. Illud autem quod prius diximus intelligendum eſt vbi conditio adimpleri poteſt. ¶ Ex iſto infero aliquam eſſe conditionalem promiſſiuam veram cuius antecedens eſt verum ⁊ conſequens impoſſibile. Correlarium patet de hac conditionali ſi quolibet die futuro veneris ad me faciam te eſſe aſinum retento caſu priori nunꝗ enim poterit cōditio eſſe adimplenda niſi ponaᷣ ita eſſe ſicut per ꝯñs ſignificaᷣ poſtꝗ ꝯditio nō poterit adimpleri ꝓut iam ꝓmiſſum eſt. Et ex iſto claret qualiter intelligendum eſt correlarium in quo aſſertū eſt oppoſitum iſtius.

¶ Ad confirmationē reſpōdetur ꝙ multe ſunt conditionales promiſſiue quarum veritatem non cognoſcimus ſed ipſe ſolus deus cognoſcit. vnde in caſu poſito ſolus deus cognoſcit veritatē huius ſi veneris ad me dabo tibi equum. Solus enim ipſe ſcit an ſi venires darem tibi equum. Idem contingit de conditionalibus promiſſiuis vbi promiſſio fit per verba de preterito aut ꝑſenti. Si tibi dixero ſi veniſſes ad me dediſſem tibi equum ſuppoſito ꝙ nō veniſti ad me ſolus deus veritatem illius cognoſcit. Similiter ſi ſortes dicat platoni ſi tu das mihi librum tuum ego do tibi librū meū platone nō reſpondente nō poteſt nobis conſtare de veritate illius propoſitionis nec ex iſto ſequitur ea que dicta ſunt eſſe minus ſufficienter tradita. Et hec quoad primam difficultatem ꝗ breuiſſime dicta ſufficiant.

Piſſo intelligentia ſecūde difficultatis in qua inquirendum eſt de ly ſi illatiue tento.

¶ Aduertendum eſt ꝙ ly ſi tenetur illatiue quando affirmatur ⁊ denotat conſequens ſequi ad añs. Notanter dico quando affirmatur quia ſi vbi negatur nō tenetur illatiue. Si dixero non ſi homo currit animal currit non conſtituo conſequētiam quia ly ſi ibidem nō tenetur illatiue. Id auteȝ qđ immediate ſequitur notā cōditionalem vocatur antecedens. quod auteȝ mediate ſequitur ꝯñs. Anteꝗ autem ꝓponatur regule penes quas cōmuniter ſolet argui in ꝯditionalibus inquirendum eſt quid requiriᷣ ad veritatem ꝯditionalis. ¶ Circa quā materiam inuenio multas opiniōes pro quarū oīū ſuccincta clara ⁊ facili reprobatiōe ponā aliquas propoſitiones.

¶ Prima propoſitio ad veritatē cōditionalis in qua ly ſi tenetur illatiue non requiritur ꝙ antecedens non poſſit eſſe verum ſine conſequente hec propoſitio eſt contra aliquos ponentes oppoſitū ipſius. Probatur tamen hec propoſitio hec conditionalis eſt vera ſi homo eſt animal eſt attamen añs poteſt eſſe verum ſine conſequente. Nam ſtat ꝙ illud antecedens ſit omnis propoſitio vera.

¶ Secūda propoſitio ad veritatem cōditionalis nō requiritur ꝙ non ſit poſſibile antecedens eſſe verum ſine ꝯñte. Hec ꝓpō ponitur ꝯtra aliquos cōcedētes noſtram primā ꝓpōnem ꝗ eſt de ſenſu diuiſo ponētes tñ oppoſitum huius ſecūde que ē de ſenſu cōpoſito. Ipſa tñ ſic ꝓbatur ⁊ accipio hanc cōditionalem veram ſi hō eſt animal eſt ⁊ pono ꝙ in a inſtanti die craſtina futuro erit hec ꝯditiōalis ſi hō eſt hō eſt aſinus oīs ꝯditiōalis iſto poſito claret ꝙ antecedens prime cōſequentie die craſtina erit verū ſine cōſequente ꝙ ſi dicas te itelligere nō eſſe poſſibile antecedens illius cōſequentie eſſe verum quin cōſequēs

eiuſdem ſit verū adhuc hoc nō ſatiſfacit quia accepta hac ꝯditionali ſi hō eſt animal eſt que eſt vera poſſibile eſt ꝙ antecedēs ſit verū ⁊ ꝯſequens eiuſdē ſit falſuȝ vt puta ſi ipſum cōſequens cōuertatur cum vno falſo antecedente ſignificante vt prius.

**Tertia propoſitio ad veritatē cōditionalis** non requiritur ꝙ non ſit poſſibile antecedens eſſe veruȝ conſequente exiſtente falſo ſine noua impoſitiōe. hec ꝓpoſitio ponitur cōtra aliquos cōcedentes duas primas. oppoſitū tamen huius aſſerentes ꝓbatur tamen ſic quia ſi illud requireretur ⁊ ſufficeret ſequeretur hanc conditionalem eſſe veram. Si antechriſtus curreret antechriſtus ſederet quia nō eſt poſſibile añs illiꝰ ꝯditionalis eſſe verū cōſequēte exiſtente falſo ſine noua impoſitiōe: eo ꝙ nō eſt poſſibile illud añs eſſe verū ſine noua impoſitiōe eo ꝙ nō eſt ꝓpoſitio. Et ſi dicas te intelligere de illis ꝯditionalibꝰ quarū antecedētia ⁊ ꝯſequētia ſunt ꝓpōnes adhuc te nō iuuas. Accepta eñ hac ꝯditiōali vera. Si antechriſtus currit antechriſtus mouetur verū eſt dicere ꝙ eſt poſſibile antecedens illius eſſe verum cōſequente exiſtente falſo quia nunc dum conſequens eſt falſum eſt poſſibile ꝙ antecedens eius ſit verum. Et per conſequens cōſequente exiſtente falſo poſſibile eſt eius antecedens eſſe verum.

**Quarta propoſitio ad veritatē cōditionalis** nō requiritur ꝙ ſi ita eſt ſicut eſt ſignificabile per antecedens neceſſe eſt ſic eſſe ſicut eſt ſignificabile per ꝯñs probatur hec ꝓpoſitio. Hec ꝯditionalis eſt vera ſi tu es albus tu es coloratus ⁊ ita eſt ſicut eſt ſignificabile per antecedens ⁊ tamen nō eſt neceſſe ita eſſe ſicut eſt ſignificabile per cōſequens cum cōtingēter ita ſit ſicut eſt ſignificabile per conſequens ⁊ procedo ſemper ſine noua impoſitione.

**Quinta propoſitio ad veritatē cōditionalis** nō requiritur ꝙ cōtradictorium cōſequentis repugnet antecedenti ꝓbatur ꝓpō ſi nulla eſſet ꝓpoſitio in mundo niſi hec ꝯditionalis ⁊ ſua pars ſi ſortes currit ſortes mouetur ipſa eſt vera ⁊ tamen nulluȝ oppoſitum cōſequentis repugnat antecedēti quia ex caſu nullum oppoſitum cōſequentis eſt.

**Sexta propoſitio ad veritatē conditionalis** nō ſufficit ꝙ ex antecedente ⁊ ꝯtradictorio cōſequentis ſic ſignificantibus poſſit fieri copulatiua impoſſibilis ꝓbatur hec propō loquēdo philoſophice. Iſta ꝯditionalis eſt impoſſibilis ſi antechriſtus eſt nullum celum eſt: ⁊ tamen poſt mortem antechriſti ex antecedente illo ⁊ oppoſito ꝯſequētis poterit cōſtitui copulatiua impoſſibilis eo ꝙ poſt mortem antechriſti illud antecedēs erit impoſſibile ⁊ tamē poſt mortē antechriſti adhuc illa cōditionalis erit impoſſibilis. Multe alie eſſent ponende ꝓpoſitiōes aliarum opinionum ⁊ maxime eorum qui oxonie ſtuduerunt improbatiue ſed breuitati ſtudendo pono.

**Septimā propoſitionēque eſt hec** ad veritatem cōditionalis affirmatiue ſignificātis iuxta cōpoſitionem ſuarum partium ſufficit ⁊ requiritur ꝙ ex antecedēte ⁊ oppoſito cōtradictorio ꝯſequētis ipſius indicatiue ſumptis formaliter aut equiualēter ſemper ꝓcedendo ſecundū talem ſignificationeȝ ꝯſtitui poſſit copulatiua impoſſibilis ſimpliciter hoc eſt dicere ſub breuibus. Ad veritatem cōditionalis requiritur ꝙ ſit bona cōſequentia: ſed melius eſt explicare eo pacto quo diximus. Quoniam reſtaret dubiū quidnam eſſet cōſequentia bona. Succincte auteȝ declarande ſunt ſingule particule primo dictū eſt cōditionalis affirmatiue ſeu illatiue q: ad veritatem cōditionalis negatiue illud nō requiritur. Iſta ꝯditionalis eſt vera. Nō ſi deus eſt homo eſt aſinus. attñ ex antecedente ⁊ cōtradictorio cōſequentis ſolū poteſt conſtitui copulatiua neceſſaria ⁊ nō impoſſibilis. Deinde dicitur ſignificātis iuxta ſignificationē ſuaruȝ partium quia ſi hec cōditionalis ſi ſortes currit ſortes currit cōuertibiliter ſignificet cum hac cōditionali ſi ſortes currit ſortes mouetur retenta ſignificatiōe partiū ipſius tunc ipſa eſt vera. Nequit tamen cōſtitui copulatiua impoſſibilis ex antecedente ⁊ oppoſito cōtradictorio cōſequentis. Deinde dicitur oppoſito cōtradictorio cōſequētis quoniā hec cōſequentia nō valet ex oppoſito cōſequentis ⁊ antecedēte huius cōditionalis cōſtitui poteſt copulatiua impoſſibilis: igitur hec cōditionalis eſt vera hec eñ cōditionalis eſt falſa. Si aliquis hō currit quilibet homo currit ⁊ tamen ex oppoſito cōſequentis vt puta cōtrario ⁊ antecedente cōſtitui poteſt copulatiua impoſſibilis ſed nō ex oppoſito cōtradictorio cōſequentis. Deinde dicunt indicatiue ſumptis ad denotandū ꝙ loquimur de cōditionalibus quarū antecedentia ⁊ cōſequētia ſunt ꝓpoſitiones. Poſtea dicitur formaliter aut equiualenter ꝓpter ſecundam partem huius copulatiue ſi ſortes currit ſortes mouetur ⁊ ecōtra: poſtea ſubiūgitur copulatiua impoſſibilis ſimpliciter.

**Circa qđ eſt notandum ꝙ dupliciter** aliqua propō dicitur impoſſibilis vno mō ſimpliciter. Alio modo ſecundum quid. Illa ꝓpō dicitur impoſſibilis ſimpliciter que ſic ſe habet ꝙ nō poteſt ita eſſe ſicut per eam ſignificatur. nec vnꝙ potuit ita eſſe ſicut per eam ſignificatur: nec vnꝙ poterit ita eſſe ſicut per eam ſignificatur ⁊ hoc mō iſta eſt impoſſibilis hō eſt aſinus. Alio mō aliqua ꝓpoſitio dicitur impoſſibilis ſecundū quid ⁊ eſt illa que ſic ſe habet ꝙ nunc nō pōt ita eſſe nec vnꝙ poterit ita eſſe ſicut per eam ſignificatur. potuit tamē quandoꝗ ita eſſe ſicut per eaȝ ſignificatur vt eſt iſta antechriſtus eſt in caſu ſexte ꝓpoſitionis. Et q: quot modis dicit̃ vnum oppoſitorū tot modis dicitur ⁊ reliquū/ ea propter aliq̄ propoſitio dicitur dupliciter eſſe neceſſaria videlicet ſimpliciter ⁊ ſecundū quid veniendo: igitur ad propoſitū dicitur ꝙ lȝ in caſu ſexte propoſitionis poſt mortē antechriſti illiꝰ ꝯditionalis antecedens erit impoſſibile ſecundū quid. Illa cōditionalis tamen erit falſa ⁊ quando cōmuniter dicitur ꝙ ex impoſſibili ſequit̃ quodlibet intelligendū eſt de impoſſibili ſimpliciter ⁊ nō de impoſſibili ſecundū quid. vnde nō ſequit̃ adā non fuit ergo homo eſt aſinus vt clarū eſt: ea propter poſita eſt illa particula copulatiua impoſſibilis ſimpliciter in ſeptima propoſitione. Ex predictis ꝓpoſitionibus ſequuntur aliqua correlaria. Primū eſt due ſunt cōditionales vere que qñcūꝗ erunt ſignificabunt preciſe iuxtā cōpoſitionē ſuarū partiuȝ ⁊ antecedens vnius quandoꝗ erit verū ſed non ſine ſuo cōſequente ⁊ tamen antecedens alterius conditionalis erit verum ſine ſuo conſequente. Secundum correlarium due ſunt conditionales quarum antecedētia ⁊ conſequentia conuertuntur ⁊ tamē vna eſt vera ⁊ altera falſa. Tertium correlarium aliqua cōditionalis eſt vera ſignificās preciſe iuxta compoſitioneȝ ſuarum partium ⁊ tamen non quādocūꝗ erit ita ſicut ſignificatur per antecedens erit ita ſicut ſignificatur ꝑ conſequens verifica tu ipſe hec correlaria quia valde facilia ſunt. De poſſibilitate autem ⁊ impoſſibilitate neceſſitate aut contingentia cōditionalis aliud nā

eſt dicendū niſi ꝙ oīs cōditionalis falſa eſt impoſſibilis ⁊ oīs vera ē neceſſaria. ¶ Viſo ergo quid req̄ritur ad veritatem conditionalis ponende ſunt regule cōmunes quarum.

**¶ Prima ē ꝙ arguendo a tota cōdi**tionali cum poſitione antecedentis ad poſitionē conſequentis validum eſt argumentū optime ſequitur ſi homo currit aīal currit: ſed homo currit ergo aīal currit ⁊ hec regula probatione non eget.

**¶ Secunda regula arguēdo a tota** cōditionali cum deſtructione cōſequentis ad deſtructionē antecedentis valet modus arguēdi hec regula probatur exemplo iſte modus arguendi eſt infallibilis. ſi ſortes currit ſortes mouetur ſed ſortes nō mouetur ergo ſortes nō currit ꝙ tamē hec regula in omnibus teneat ſic probatur qꝛ ſi cum aliqua cōditionali ⁊ contradictorio conſequentis eiuſdē ſtet añs ſequitur ꝙ illa cōditionalis erat falſa eo ꝙ eſt conſequentia cuius añs cōpatit̄ contradictorium conſequētis.

**¶ Tertia regula arguēdo a tota cō**ditionali ad ꝓpoſitionē diſiunctiuā cōpoſitā ex cōtradictorio antecedentis ⁊ cōſequente eiuſdē cōditionalis vtrobiq̄ valet mod⁹ arguēdi. Vnde valet iſta ꝯña ſi ſortes eſt albus ſortes eſt coloratus ergo ſortes nō ē albus vel ſortes eſt coloratus: qḋ ſic ꝓbat̄ qꝛ dato oppoſito ꝙ illa cōſequētia nō valet ſtabit oppoſitū cōſequētis cū antecedente ⁊ per cōſequens iſta ſimul ſtabunt. Si ſortes eſt albus ſortes eſt coloratus ⁊ ſortes eſt albus ⁊ ſortes nō eſt coloratus qꝛ copulatiua ⁊ diſiunctiua cōpoſite ex partib⁹ cōtradicētibus cōtradicunt. Et ſic arguēdo a tota conditionali cū poſitione antecedentis ad poſitionē cōſequētis nō valeret argumentum quia ſecundum dicta daretur oppoſitum cōſequentis cum añte quod eſt contra primam regulā.

**¶ Quarta regula ē arguēdo a tota** conditionali cū poſitione conſequentis ad poſitionē antecedentis nō valet argumentū/ Regula eſt clara de ſe patet tamē exēplo. Nō ſequitur ſi hō currit aīal currit ſꝫ animal currit ergo homo currit ⁊ iſte eſt primus modus fallacie conſequentis quē ponit Ariſtoteles in primo elenchorum. vnū exemplū philoſophi eſt ſi pluit terra eſt madida ſed terra eſt madida ergo pluit claret ꝙ argumentum eſt nullum.

**¶ Quinta regula ⁊ vltima arguen**do a tota cōditionali cum deſtructione antecedentis ad deſtructionē cōſequētis nō tenet cōſequentia īmo argumentum peccat penes ſecundū modū fallacie cōſequentis non ſequitur ſi mel eſt rubeum eſt: ſed nullum mel eſt ergo nullum rubeū eſt. vt autem omnium horum clarior habeatur intelligentia idcirco.

**¶ Primo pricipaliter arguit̄ ſic ali**qua eſt conditionalis vera q̄ tamen non eſt bona ꝯña igitur ad veritatē conditionalis non requiritur ꝙ ſit bona ꝯña/ antecedens probatur de hac cōditionali ſi nulla propō eſt negatiua aliqua propō eſt negatiua ꝙ illa cōditionalis ſit mala cōſequentia ꝓbo ſic qꝛ dato oppoſito ſequitur ꝙ vnū cōtradictoriorū ſequitur ad reliquum quod eſt falſum ꝙ aūt illa conditionalis ſit vera ſic ꝓbo antecedens illius conditionalis nō poteſt eſſe verum cōſequente exiſtente falſo igitur illa conditionalis eſt vera ꝓbatio aſſumpti. Antecedens illius cōditionalis nō poteſt eſſe verū igitur nō pōt eſſe verū cōſequente exiſtente falſo. Cōſequentia eſt clara ⁊ antecedens ꝓbo ſic/ detē oppoſitum ꝙ illa propō ſit vera nulla propoſitio eſt negatiua ⁊ ſic arguo bene ſequitur illa propoſitio eſt vera igitur ipſa eſt ⁊ ſi ipſa eſt aliqua propoſitio eſt negatiua cū ipſamet ſit negatiua. Et per conſequēs iſta eſt falſa nulla propō eſt negatiua: relinquitur ergo ꝙ illa propō nō pōt eſſe vera ⁊ per cōſequens habetur ꝙ antecedēs illius conditionalis aſſumpte nō poteſt eſſe verum conſequente exiſtente falſo quod erat probandum.

**¶ Et cōfirmatur ⁊ accipio hanc cō**ditionalem ſi hec conditionalis eſt bona conſequentia homo eſt aſinus ⁊ pero vel illa eſt vera vel falſa. Si primum ſic arguo bene ſequitur illa conditionalis ē vera igitur eſt bona conſequentia ⁊ ſi ip̄a eſt bona cōſequentia ſequitur ꝙ ita eſt ſicut per antecedens illi⁹ conditionalis ſignificatur. ⁊ oppoſitum contradictorium conſequentis eſt neceſſarium ⁊ per ꝯñs ex ip̄o ⁊ antecedente non poteſt conſtitui copulatiua impoſſibilis ⁊ per conſequens ad veritatē conditionalis nō requiritur illud quod poſitum eſt in ſeptima ꝓpōe. Si dixeris illam conditionem eſſe falſam ſequitur ꝙ ipſa eſt impoſſibilis ⁊ ſi ſic ipſa nō poteſt eſſe bona cōſequentia ⁊ per conſequens antecedens illius conditionalis eſt impoſſibile igitur ex contradictorio conſequentis ⁊ illo antecedente conſtitui poteſt copulatiua impoſſibilis hoc autem ſufficit ad veritatem conditionalis vt dictum eſt: ⁊ per conſequens illa conditionalis eſt vera ⁊ non falſa.

**¶ Ad primū princapale reſpōdetur** negando ꝙ detur aliqua conditionalis vera que tamen non eſt bona ꝯña ⁊ ad probationem qua probatur ip̄am eſſe verā dico hanc cōditionalem ſi nulla ꝓpoſitio eſt negatiua aliqua propō eſt negatiua eſſe falſam eo ꝙ eſt mala conſequentia concedo tamen ꝙ antecedens non pōt eſſe verū cōſequente exiſtente falſo. ¶ Vnde hic eſt aduertendum ꝙ aliq̄ ſunt ꝓpōes poſſibiles que tamē nullo pacto poſſunt eſſe vere vt iſta ꝓpō omnis ꝓpō eſt ſingularis illa eñ ꝓpō eſt poſſibilis eo ꝙ poſſibile eſt ita eſſe ſicut per eam ſignificatur Si enim nulle eſſent ꝓpōes in mundo niſi iſte due ſortes currit plato diſputat: tunc ita eſſet ſicut per hanc ſignificatur omnis ꝓpō eſt ſingularis ſed ꝙ illa ꝓpō non pōt eſſe vera clarum eſt qꝛ ſi ipſa ſit vera ip̄a eſt et quandocunq̄ ipſa eſt aliqua ꝓpō non eſt ſingularis. Et eodē mō dicatur de talibus propoſitionibus omnis propō eſt particularis omne ens eſt deus nulla ꝓpoſitio eſt negatiua nulla propoſitio eſt vniuerſalis quelibet enim iſtarum eſt poſſibilis. tamen qñcunq̄ aliqua iſtarum eſt ipſa eſt falſa ⁊ nulla earum poteſt eſſe vera. Veniendo igitur ad propoſitum dico ꝙ conditionalis aſſumpta eſt falſa quia poteſt ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens abſq̄ hoc ꝙ ita ſit ſicut ſignificatur per conſequens. Et hoc ſufficit ad maliciam conſequentie clarum etiam eſt ꝙ illi conditionali non competit illud quod dictum eſt in ſeptima propoſitione: ¶ Aliter poſſumus reſpōdere ad argumētum dicendo ꝙ antecedens illius conditionalis pōt eſſe verum conſequente exiſtente falſo videlicet variando per tranſactione temporis.

**¶ Vnde notādū eſt ꝙ alique propo**ſitiones cōcedunt̄ in cōmuni mō loquēdi que tamen ſaluari nō poſſunt niſi copula importet aliqḋ tēpus qḋ de virtute ſermonis non importaret/ hoc ē dicere niſi vtamur per tranſactione temporis vt ſi a ſorte tacente ego petam ſortes quid dicis ipſo reſpondēte iohānes nihil dico oēs audiētes iudicabunt eū dicere verū ⁊ tamen clarū eſt ꝙ copula de virtute ſermonis

importat tempus in quo illa propoſitio profertur et ſic illa propoſitio eſſet falſa immo iſta eſſet vera ſortes aliquid dicit ſed quia copula importat illud tempus in quo ſortes tacebat caꝓpterea dicimus ſortem dicere verum. Conſimiliter ſi dormienti dicam vos dormitis ⁊ ſtatim excitetur ⁊ dicat ego non dormio omnes iudicabunt eum dicere falſum attamen ſi copula importaret tempus prolatiōis illorum verborum illa propoſitio eſſet vera. Veniēdo igitur ad propoſitum dico ꝙ iſta propoſitio eſt vera nulla propoſitio eſt negatiua/ ſi eñi in p̄ia medietate alicuius hore omnes propoſitiões eſſent affirmatiue ⁊ in ſecunda medietate iſta propoſitio eſſet in rerum natura nulla ꝓpoſitio eſt negatiua cum ſua contradictoria ⁊ per copulam illius importaretur prima medietas hore et ſimiliter per copulam ſue contradictorie tunc antecedens eſt verum conſequente exiſtente falſo. ¶ Sed ſecundum iſtum modum reſpondēdi diceretur ꝙ omnis propoſitio poſſibilis poteſt eſſe vera. ¶ Similiter ꝙ in qualibet mala conſequentia dari poterit antecedens verum cōſequente exiſtente falſo. Iſtorum tamen oppoſitum communiter dicūt logici hoc tempore ꝓpterea magis placet prima ſolutio licet tamē in cōmuni modo loquēdi vtamur per tranſactione nō ideo in quibuſlibet propoſitionibus indifferēter vtēdum eſt per tranſactione vulgares eñi vtētes illo modo loquendi groſſi ſunt ⁊ inſipientes non aſpicientes quid propoſitiones de virtute ſermonis ſignificant.

¶ Ad cōfirmationē reſpōdetur poſt magiſtrum. Martinum magiſtri in tractatu cōſequētiarum queſtione tertia ꝙ hec conditionalis eſt vera ſi hec cōditionalis eſt bona cōſequētia hō eſt aſinus ⁊ concedo ꝙ illa conditionalis eſt bona conſequentia ⁊ hoc quia illud antecedens eſt impoſſibile.

Martinus magiſtri.

¶ Unde eſt aduertendū ꝙ omnis illa propoſitio que ſignificat antecedens alicuius conſequentie eſſe verum ⁊ illam conſequentiam eſſe bonam ſignificat etiam conſequens illius conſequētie eſſe verum. verbigratia accepta hac cōſequentia hec conſequentia eſt bona ergo homo eſt aſinus demonſtrando illam met cōſequentiam illud antecedēs hec conſequentia eſt bona denotat ꝙ illud conſequens homo eſt aſinus ſequatur ex ipſo idcirco illud antecedēs etiam ſignificat hominem eſſe aſinū ſicut ⁊ illud conſequens. Pari forma dicitur de conditionali noſtra aſſumpta ꝙ ipſa eſt bona conſequentia ſed eius antecedēs eſt impoſſibile ſicut ⁊ ipſum conſequens/ ⁊ hoc quia ipſum ſignificat illam conſequentiam eſſe bonam ⁊ illud conſequens ex ipſo inferri idcirco virtualiter et cōſecutiue ſignificat hominem eſſe aſinū. Quo poſito clarum eſt aīs illud eſſe impoſſibile.

¶ Sed cōtra hunc dicendi modū ꝙ plurime ſolēt adduci inſtantie. ¶ Unde primo modo arguitur ſic. Si hec cōditionalis ſit vera ſi hec cōditionalis eſt bona cōſequētia homo eſt aſinus ſequitur ꝙ ex oppoſito cōſequētis ſequitur oppoſitum antecedētis ⁊ per cōſequēs erit hec cōſequētia bona ſi hec cōditionalis eſt bona cōſequētia homo eſt aſinus ſed nullus homo eſt aſinus ergo hec cōditionalis nō eſt bona cōſequētia ⁊ antecedēs eſt verū vt cōſtat igitur ⁊ cōſequēs ⁊ per cōſequens illa cōditionalis nō eſt vera cuius oppoſitum dictum eſt.

¶ Secūdo ſic arguo ⁊ ſuppono propter breuiloquium ꝙ antecedens conditionalis date vocetur a tunc peto vel a cum hoc ꝙ ſignificat illā cōditionalem eſſe bonam cōſequentiam cum hoc ſignificat hominem eſſe aſinum incōiunctim vel cōiunctim. Si primum tūc a nec eſſet propoſitio nec complexum propoſitionale ⁊ per conſequens a non eſſet antecedēs/ omne enim antecedens eſt propoſitio aut complexum propoſitionale vt patet ex diffinitiōe antecedentis. Si ſecundum vel hoc eſſet copulatiue vel diſiunctiue ſi ſecundum tunc illa conditionalis eſſet mala conſequentia ⁊ ſi copulatiue ſequitur ꝙ illa cōditionalis vocalis ſubordinatur huic mentali ſi hec cōditionalis eſt bona cōſequētia ⁊ homo eſt aſin⁹ hō eſt aſinus: quo cōceſſo peto vel prima pars illius copulatiue ſolum ſignificat illā cōſequētiam eſſe bonā nō ſignificādo hominē eſſe aſinū vel etiā adhuc ſignificat hominē eſſe aſinum nō pōt dici ſecundum quia tunc fruſtra diceret a ſubordiari ꝓponi copulatiue ⁊ inſuper illud iterum eēt mediante vna alia copulatiua qō dici nō pōt ops ergo dicere ꝙ prima ps copulatiue cui ſubordinatur a nullo mō ſignificat hoiem eſſe aſinū. Poterit ergo intellectus accipe illam primam partē copulatiue ꝓ aīte alicuius cōditionalis mentalis cuius ꝯn̄s erit hec ꝓpō homo eſt aſinus ⁊ tunc redibit tota difficultas argumenti nec ſufficere poteſt reſponſio iam data.

¶ Tertio ſic ſi a ſignificat hominē eſſe aſinum vel hoc eſſet naturaliter vel ad placitum nullum iſtorum dari poteſt igitur a nullo pacto ſignificat hominem eſt aſinum.

¶ Quarto ſic ⁊ pono caſum ꝙ nulla ſit ꝯn̄a in mūdo niſi illa cōditionalis ⁊ iſta quam iam facturus ſuꝫ in darij oīs ꝯn̄a ē bona ꝯn̄a hec cōditionalis eſt ꝯn̄a: ergo hec conditionalis eſt bona ꝯn̄a ⁊ volo ꝙ a accipiatur pro cōcluſiōe illius ꝯn̄e iaꝫ facte in darij. iſto poſito arguitur ſic antecedēs illius cōſequētie eſt veruꝫ igitur ⁊ cōcluſio ⁊ illa cōcluſio eſt antecedēs cōditionalis date ⁊ ꝑ cōſequens antecedens conditionalis date eſt verum ⁊ per conſequens nullo pacto ſignificat hominem eſſe hominem.

¶ Quinto ſic ſi conditionalis data ſit bona conſequentia verum erit dicere demonſtrando illam conditionalem hec conditionalis eſt bona conſequentia quo poſito ſic arguo ⁊ ſit illa propoſitio b/ b eſt propoſitio ſinonima cum a ⁊ b eſt verum igitur ⁊ a/ ꝙ b ⁊ a ſint propoſitiones ſinonime patet quia ſunt extremorum omnino conſimilium ⁊ ſinonimorum ex quo manifeſte concluditur a non ſignificare hominem eſſe aſinum. ¶ His argumentis ⁊ ſimilibus nituntur communiter loquentes deſtruere hūc modum dicendi magiſtri. Martini magiſtri ⁊ aliqui obligatores dicunt eſſe reſpondendum ad argumentum factum. Aliqui autem non admittunt pronomē poſſe demonſtrare propoſitionem cuius ipſum eſt pars ⁊ hoc potiſſimuꝫ in aliquibus argumentis que non ſciunt ſoluere. in alijs autem que ſoluere ſciunt illud admittunt ⁊ certe ſufficientior eſt ſolutio martini dummō tamen recte explicetur. ¶ Unde hic eſt aduertendum ꝙ de ſignificatione quam ſortitur aliqua propoſitio eo modo quo dictum eſt iudicanduꝫ eſt ſicut de ſignificatione de ly e cōuerſo. Unde antecedens huius conditionalis ſi hec conditionalis eſt bona cōſequentia homo eſt aſinus ſignificat hominem eſſe aſinum dependenter quemadmodum in hac propoſitione omnis homo eſt animal ⁊ econuerſo ly e cōuerſo ſignificat ſignificatione dependenti omne aial eſſe hominem. vnde accepto illo eodem antecedente illius conditionalis ⁊ conſtituendo hanc conditio/

nalem ſi hec conditionalis eſt bona conſequentia ali quid eſt ⁊ non eſt illud antecedens quod prius ſignificabat hominem eſſe aſinum non amplius ſignificat hominem eſſe aſinum ſed ſignificat aliquid eſſe ⁊ non eſſe immo quod fortius eſt ſtat eandem mentalem prius ſignificare hominem eſſe aſinū ⁊ poſtea non ſignificare hominem eſſe aſinum quacunqꝫ impoſitione ſeclusa. declaratur hoc exemplo accepta hac propoſitione mentali ſi hec conditionalis eſt bona conſequē tia homo aſinus eius antecedens ſignificat hominē eſſe aſinum eo ꝙ denotat conſequens illius conditionalis ſequi ex ipſo in bona conſequentia ⁊ ſi intellectus caperet poſtea illam propoſitionem pro conſequente ⁊ hanc propoſitionē homo eſt aſinus pro antecedente conſtituendo hanc conditionem ſi homo eſt aſinus hec conditionalis eſt bona conſequentia tunc illa propoſitio non amplius ſignificaret hominē eē aſinum licet enim ſignificaret illam conditionalem eē bonam cōſequentiam non tamen magis ſignificaret illam propoſitionem homo eſt aſinus ad ipſaꝫ ſequi. Iſtis notatis reſpondendum eſt ad rationes factas.

**Ad primā reſpondetur conceden**do hanc conditionalem eſſe veram ſi hec conditionalis eſt bona conſequentia homo eſt aſinus dico tamen ꝙ conſequentia illa nihil valet ſi hec conditionalis eſt bona conſequentia homo eſt aſinus ſed nullꝰ homo eſt aſinus ergo hec conditionalis non eſt bona conſequentia quia antecedens eſt verū ⁊ conſequēs falſum. Nec ibi arguitur a tota conditionali cum deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis. Nam conſequens illius conſequentie nullo pacto eſt contradictoria antecedentis illius conditionalis quia antecedens illius conditionalis ſignificat hominem eſſe aſinum qualiter non ſignificat illud cōſequens immo precise ſignificat illam conditionaleꝫ non eſſe bonam conſequentiam.

**Forte petis qualiter arguendū eſ**ſet a tota conditionali cum deſtructiōe cōſequentis ad deſtructionem antecedentis. Reſpōdeo ꝙ hoc non eſt poſſibile eo pacto quo imagineris. Et ratio eſt quia antecedens illius conditionalis non eandem retineret ſignificationem ipſo exiſtente antecedente ⁊ ipſo exiſtente conſequente. Modo regula communis intelligenda eſt de conditionali cuius antecedēs eandem ſignificationem ſortiatur ſiue fuerit antecedēs ſiue cōſequens. vel aliter dico ſic eſſet arguēdū ſi hec cōditionalis eſt bona conſequentia homo eſt aſinus ſed nullus homo eſt aſinus igitur hec cōditiōalis nō eſt bona conſequentia vel nullus homo eſt aſinus ſꝫ ibi nō capitur cōtradictorium antecedētis quia antecedēs nō eſt propoſitio copulatiua vt ſtatim dicetur.

**Ad ſecūdum reſpōdeo ꝙ argumē**tum fundatur in falſa imaginatione. Fundatur enim argumentum in hoc ꝙ a ſubordinatur duabus propoſitionibus: aut coniunctim aut inconiunctim ſumptis. Modo hoc eſt falſum. Unde dico ꝙ illa cōditionalis in voce ſubordinatur vni mentali cuius antecedens eſt vna ſimplex cathegorica ⁊ nullo modo copulatiua aut diſiunctiua nec aggregatum ex pluribus ꝓpoſitiōibus incōiunctim ſumptis ſed ſignificat hominē eſſe aſinum depēdēter eo ꝙ ſignificat illam cōſequentiam cuius eſt pars eſſe bonam cuius quideꝫ cōſequentie cōſequēs ſignificat hominem eſſe aſinum.

**Ad tertiū dicitur ꝙ nec naturali**ter proprie nec ad placitum proprie illud antecedens ſignificat hominem eſſe aſinum ſed ſolum conſecutiue ⁊ dependenter vt ſepius dictum eſt.

**Ad quartū admiſſo caſu concedo** illam conſequentiam eſſe in darij ⁊ concedo illud cōſequens eſſe verum/ vnde licet accipias eandem propoſitionem in numero pro conſequente ⁊ antecedēte conditionalis tamen conſequens illius ſillogiſmi eſt verum ⁊ antecedens illius conditionalis eſt falſum nam illa propoſitio non ſignificat hominem eſſe aſinum inq̄tum eſt cōſequēs illius ſillogiſmi licet inq̄tum eſt antecedens illius conditionalis.

**Ad quintū reſpondetur conceden**do hanc propoſitionem eſſe veram hec conditionalis eſt bona conſequentia demonſtrando noſtram conditionalem ⁊ nego ipam eſſe ſinonimam cuꝫ a/ ⁊ hoc qꝛ non ſignificat hominem eſſe aſinū ſicut a ⁊ non valet hec conſequentia ille due propoſitiones habēt extrema ⁊ copulas oīno ſinonima igitur ille propoſitiōes ſunt ſinonime ſꝫ opus eſt addere in antecedente ⁊ nulla earum habet ſignificationem cōſecutiuā aut depēdētem qualem nō habet alia ⁊ hoc addēdo ſtatī negabitur antecedēs quia b propoſitio que nō eſt pars illius conditionalis nō habet ſignificationem depēdētem ſicut habet a. Ecce viam qua defendendam puto ſolutionem Martini quamquideꝫ ſolutionem minus ſuccincte ⁊ non ſufficienter tradidit paſſu iam prius allegato. Licet autem conſequenter defendi poſſit optime hec ſolutio. Aliter tamen arbitror eſſe dicēdum et dico hanc conditionalem eſſe falſam Si hec cōditionalis eſt bona conſequentia homo eſt aſinus ⁊ hoc quia eſt mala conſequentia. Unde quemadmodū aliqua propoſitio ſe falſificat quia ad ita eſſe ſicut per eam ſignificatur ſequitur eam fore falſam Ita aliqua conſequentia ſe maliſicat puta illa q̄ ſic ſe habet ꝙ ad eam eē bonam ſequitur eā eſſe malam. Unde ad hanc conditionalē ſi hec conditionalis eſt bona conſequentia homo eſt aſinus ſequitur diſiūctiua compoſita ex contradictoria antecedentis ⁊ conſequente vt patet per vnam regulam prius poſitam/ ⁊ ex illa diſiunctiua cum deſtructione ſecunde partis ſequitur poſitio prime partis/ volo dicere bene ſequitur ſi hec conditionalis eſt bona conſequentia homo eſt aſinus ergo hec conditionalis non eſt bona conſequentia vel homo eſt aſinus ⁊ vltra ſequitur hec cōditionalis nō eſt bona conſequentia vel homo eſt aſinus ſed nullus homo eſt aſinus ergo hec conditionalis non eſt bona cōſequentia ⁊ per cōſequens de primo ad vltimū ſequitur ſi hec conditionalis non eſt bona cōſequentia homo eſt aſinus ergo hec conditionalis non eſt bona cōſequentia ⁊ ita ad illam conditionalem eſſe bonam conſequentiam ſequitur eam non eſſe bonam. Infero correlarie aliquam conſequentiam eſſe malam cuius antecedens eſt impoſſibile antecedens enim cōditionalis date eſt impoſſibile ⁊ tamen illa conditionalis eſt mala conſequētia. Secundo infero ꝙ ad veritatem cōditionalis nō ſufficit illud qđ dictum eſt in ſeptima ꝓpōe videlicet ꝙ ex oppoſito cōtradictorio cōſequentis ⁊ antecedente poſſit conſtitui copulatiua impoſſibilis nam cōditiōalis aſſumpta eſt falſa ⁊ tamē hec copulatiua eſt impoſſibilis hec cōditionalis eſt bona conſequētia ⁊ nullus hō eſt aſinus ꝓpter impoſſibilitatem prime partis ipſius. Sed noſtra ſeptima propoſitio eſt intelligenda extra cōditionales inferētes ſe eſſe malas conſequentias: multa alia hic dicere poſſeꝫ ſed hec materia ſapit difficultatem inſolubiliū eapropter vt pertinenter loquar pertranſeo.

¶ Secūdo principaliter arguit' iſta conditionalis eſt vera ſi animal currit homo currit ⁊ tamen non eſt bona conſequentia igitur ad veritatē conditionalis non requiritur quod dictum eſt. conſequentia eſt clara cum minore ⁊ maiorem probo ſic bene ſequitur ſi hoc animal currit homo currit demonſtrando ſortem. igitur ſi animal currit homo currit. tenet conſequentia ab inferiori ad ſuperius ſine diſtributiōe ſuperioris quouis alio impedimento ſecluſo reſpectu ſubiectorum antecedentium illarum conditionalium. veritas autē antecedentis probatione nō eget ⁊ per conſequens conditionalis propoſita eſt vera quod erat probandum.

¶ Et confirmat' ſi illud quod dictū eſt ſufficiat ad veritatem conditionalis ſequit' ꝙ duo contradictoria ſimul ſtant in veritate quod eſt falſum Sequela tamen ſic probatur iſte due conditionales contradicunt ſi homo currit riſibile currit non ſi homo currit riſibile currit. ⁊ ꝙ affirmatiua ſit vera clarū eſt. veritatem tamen negatiue ſic probo ipſa equiualet propoſitioni vere igitur ipſa eſt vera aſſumptū probo equiualet huic ſi nullus homo currit nullum riſibile currit. Poſtꝗ̄ termini omnino eodē modo ſupponunt in illis conditionalibus ꝙ autem illa ſit vera clarum eſt abſoluendo ſaltem ly nullus a genere.

¶ Ad ſecundū principale reſpondetur negando hanc eſſe veram ſi animal currit homo currit ⁊ nego ꝙ illa propoſitio ſequatur ex vero ⁊ vlterius nego hanc cōſequentiam ſi hoc animal currit hō currit demonſtrando ſortem: ergo ſi animal currit homo currit. et dico ꝙ arguitur ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione ſuperioris ⁊ huius opinionis eſt petrus mantuanus in principio ſuarum ſuppoſitionum ⁊ ibi ponit hanc regulam vndecimam in ordine iſta nota conſequentia ſi in comparatione ad conſequens diſtribuit' ſubiectum antecedentis ſed tamen illud ſubiectum in ordine ad predicatum ſtat determinate. Ex quo correlarie concludit eundem terminum ſtare confuſe ⁊ diſtributiue ⁊ determinate/ ⁊ hanc opinionem ſic ſuadeo. ¶ Sequitur formaliter ſi animal currit homo currit: ergo ſi hoc animal currit homo currit ⁊ ſi hoc animal currit homo currit: et ſic conſequenter quocunqꝫ animali demonſtrato ⁊ ꝑ conſequens formaliter licet deſcendere ſub illo termino qui immediate ſequitur ly ſi/ ſed deſcenſus copulatiuus eſt effectus ſuppoſitionis confuſe ⁊ diſtributiue ⁊ per cōſequens poſtꝗ̄ licet formaliter deſcendere copulatiue ſub illo termino dicendum eſt ꝙ ſupponit confuſe ⁊ diſtributiue.

¶ Contra hanc opinionē communiter ſolet ſic argui ſequeretur ꝙ iſta conditionalis eēt vera ſi homo currit omnis homo currit quod eſt falſum viſo ꝙ eſt mala conſequentia Sequela tamen ſic probatur antecedens ⁊ conſequens ſunt due propoſitiones conſtitute ex terminis ſinonimis eodem modo ſupponentibus igitur antecedens ⁊ conſequens equiualent. conſequentia eſt clara ⁊ antecedens probatur ſubiecta eodem modo ſupponunt viſo ꝙ ſubiectum antecedentis diſtribuitur ſicut ſubiectum conſequentis. Copule vero illarum propoſitionū omnino cōſimiliter tenentur vtriuſqꝫ vero illarū ꝓpōnum predicatum ſtat confuſe tantum: igitur ille due propoſitiones equiualent ⁊ per conſequens ſuſtinendo ſolutionem datam dicendum erit ꝙ illa conditionalis eſt vera quod erat probandum.

¶ Ad iſtud argumentū faciliter reſpondet Mantuanus dicendo ꝙ licet ſubiecta antecedentis ⁊ cōſequentis ſupponant eodem modo in ordine ad illam conditionalem tamen non ſupponunt eodem modo in ordine ad antecedens ⁊ conſequens Et hoc impedit equiualentiam illarum propoſitionum. Et miror de aliquibus qui hoc argumentum adducunt contra mantuanum qui a per ſimile ꝓbaretur hanc ꝓpoſitionem omnis homo currit ⁊ ſuam ꝑiacentem equiualere quod non eſt dicendum/ etiam licet ſubiectum antecedentis ⁊ conſequentis ſupponant diſtributiue hoc tamen eſt a ſignis diuerſe nature quod multum impedit equiualentiā/ do tibi vnū ſimile iſte non equiualent incipit calor eſſe in a ſubiecto ⁊ a calor incipit eſſe in a ſubiecto. nec iſte ſimiliter equiualent pariſius ⁊ rome venditur piper ⁊ piper venditur pariſius ⁊ rome. vt communiter dicitur. ⁊ ſic argumentum non concludit. ¶ Propterea aliter ſic arguo contra hanc opinionem ſi in iſta conditionali ſi animal currit homo currit ſubiectum antecedentis ſtat cōfuſe ⁊ diſtributiue ⁊ ſub eo valeat deſcenſus copulatiuus ſequitur ꝙ valebit iſte aſcenſus copulatiuus ſi hoc animal currit homo currit: et ſi hoc animal currit homo currit ⁊ ſic de ſingulis poſita conſtantia igitur ſi animal currit homo currit. quod ſi concedas vt videtur concedendum ſic arguo ⁊ pono caſum ꝙ nulla ſint animalia in mundo niſi homines iſto poſito totum antecedens eſt verum igitur ⁊ conſequens ⁊ habetur intentum.

¶ Forte dices ꝙ nota cōditionis cōditionaliter tenta habet vim ampliandi omnem terminum cōem ſiue precedat ſiue ſequatur illam notā concedimus enim hanc conditionalem hec chimera ſi currit mouetur ⁊ tamen non ſequitur. et illa ꝙ chimera ſit aut ꝙ aliquid mouetur aut currat ex quo videtur eſſe dicendum notam conditionalē habere vim ampliandi ⁊ ita dices forte ꝙ in iſta cōditionali ſi animal currit homo mouetur ſubiectū antecedentis nō ſtat ſolū ꝓ animali quod eſt immo ⁊ pro quolibet poſſibili. ⁊ ita demonſtrando in ſingularibus bouē aut equum erit hec conditionalis falſa ſi hoc animal currit homo mouetur ſed licet apparenter niteris euadere non tamen euadis quod ſic oſtendo ſi ſubiectū antecedentis cōditionalis ſtat cōfuſe ⁊ diſtributiue mobiliter ita ꝙ ſub eo liceat aſcēdere ⁊ deſcendere copulatiue ſequit' ꝙ eodē mō licebit ſub illo antecedente ſubſumere quod eſt falſum. non enim ſequitur ſi homo albus eſt homo non eſt niger. fortes eſt homo albus igitur ſi fortes eſt homo non eſt niger Inſuper ſi in iſta ſi homo currit animal currit ly homo ſtat confuſe ⁊ diſtributiue pari ratione omnino in iſta propoſitione ſi homo non currit riſibile non currit ſtabit ly homo confuſe ⁊ diſtributiue cum nihil impediat illam notam conditionalem ne diſtribuat ſubiectum illius antecedentis. falſitatem illius tamen probo ſic quia illo dato iſta conſequentia eſſet bona ſi homo non currit riſibile non currit ergo ſi iſte homo non currit riſibile non currit ⁊ ſi iſte homo non currit riſibile non currit quod conſtat eſſe falſum quum antecedens ſit verum conſequente exiſtente falſo. ¶ Alium dicendi modum habet Paulus venetus duodecimo ſophiſmate et capitibus ſeptimo dubij tertij et decimo octauo dubij ſecundi et dicit in ſecunda concluſione duodecimi ſophiſmatis ⁊ tertia concluſione capitis allegati ꝙ nota conditionis cōditionaliter tēta confundit confuſe tantum immobiliter omnem

Paulus venetus.

terminum communem ſue compoſitionis ſiue prece-
dat ſiue ſequatur hoc ſic ꝓbat accepta hac cōditiona
li animal eſt ſi homo eſt. ſub illo termino animal nec
licet deſcēdere copulatiue nec diſiunctiue nec diſiun
ctim quoniam ſemper eſſet antecedens verum conſe
quente exiſtente falſo. Relinquetur ergo ꝙ ille termi
nus animal ſtat confuſe tantum immobiliter ꝛ ſecun
dum iſtum modum dicendi reſpōdetur ad argumētū
principale ꝙ iſta conſequentia nihil valet ſi hoc aīal
currit homo currit. ergo ſi animal currit homo cur-
rit ꝛ ratio eſt quia arguitur ab inferiori ad ſuperius
ſtans confuſe tantum immobiliter ꝛ eodem modo a ſu
periori diſtributo ad ſuum inferius cum nota condi-
tionis conditionaliter tenta fallit argumentum non
ſequitur ſi omnis homo currit omē riſibile currit. ſor
tes eſt homo ergo ſi ſortes currit omne riſibile currit.
Poſtea dicit paulus venetus ꝙ ille terminus homo
in illa conditionali diſtribuitur mobiliter ſed hoc in
ordine ad illam cathegoricam ꝛ in ordine ad illam ca
thegoricam contingit deſcendere ꝛ aſcendere eodem
modo in hac conditionali denarium tibi promitto ſi
tibi promitto denarium ille terminus denarium ſtat
confuſe tantum immobiliter in ordine ad conditio-
nalem ꝛ ſtat determinate mobiliter in ordine ad illā
cathegoricam propterea illa ꝓpoſitio eſt falſa. ¶ Ali
Hieronim⁹ pardo us eſt modus dicendi quem inſequitur. Hieronimus
pardo in capite de deſcēſu in ſua medulla ꝛ eſt iſte ꝙ
in hac conditionali ſi omnis homo currit omnis ho-
mo mouetur ſubiectū antecedentis diſtribuitur mo
biliter ꝛ ſub eo licet deſcendere copulatiue non ſic ſi
omnis homo currit omnis homo mouetur. Ergo ſi
iſte homo currit: omnis homo mouetur. quia vt di-
cit ibi illa nota conditionalis tenetur equiuoce quia
in deſcenſu ſignificat illationem huius quod eſt om
nem hominem moueri ex hoc qḋ eſt oēm hoīeꝫ curre
re in deſcendētibus: aut ſignificat illationem huius
qḋ eſt omnem hominem moueri ex hoc qḋ eſt iſtū ho-
minem currere ꝛ ſic ly ſi tenetur equiuoce quū in de-
ſcendente habet ſignificationem omnino impertinē-
tem illi quam habet in deſcenſu ſed ſic ē deſcendendū
ſi omnis hō currit omnis hō mouetur ergo ſi omnis
hō vel iſte hō currit omnis homo mouetur ꝛ ſi omnis
homo vel iſte homo currit omnis homo mouetur ꝛ li
cet ly ſi habeat aliam ſignificationem in conſequen-
te ꝙ in antecedente equiualenter tamen habet eandē
ſignificationē eo ꝙ equiualenter eſt idē antecedens.
Sed iſte modus dicendi non placet quoniā ille deſcē
ſus nō eſt declaratiuus veritatis illius ꝓpoſitionis
vt ipſemet cōcedit/omnis autem deſcenſus debet eſſe
declaratiuus veritatis aut falſitatis ꝓpoſitionis ꝛ ꝓ
pterea bene negauit. Paulus venetus deſcenſum di-
ſiunctuꝫ ſub ſubiecto aītis huius cōditionalis ſi ani
mal eſt hō eſt. bene enim poterat deſcendere diſiun-
ctim q: diſiunctum ex terminis inferioribus alicui⁹
termini cum illa particula ꝛ ſic de ſingulis conuerti-
tur cum illo termino ꝛ ꝓpterea bene poterat deſcen
di diſiunctim ſed quia ille deſcēſus nō fuiſſet aliquo
pacto veritatis aut falſitatis manifeſtatiuus ꝓpte-
rea paulus ꝛ bene nō admiſit deſcenſum diſiunctum.
¶ Dico igitur reſolutorie ad argumentuꝫ ꝙ omnes
termini in cōditionali poſiti ſupponunt oīno cōſimi
liter ſicut ſupponerent dēpta illa nota cōditionis ſed
nec licet deſcendere vel aſcendere vel ſubſumere ſub
aliquo termīo poſito in cōditionali quia ly ſi eſt pri-
mus terminus ꝓbabilis ratione cuius veritas ꝓpoſi
tionis habet attendi ꝛ ideo iſta cōſequētia nihil va-
let ſi hoc animal currit homo currit ergo ſi aīal cur-
rit homo currit lꝫ arguatur ab inferiori ad ſuperius
ſine diſtributione ſuperioris ꝛ rō eſt quia illud ſupe-
rius ſtabat immobiliter in ordine ad illam conditio-
nalem de iſto iterum alibi fiet ſermo.

¶ Ad confirmationeꝫ reſpondetur
negando duo cōtradictoria ſimul ſtare in veritate et
ad probationem concedo illas duas eſſe contradicto
rias ꝛ nego hanc propoſitionem eſſe veram non ſi hō
currit riſibile currit ꝛ nego ꝙ equiualeat vni vere. Un
de iſte due cōditionales non equiualent non ſi homo
currit riſibile currit ſi nullus homo currit nullum ri
ſibile currit quia ille propoſitiones nō ſunt eiuſdem
qualitatis. Nam in prima negatur nota cōditionalis
in ſecunda vero nō ꝛ hoc impedit equiualentiam illa
rum propoſitionum.

¶ Contra hanc ſolutionē arguitur
ſic in hac ꝓpoſitione nō ſi homo currit riſibile currit
nota cōditionis non negatur igitur oīno ille due ꝓ-
poſitiones equiualebant: cōſequentia eſt clara ꝛ an-
tecedens probo ſic. Aduerbium non poteſt determi-
nare niſi verbum vel participium patet ex gramma-
tica intuendo modos ſignificandi ipſius aduerbij et
per conſequens aduerbium nullo pacto poteſt deter
minare coniunctionem ꝛ per conſequens illa nega-
tio non/non pōt negare notam conditionalem ꝛ per
conſequens iſte due omnino equiualent nō ſi homo
currit riſibile currit ſi nullus homo currit nullum ri-
ſibile currit. ¶ Hoc argumento grammaticali victus Mātuan⁹.
Petrus mantuanus in capite de equipollentijs dicit
ꝙ hec propō nō ſi ſortes currit ſortes mouetur equi-
ualet huic ſi ſortes nō currit ſortes nō mouetur quia
vt dicit illa negatio nō ſolum exercet ſuum officium
ſuper partes illius cōditionalis reddendo ipſas ne-
gatiuas ꝛ nō reddit cōditionalem negatiuam atta-
men exercet officium ſuum ſuper illam cōditionaleꝫ
quia quicquid fit ſuper partem fit ſuper totuꝫ. Et vl
terius dicit ꝙ iſte due nō cōtradicunt ſi ſortes currit
ſortes mouetur nō ſi ſortes currit ſortes mouetur. Et
dicit ꝙ illa regula cōmunis nō eſt verius cōtradicere
ꝙ ꝓponere negationem toti ſane intellecta habet ve
rum in cathegoricis ſcd nō in ypotheticis ꝛ quia vno
incōueniēti dato plura cōtingunt/idcirco cōſequē
ter cōcedit nō eſſe incōueniens ꝙ ſit aliqua ꝓpō cui
nō pōt aſſignari cōtradictoria. Sed iſtud adeo abſur
de dictum eſt vt eius recitatio ꝓ impugnatiōe ſuffi-
ciat quemadmodum enim omnis cathegorica cōtra-
dictoriam habet ita ꝛ quelibet ypothetica vt decla-
rat Boetius libro primo de interpretatione editiōis Boetius.
ſecunde de cōditionalibus. ¶ Paulus etiam pergu- Paulus.
lenſis eodem argumento victus aliter reſpōdet ad ar Pgulenſis.
gumentum ꝛ hoc dupliciter. Primo dicit ꝙ ly non nō
eſt aduerbium ſed aggregatuꝫ ex ly nō ꝛ ly ergo equi
ualet vni aduerſatiue ex cōtradictorio cōſequentis ꝛ
antecedente cōpoſite verbi gratia iſta ꝓpō nō ſi ſor-
tes currit ſortes mouetur ſubordinatꝰ huic ꝓpōi mē-
tali ꝙuis ſortes currit tamen ſortes nō mouetur ꝛ ita
in illa ꝓpōe nō ponitur aliqua negatio aduerbialis
determinans aliquam cōiunctionem ſed ſoluꝫ deter
minans verbum. Secundo reſpōdet ꝙ ex quo ex om
ni ꝓpōe ſequitur ſuum dictum fo:e verum ideo licet
in iſta ꝓpoſitione nō ſi hō currit riſibile currit pona
tur negatio ante coniunctionem tamen ipſam non
determinat quia in mente ponitur aliquod verbum
negatum ab illo aduerbio: verbi gratia illa propoſi-
tio ſubordinatur huic mentali non eſt ita ꝙ ſi homo
currit riſibile currit vel nō eſt verum ꝙ ſi hō currit ri

ſibile currit. ¶ Sed neutra iſtarum ſolutionum valet quia ſecundum vtramq; dicendum eſt ꝙ ſi intellect⁹ habeat hanc conditionalem mentalem ſi homo currit riſibile currit non poteſt proponere negationem toti propoſitioni quia illo conceſſo ſtatim ſequeretur vtriuſq; ſolutionis oppoſitum. Sequitur etiam ex ſecunda ſolutione ꝙ illa propoſitio non ſi homo currit riſibile currit non eſt hypothetica ſed cathegorica quod eſt abſurduꝫ. ¶ Propterea dimiſſis his opinionibus aliter reſpondeo ad argumentum negando ꝙ aduerbium non poteſt determinare niſi verbum vel participium ⁊ nego auctoritatem grammaticorum quemadmodum enim negatio aduerbialis poteſt negare hoc verbum eſt quod importat compoſitionem ita poteſt negare quodcunq; aliud quod importat cōpoſitionem vt ſigna excluſiua ſigna reduplicatiua et ita de multis alijs ⁊ ita illa negatio aduerbialis bene poteſt negare notas conditionales.

**¶ Tertio pricipaliter arguit̄ ſic iſta** cōditionalis eſt falſa aliqua propoſitio eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera ⁊ tamen que requiruntur ad veritatem conditionalis ei conueniunt igitur dicta nulla conſequentia eſt clara ⁊ probo antecedēs ⁊ primo quoad priorem partem ꝙ illa propoſitio ſit falſa patꝫ ex communi modo concipiendi probatur etiaꝫ ratione ⁊ ſic arguo: quacunq; propoſitione data ipſa non eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera: nulla enim eſt propoſitio que ſi ſuum contradictorium ſit verum quin ipſa ſit non vera; alias dares duo contradictoria ſimul vera ⁊ per conſequens nulla propoſitio eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera ⁊ ſi ſic ſequitur ꝙ cōditionalis data eſt falſa. Sed tamen ꝙ omnia ei conueniant requiſita ad veritatem conditionalis patꝫ quia ipſa eſt bona conſequētia relatiuū enī in conditionalibus non refert reſtricte vt communiter dicitur igitur ſenſus illius cōditionalis erit iſte aliqua propoſitio eſt vera ſi contradictoria alicuius propōnis eſt vera modo conſtat ſenſum illum eſſe verū ⁊ per conſequēs illa conditionalis que eſt bona conſequentia eſt falſa quod infert propoſitum.

**¶ Et cōfirmat̄ iſta cōditionalis ni**ſi ſortes eſt animal ſortes non eſt homo eſt vera vt fatentur omnes ⁊ tamē nō eſt bona ꝯña igitur ad veritatem conditionalis non requirit̄ ꝯñam eſſe bonam ꝙ illa conditionalis non ſit bona conſequentia claret naꝫ ex oppoſito ꝯñtis ⁊ añte non pōt conſtitui copulatiua impoſſibilis nam oppoſitum ꝯñtis ſortes ē homo bene ſtat cum añte vt claret igitur.

Hentiſber

**¶ Ad tertiū principale reſpōdet hē**tiſber in ſuo tractatu de relatiuis ꝙ iſta conditionalis eſt poſſibilis aliqua propō eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera ⁊ ſtat ipſam in aliquo caſu eſſe veraꝫ in aliquo aūt caſu falſā/ hoc ſic declarat̄ ſi a eſſet vna ꝓpō que preciſe ſignificaret ꝙ contradictorium ſuum eſſet veruꝫ ⁊ non poſſet aliud ſignificare tunc notum eſt ꝙ ſi contradictorium a eſſet verum ipſum a eſſet verum ⁊ etiam ipm a non eſſet verum quia illud antecedens ſecundum ipm clauderet contradictoria aliter etiam probat eam in ꝓbationibus ſuarum concluſionum ſed quia iſtud quod tangit ſpectat ad materiam inſolubilium de qua nihil ad preſens ideo aliter explicabo quid velit dicere ⁊ accipio hāc propoſitionē nullus homo eſt aſinus ⁊ ſic arguo bene ſequitur illa propoſitio eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera igit̄ aliqua propoſitio eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera tenet conſequentia ab inferiori ad ſuperius ⁊ antecedens patet quoniaꝫ illa propoſitio nullus homo eſt aſinus eſſet vera ſi ſua contradictoria eſſet vera nā ex quo impoſſibile eſt ſuam contradictoriam eſſe veram. ſemper procedendo ſecundum talem ſignificationem. ꝓpterea ſi ſua contradictoria eſſet vera ipſa eēt vera ex quo ad impoſſibile ſequitur quodlibꝫ ⁊ ꝓpterea demonſtrando iſtam propoſitionem null⁹ hō eſt aſinus iſte due conditionales ſunt ſimul vere hec propoſitio eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera ⁊ hec propoſitio non eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera nec ille contradicunt quemadmodum nec iſte tantuꝫ pater eſt ſi tantum pater eſt non tantum pater eſt ſi tātum pater eſt. Et ſi dicas quacunq; propoſitione demonſtrata illa non eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera igitur nulla propoſitio eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera negatur conſequentia. Si vero nulla ſit propoſitio que eſſet vera ſi ſua contradictoria eſſet vera neganda eſt illa conditionalis verbigratia ſint ſolum iſte tres propoſitiones in mundo ſortes currit ſortes non currit ⁊ iſtam conditionalis aliqua propoſitio eſt vera ſi ſua contradictoria eſt vera iſto caſu poſito illa conditionalis eſt falſa nā deſcendēdo ſub ly aliqua propoſitio inueniet̄ quelibet ſingularis falſa

**¶ Cōtra hanc ſolutionē ſic replicat** ipſe hentiſber ſequitur bene illa cōditionalis eſt poſſibilis igitur eſt bona cōſequētia ⁊ quelibet bona cōſequentia eſt neceſſaria igitur illa cōditionalis eſt neceſſaria ⁊ per cōſequens male dictum eſt illam cōditionalem eſſe cōtingentem.

**¶ Ad hoc argumētū reſpondet ipſe** ꝙ nulla talis cōditionalis in terminis relatiuis vbi terminus relatiuus immediate ſequitur illam notam cōditionis ſi eſt cōſequentia quia relatiuum cum ad aliquid refertur nō eſt antecedens ad illud ad qḋ refertur ſed iſtud licet cōſequēter defendi poſſet tamen eſt cōtra cōmunē modum dogmatiſandi ois enim cōditionalis vera eſt neceſſaria ⁊ omnis falſa eſt impoſſibilis ⁊ illa ꝓpoſitio ꝓpoſita eſt vna vera cōditiōalis. ¶ Dico igitur hanc eſſe veram aliqua ꝓpoſitio eſt vera ſi ſua cōtradictoria eſt vera ⁊ loco illius relatiui reciproci bene licet ponere ſuum antecedens ⁊ ſenſus illius eſt iſte aliqua ꝓpoſitio eſt vera ſi alicuius ꝓpoſitionis cōtradictoria eſt vera ⁊ dico ꝙ ibi nō eſt ſuppoſitio ſigillata illius relatiui ⁊ ſui antecedentis nec ex illo ſequitur hanc ꝓpoſitionem eſſe cōcedendā aliquis hō eſt ſuus filius qū enim relatiuum reciprocuꝫ ⁊ ſuum antecedens ponuntur in eadem cathegorica tunc illud relatiuum ſupponit ſuppoſitione ſigillata nec loco eius licet ponere ſuum antecedens ⁊ ex illo patet hanc cōſequentiam nihil valere hec ꝓpoſitio eſt vera ſi ſua cōtradictoria eſt vera demōſtrando iſtā homo eſt aſinus ergo aliqua ꝓpoſitio eſt vera ſi ſua cōtradictoria eſt vera quoniam vt prius dictuꝫ eſt omnes termini poſiti in aliqua cōditionali ſtant immobiliter ⁊ ex iſto faciliter patet quid dicendum ſit ad hāc ꝓpoſitionem aliquod animal eſt ⁊ ſi tu es illud tu es aſinus/ ſimiliter ad hanc aliqua ꝓpoſitio eſt falſa et ſi illa ſciatur a te ipſa eſt impoſſibilis aliqua ꝓpō eſt ⁊ ſi illa eſt vera tu es aſinus.

**¶ Contra hanc ſolutionē arguitur** ſic ſequeretur hanc copulatiuam eſſe cōcedendaꝫ aliqua ꝓpoſitio eſt vera ⁊ ſua cōtradictoria eſt vera qḋ eſt abſurdum. Sequela tamen ſic patet illa ꝓpō equiualet huic aliqua ꝓpoſitio eſt vera ⁊ alicuius ꝓpoſitionis contradictoria eſt vera dictum eſt enim ꝙ qū relatiuum reciprocum ⁊ ſuum antecedens ponuntur

In diuerſis cathegoricis ꝙ loco relatiui licet poneret ſuum antecedens ⁊ per conſequens ille copulatiue equiualent.

¶ **Ad hoc dicitur negādo hanc copu**latiuam eſſe veram aliqua propō eſt vera et ſua contradictoria eſt vera immo ſenſus illius eſt iſte aliqua propoſitio eſt vera. ⁊ alicuius propoſitionis vere cōtradictoria eſt vera ⁊ lꝫ loco relatiui reciproci poſiti ī cōditionali lꝫ ponere ſuum antecedens ſine aliquo addito hoc tamen nō lꝫ in copulatiua. ¶ Ex iſtis ſequitur hanc ꝯñam nō valere oīs propō ē vera ſi ſua contradictoria eſt vera ſortes currit eſt ꝓpoſitio ergo ſortes currit eſt propō vera ſi ſua cōtradictoria ē vera. ¶ Inuenio quēdam cōcedentem hanc propoſitionem aliq̄ propō eſt vera ſi ſua cōtradictoria eſt vera ⁊ admittit aſcēſuꝫ ſub illo termino aliqua propō ⁊ dicit ꝙ oportet demōſtrare propōes que ſunt ⁊ que poſſunt eſſe/ ⁊ vlterius infert hanc eſſe falſam animal currit ſi homo currit: et ita vt dicit datur conſequentia mala et non poteſt ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens quin ita ſit ſicut ſignificatur per conſequens/ ſed tūc aliter oporteret diffinire conſequentiam bonam ꝙ̄ ſoleat diffiniri et illud non explicat. Iſta ꝙ̄ abſurda ſint iudicio tuo derelinquo. Concedūt logici omnes ꝙ a rationali ad quamcunqꝫ conditionalem ex ſinonimis propoſitionibus conſtitutam tenet modus arguendi quicquid enim requiritur ad veritatem conditionalis id requiritur ad veritatem rationalis ⁊ cuꝫ hoc aliquid aliud vt videbitur in ſequentibus/ ⁊ per conſequens iſta conſequentia eſt bona hō currit ergo animal currit ergo animal currit ſi hō currit nā antecedens rationalis eſt ſinonimū cuꝫ antecedente cōditionalis ⁊ conſequens cum conſequente/ ſed illa rōnalis eſt vera ergo et illa conditionalis ¶ Miranduꝫ eſt de talibus qui cō parua rōe immo ſepius nullam habētes adeo libenter contradicunt communi mō loquendi vt aliquid dicere videantur cum tamen nihil dicāt derelinquo aliqua puncta in argumento ſed quia tāgit materiam relatiuorum idcirco ſuperſedeo.

¶ **Ad cōfirmationē reſpondetur cō**cedendo hanc cōditionalem niſi ſortes eſt animal ſortes non eſt hō ⁊ vlterius concedo ꝙ oppoſitum conſequentis bene ſtat cum antecedente ⁊ ꝙ nō eſt bona cōſequentia/ ea autem que dicta fuerunt de veritate cōditionalis debent limitari de conditionalibus denominatis de ly ſi ⁊ nō ab iſta nota conditionis niſi. Ex iſto ſequuntur correlaria. ¶ Primū eſt Aliqua eſt cōditionalis affirmatiua vera cuius antecedens eſt veruꝫ ⁊ conſequēs falſum. ¶ Secundū eſt Aliqua eſt cōditionalis affirmatiua vera cuius antecedens nō eſt illatiuum conſequētis. ¶ Tertium correlariū. Aliqua eſt cōditionalis affirmatiua falſa cuius antecedens ⁊ cōſequēs ſunt ꝓpōes conuertibiles. correlarium pꝫ. Iſta eſt cōditionalis affirmatiua niſi ſortes non eſt hō ſortes non eſt homo ⁊ clarum eſt ꝙ eius antecedens ⁊ cōſequens conuertuntur ſed ꝙ ipſa ſit falſa patet qꝛ ipſa equiualet huic ſi ſortes eſt homo ſortes nō eſt hō nam ly niſi habet vim negandi copulam ⁊ terminū poſitum poſt copulam ⁊ cum ante copulam ponatur negatio aduerbialis ſequitur ꝙ copula nō negat in ordine ad illam cōditionalem ⁊ ꝙ predicatuꝫ ſtat determinate. ¶ Quartuꝫ correlariū Aliqua eſt conditionalis affirmatiua falſa cuius oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti correlariū eſt clarum ex dictis.

¶ **Quarto pricipaliter arguit ſic et** hoc cōtra primā regulam non ſequitur non ſi homo urrit aſinus currit ſed homo currit ergo aſinus currit et tamen ibi arguitur a tota conditionali cum poſitione antecedentis ad poſitioneꝫ conſequentis igitur talis modus arguendi nihil valet.

¶ **Forte dices ꝙ regula eſt intelligē**da de conditionali affirmatiua et non de conditionali negatiua

¶ **Contra ſic arguo non ſequitur tu** non es hō niſi tu es animal ſed tu es animal ergo tu nō es homo et tamen ibi arguitur a tota conditionali affirmatiua cum poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis igitur talis modus arguendi nihil valet.

¶ **Forte iterū dices ꝙ regula intelli**gitur de cōditionalibus affirmatiuis denominatis a ly ſi et nō de cōditionalibus denominatis a ly niſi

¶ **Cōtra hoc ſic arguo et ꝓbo ꝙ illa** gloſa adhuc non ſufficiat et ſic arguo non ſequitur ſi hō eſt neceſſario animal eſt ſed homo eſt igitur neceſſario animal eſt et tamen ibi arguitur per regulam igitur ipſa eſt nulla ꝓbat aſſumptū antecedēs illius cōſequentie eſt verū et conſequens eſt falſuꝫ vt claret igitur conſequentia non valet ꝙ antecedens ſit verū patet de prima parte hec conditionalis eſt neceſſaria ſi homo eſt animal eſt cum neceſſe ſit ſi homo eſt animal eſſe igitur ſi hō eſt neceſſario animal eſt. ꝙ autem ſecunda pars ſit vera clarum eſt igitur totum antecedens eſſe verum.

¶ **Et confirmatur nō ſequitur ſi tu** ſcis papam non dormire tu es aſinus ſed tu ſcis papam non dormire ergo tu es aſinus ⁊ tamen ibi arguitur per regulam igitur regula nulla ꝙ ibi arguatur per regulam manifeſtum eſt ſed ꝙ illa ꝯſequentia nō valeat pꝫ et pono ꝙ ſcias papā vigilare Iſto poſito manifeſta eſt falſitas conſequentis et antecedens eſt verum. de minore non eſt queſtio ſed maiorem probo bene ſequitur tu non ſcis papam non dormire niſi tu ſis aſinus igitur ſi tu ſcis papam non dormire tu es aſinus tenet conſequentia quemadmodum ſequitur ſortes non eſt animal niſi ſortes eſt homo ergo ſi ſortes eſt animal ſortes ē homo. Similiter ſequitur ſortes non currit niſi ſortes moueatur ergo ſi ſortes currit ſortes mouetur: et antecedens patet qꝛ iſta propō non eſt ſcita a te papa non dormit niſi tu ſis aſinus illa enim eſt falſa ⁊ ſcita a te eſſe falſa ⁊ per conſequens illa propoſitio non eſt ſcita a te ⁊ ita tu non ſcis papam non dormire niſi tu ſis aſinus.

¶ **Ad quartuꝫ principale reſponde**tur ꝙ omnis conſequentia facta penes primam regulam ē efficax aliquibus tamen conditionibus obſeruatis. ¶ Prima eſt opꝫ ꝙ conditionalis ſit affirmatiua. Defectu cuius prima conſequentia facta deficit. ¶ Secunda conditio eſt ꝙ oportet illam conditionalem eſſe denominatam a ly ſi et non ab illa nota niſi defectu cuius alia conſequentia nihil valuit. ¶ Tertia conditio eſt ꝙ oportet conditionalem ſignificare preciſe iuxta compoſitionem ſuarum partium alias falleret modus arguendi. ¶ Quarta conditio eſt oportet ꝙ antecedens ⁊ conſequens conditionalis ſumantur indicatiue defectu cuius hic non arguitur per regulam ſi ſortes eſſet albus ſortes eſſet coloratus ſed ſortes eſſet albus ergo ſortes eſſet coloratus nec eſt ibi conſequentia. ſed ſi in antecedente ſumatur propoſitionale antecedentis ⁊ inferatur propoſitionale conſequentis valebit modus arguendi be

ne ſequitur ſi ſortes eſſet albus ſortes eſſet coloratus ſed ſortes eſt albus ergo ſortes eſt coloratus: ⁊ ex iſto patet ſolutio uſqꝫ ad ultimã replicam ad quã dico ꝙ multiplex põt eſſe ſenſus huius ꝓpoſitionis ſi homo eſt neceſſario animal eſt. primus ſenſus eſt talis ſi homo eſt animal neceſſario eſt ut ly neceſſario determinet hoc verbum eſt ſecundo loco poſitũ: ⁊ in iſto ſenſu conſequentia facta eſt bona ⁊ quemadmodum ꝯſequens eſt falſum ita ⁊ antecedens. ¶ Secundus ſenſus poteſt eſſe iſte ſi homo neceſſario eſt animal eſt: ita ꝙ ly neceſſario determinet ly eſt in primo loco poſitum: et tunc in iſto ſenſu ꝯditionalis eſt vera ſed non bene arguitur per regulam non enim debite ponitur antecedens ſed ſic eſſet arguendũ ſi homo eſt neceſſario animal eſt: ſed homo neceſſario ē ergo animal eſt: modo clarum ē ꝙ illa conſequentia eſt bona poſtꝙ añs ē impoſſibile. ¶ Tertius ſenſus poteſt eſſe iſte neceſſario ſi homo ē animal eſt ut ly neceſſario determinet totam conditionalem ita ꝙ ſit ſenſus illius ꝓpoſitionis neceſſe ē ita eſſe ꝙ ſi homo ē animal eſt: vel hec ꝓpoſitio eſt neceſſaria ſi homo ē animal ē: ⁊ tunc illa ꝓpoſitio eſt cathegorica ⁊ vera: ⁊ ſi antecedens cõſequentie facte capiatur in iſto tertio ſenſu clarum ē ꝙ conſequentia non valet nec arguitur per regulam poſtꝙ illa ꝓpoſitio non eſt conditionalis. Et per hoc facile eſt reſpondere ad hanc propoſitionem communem impoſſibile eſt ſortem currere ſi ipſe põt currere. Nam ly impoſſibile poteſt determinare totum illud quod ſequitur ⁊ tunc illa ꝓpoſitio eſt cathegorica ⁊ ſignificat ꝙ hec ꝓpoſitio eſt impoſſibilis ſortes currit ſi ipſe poteſt currere ⁊ hoc ly verum vel ly impoſſibile poteſt determinare ly currere ⁊ tũc ꝓpoſitio eſt falſa cum ſenſus eius ſit ſi ſortes põt currere ſortes impoſſibiliter currit: vel ly impoſſibile poteſt determinare illum terminum potens ⁊ tunc illa ꝓpoſitio eſt vera eo ꝙ eſt una conditionalis cuius antecedens eſt impoſſibile. Aliuꝫ tamen dicendi modum habet Paulus venetus in logica ⁊ multis paſſibus quadrature ⁊ dicit ꝙ infallibilis eſt conſequentia arguendo ab una conditionali in qua non ponitur iſte modus neceſſario ad unam conditionalem in qua non ponitur ly neceſſario determinans totam conditionalem. Unde hec conſequentia ē bona ſecundũ eum ſi ſortes currit ſortes movetur: igitur neceſſario ſi ſortes currit ſortes movetur.

Paulus venetus.

¶ **Forte dicis ꝙ nunqꝫ ex neceſſario** ſequitur contingens ſed antecedens eſt una conditionalis vera: igitur ē neceſſarium. ꝙ autem conſequens ſit contingens patet quia conſequens ut dictũ ē equivalet huic propoſitioni: hec conditionalis ē neceſſaria ſi ſortes currit ſortes movetur: modo clarum ē ꝙ illa propoſitio eſt contingens: falſificaretur enim nulla tali conditionali exiſtente in rerum natura.

¶ **Ad hoc argumentũ reſpõdet pau**lus ꝙ iſta ē neceſſaria neceſſario ſi homo currit homo movetur quemadmodum ⁊ iſta ſi homo currit homo movetur nec ad veritatem illius propoſitionis requiritur aliquam talem eſſe in rerum natura: immo ſi ad ymaginationem nihil eſſet in rerum natura: verum eſſet nihil eſſe ⁊ tamen nulla talis propoſitio eſſet nihil eſt. Sed quia oppoſitum nunc communiter dicitur ꝓpterea teneo primam ſolutionem. Et loco illius regule quam admittit pono hanc arguendo a conditionali poſita ipſius exiſtentia ⁊ remanente priore ſignificatione ad unam modalem compoſitam in qua illa conditionalis determinat̃ ab illo mõ neceſſario valet ꝯña ⁊ hic intelligo cõditiones quas dixi eſſe intelligẽdas in prima regula bene ſequitur ſi homo ē aĩal eſt ⁊ hec conditionalis ſecundum precedentẽ ſignificationem eſt igitur neceſſario ſi hõ ē animal ē ⁊ ſine tali conſtãtia modus arguendi eſſet inefficax.

¶ **Ad confirmationem reſpondetur** negando hanc conſequentiam non valere ſi tu ſcis papam non dormire tu es aſinus ⁊ tu ſcis papam nõ dormire ergo tu es aſinus: ⁊ ſicut conſequens ē impoſſibile ita ⁊ antecedens: ⁊ toto caſu admiſſo dico ꝙ iſta conſequentia nihil valet tu non ſcis papam non dormire niſi tu ſis aſinus: igitur ſi tu ſcis papam non dormire tu es aſinus. antecedens enim ē una propoſitio cathegorica officiabilis: conſequens autem ē una conditionalis lꝫ autem hec conſequentia ſit bona ſortes non currit niſi ſortes moveat̃ ergo ſi ſortes currit ſortes movetur nõ arguit hoc aliam ꝯñam eſſe bonã: ratio autem diſcriminis ſatis patet.

¶ **Contra hanc ſolutionẽ arguitur** ſic ad omne minus valebit iſta ꝯña ſi tu ſcis papã non dormire tu ſcis aliquid ⁊ ſcis papam non dormire: ergo tu ſcis aliquid. quod ſi concedas ſic arguo ⁊ pono ꝙ non ſis in rerum natura: tunc antecedens illius cõſequentie ē verum ⁊ conſequens falſum: ⁊ per conſequens illa conſequentia non valuit.

¶ **Reſpõdetur ꝙ argumentũ nõ di**recte vibratur contra ſolutionem datam ad ipſum: tamen reſpõdeo ⁊ dico ꝙ ē diſtinguendũ de antecedente illius conſequẽtie videlicet an ſit una conditionalis vel una copulativa. Si primum tunc cõſequentia nihil valet immo antecedens ē verum in caſu dato ⁊ cõſequens falſum nec arguitur per regulam. Unde regula poſita a cõditionali cum poſitione antecedentis ad poſitionẽ conſequentis ē bona ꝯña hoc pacto ē intelligenda a copulativa cuius prima pars ē conditionalis ⁊ ſecunda ē añs illius conditionalis aut convertibilis cum antecedente ad conſequens aut convertibile cum ipſo valet modus arguendi cũ aliis particulis ſi ergo añs ꝯſequẽtie facte ſit una copulativa tũc ꝯña ē bona ⁊ ſicut conſequens ē falſuꝫ ita ⁊ antecedens ꝓ minori quia repugnat caſui.

¶ **Quinto principaliter arguit̃ ſic et** hoc contra ſecundam regulam non ſequitur ſi ſortes ē ſi plato ē nullus deus ē ſed non ſi plato ē nullus deus ē ergo ſortes non ē ⁊ tamen ibi arguitur per regulam igitur regula nulla: ꝙ illa conſequentia non valeat patet quia ſi ſortes ſit in rerum natura antecedẽs ē verum ⁊ conſequens falſum. de falſitate conſequentis non ē dubium ⁊ veritas antecedentis patet: minor enim ē neceſſaria: naꝫ ſua contradictoria ē impoſſibilis ſi plato ē nullus deus ē maior autem probatur quoniam ipſa ē una conditionalis cuius antecedens ē impoſſibile. nam antecedens ē hoc totum ſortes ē ſi plato ē quod conſtat eſſe impoſſibile.

¶ **Et confirmatur nõ ſequitur ſi oĩs** hõ eſt omnis hõ omne animal eſt ſed nõ oĩs hõ oẽ aĩal eſt ergo nõ omnis hõ eſt ⁊ tñ arguitur per regulã: igit̃ regula nulla. ꝙ ibi arguatur per regulam patet quia neſcis dicere quid deficit ſed ꝙ illa ꝯſequẽtia nõ valeat patet: nam ꝯñs eſt falſum ⁊ añs verũ de minore non ē queſtio ⁊ maior ꝓbatur iſta cõſequentia eſt bona oĩs homo eſt omnis homo ergo omne animal eſt: ergo ſi omnis homo eſt omnis homo omne animal eſt arguit̃ enim ibi a rationali ad conditionalem ſibi correſpondẽtem ⁊ illa rationalis eſt bona ꝯña ergo ⁊ conditionalis: ⁊ per conſequens ipſa eſt vera.

¶ **Ad quintū principale reſpōdetur** negando ſecundam regulam datā non valere: ſunt tamen ſubintelligende in ea conditiones poſite in regula prima alias ipſa non contineret veritatem/ ⁊ tunc ad argumentū dico primo ꝙ iſta eſt ſatis impropria locutio ſi ſortes eſt ſi plato eſt nullus deus eſt immo videtur eſſe nugatoria propter duplicationem eiuſdem note cadentis ſuper aliam ⁊ potius videtur ꝙ ibi debeant eſſe due conditionales ꝙ̄ vna: reſolutorie tamē dico ꝙ illa locutio eſt propria ſed tunc illa propoſitio eſt diſtinguenda: quia vel antecedens illius cōditionalis eſt vna ꝓpoſitio cathegorica ſcilicet hec ſortes ē ⁊ tunc debite arguitur per regulam ⁊ ſicut conſequēs eſt falſum ita eſt antecedens ꝓ maiori/ maior enim eſt vna cōditionalis cuius antecedēs eſt cathegorica poſſibilis ⁊ eius conſequens eſt vna cōditionalis impoſſibilis. Si vero antecedens illius cōditionalis ſit iſta conditionalis ſortes eſt ſi plato eſt tunc nego cōſequētiam factam nec debite arguitur per regulā: quia nō capitur contradictorium conſequentis: nec infertur oppoſitum contradictorium antecedentis ſed ſolum vnius eius partis: propterea hoc pacto arguendū eſſet per regulam ſi ſortes eſt ſi plato eſt nullus deus eſt ſed aliquis deus eſt: igitur nō ſortes eſt ſi plato eſt ⁊ ſicut aīs eſt verum ita eſt ⁊ conſequens.

¶ **Contra hanc ſolutionē arguitur** ſic probando conſequentiam factam nō valere vt antecedens illius ꝯditionalis ſit hec cathegorica ſortes eſt ⁊ conſequens hec conditionalis ſi plato eſt nullus deus eſt: ⁊ ſic arguo in illa conſequentia arguitur a non diſtributo ad diſtributum reſpectu predicati antecedentis illius conditionalis quod in antecedente non diſtribuitur: ſed in conſequente diſtribuitur. arguere autem a non diſtributo ad diſtributum impedit bonitatem conſequentie: igitur conſequentia facta non valet.

¶ **Ad hoc argumētum reſpondetur** ī vno verbo ꝙ conſequentia facta eſt bona dato ꝙ arguatur a non diſtributo ad diſtributum ⁊ arguere a non diſtributo ad diſtributum nō ſemper impedit bonitatem conſequentie.

¶ **Ad confirmationem reſpondetur** ꝙ iſta conditionalis eſt diſtinguenda ſi omnis homo eſt omnis homo omne animal eſt: quia vel pro antecedente illius conditionalis accipitur hec propoſitio omnis homo eſt/ ⁊ tunc conſequentia facta tenet per regulam poſitam. ſed ſicut conſequens eſt falſum ita eſt antecedens pro maiore: ⁊ ad probationem maioris concedo hanc rationalem eſſe bonam conſequentiam omnis homo eſt omnis homo: ergo omne animal eſt: ſed ex illo non ſequitur hanc conditionalem eſſe veram: ſi omnis homo eſt omnis homo omne animal eſt niſi antecedens illius conditionalis ſit hoc totum omnis homo eſt omnis homo: quemadmodum erat antecedens rationalis. ꝙ ſi ſumas hoc totum pro antecedente non debite arguis per regulam quia nec capis oppoſitum contradictorium conſequentis: nec infers oppoſitum contradictorium antecedentis qualiter tunc autem arguendum eſſet penes regulam ſatis manifeſtum eſt.

¶ **Sexto principaliter arguitur ſic:** et hoc contra tertiam regulam non ſequitur ſi homo currit animal currit ergo nullus homo currit vel animal currit ⁊ tamen arguitur per regulam: igitur ꝙ nō ſequatur probatur ſic: antecedens eſt neceſſarium vt notum eſt ⁊ conſequens eſt contingens: igitur ille modus arguendi non valet: minorem probo ſic: conſequens eſt vna diſiunctiua cuius nulla pars eſt neceſſaria nec eſt ex partibus contradicentibus conſtituta nec componitur etiam ex ſubcontrarijs nec ex propoſitionibus participantibus legem earum: igitur illa diſiunctiua non eſt neceſſaria. tenet conſequentia: quia non contingit aliquam diſiunctiuam eſſe neceſſariā niſi aliquo iſtorum modorum/ ꝙ illa propoſitio non conſtituitur ex contradictorijs aut ſubcontrarijs clarum eſt: nec etiam participantibus legem contradictoriarum patet eo ꝙ ſimul ſtant in veritate: nec etiā participant legem ſubcontrariarum: quia ad hoc ꝙ alique propoſitiones participent legem ſubcontrariarum requiritur ꝙ formaliter eis repugnet falſitas modo iſte propoſitiones non ſunt huiuſmodi: nā iſte bene ſtant in falſitate nullus homo currit: aſinus currit: ⁊ ſunt ſimilis forme cum iſtis duabus nullus homo currit: animal currit: igitur illis propoſitionibus non repugnat falſitas de forma/ habetur ergo ꝙ diſiunctiua data eſt contingens: et ꝙ illa conditionalis eſt neceſſaria: igitur illa diſiunctiua nō ſequitur ad illam cōditionalem: ⁊ per ꝯñs regula falſa.

¶ **Et confirmatur ſi ex qualibet con**ditionali ſequitur diſiunctiua compoſita ex contradictorio antecedentis ⁊ conſequente eiuſdem conditionalis vel ergo quelibet talis diſiunctiua eſt illatiua conditionalis talis vel non ⁊ videtur dicendum ꝙ ſic quia vt apparet talis conditionalis et talis diſiunctiua conuertūt/ ⁊ ex illo ſic arguo: bene ſequitur aliqua conditionalis conuertitur cum diſiunctiua compoſita ex contradictorio antecedentis ⁊ conſequente ⁊ non eſt maior ratio de vna conditionali ꝙ̄ de alia: igitur quelibet conditionalis conuertitur cū tali diſiunctiua/ ⁊ tunc ſic arguo: iſta conditionalis ſi ſortes currit plato diſputat non conuertitur cum iſta diſiunctiua ſortes non currit vel plato diſputat. igitur ꝙ illa propoſitio non conuertatur cum illa diſiunctiua patet quia illa diſiunctiua eſt contingens ⁊ conditionalis eſt impoſſibilis: igitur illa diſiunctiua ⁊ conditionalis non conuertuntur.

¶ **Ad ſextum principale reſpōdetur** negando regulam poſitam non continere veritatem ſunt tamen in hac regula ſupplende conditiones que facte fuerunt circa primam regulam ⁊ vlterius nego ꝙ iſta conſequentia non valet ſi homo currit animal currit: igitur nullus homo currit vel animal currit: et ad probationem nego ꝙ antecedens ſit neceſſarium ⁊ conſequens contingens. Unde dico ꝙ conſequens ſimpliciter eſt neceſſarium: nam qualitercunq̄ ſit in rebus ad extra nullus homo currit vel animal currit: et dico ꝙ ille due propoſitiones materialiter ſolū participant legem ſubcontrariarum ⁊ propterea illa diſiunctiua compoſita ex illis duabus propoſitionibus eſt neceſſaria: ſed bene eſt verum ꝙ non eſt formaliter neceſſaria: ⁊ per hoc patet quid dicendum ſit ad illud quod aſſumebatur inter arguendum videlicet ꝙ omnis diſiunctiua compoſita ex contradictorijs vel ſubcontrarijs vel participantibus legem earum vel cuius vna pars eſt neceſſaria eſt neceſſaria: ⁊ ſolū talis. hoc enim eſt falſum pro ſecunda parte.

¶ **Ad confirmationem reſpondetur** ꝙ ex qualibet conditionali ſequitur diſiunctiua compoſita ex contradictorio antecedentis et conſequente

eiuſdem: ſed non quelibet diſiunctiua eſt illatiua talis conditionalis. Unde hic pono propoſitiones.

¶ Prima propoſitio omnis conditionalis vera cōuertitur cum diſiunctiua compoſita ex contradictorio antecedentis ⁊ conſequente eiuſdē conditionalis. probatur hec propoſitio quia nō eſt reperibilis inſtantia: aliter probo hanc propoſitionem ratione omnis conditionalis vera eſt neceſſaria: ⁊ ex qualibet tali poteſt inferri talis diſiunctiua ex contradictorio antecedentis ⁊ conſequente compoſita et ex neceſſario nil niſi neceſſarium: igitur cuiuſlibet talis conditionalis diſiunctiua eſt neceſſaria: ⁊ per conſequens illa conditionalis ⁊ illa diſiunctiua cōuertuntur ⁊ ſemper intelligo de cōditionali affirmatiua denominata a ly ſi.

¶ Secūda ꝓpoſitio omnis conditionalis affirmatiua falſa cuius diſiunctiua compoſita ex contradictorio antecedentis ⁊ conſequente ipſius conditionalis eſt impoſſibilis cōuertitur cum illa diſiunctiua: declaro regulam exemplo. Iſta conditionalis ſi ſortes non eſt rudibilis ſortes eſt aſinus cōuertitur cum hac diſiunctiua ſortes eſt rudibilis vel ſortes eſt aſinus. ſicut enim illa conditionalis eſt illatiua illius diſiunctiue ita ⁊ illa diſiunctiua illius conditionalis: nam vtraq; illarum eſt impoſſibilis.

¶ Tertia ꝓpoſitio omnis conditionalis falſa cuius diſiunctiua eſt cōtingens nullo modo cōuertitur cum illa diſiunctiua. ¶ Unde iſta conditionalis ſi ſortes currit plato diſputat nullo modo conuertitur cum iſta diſiunctiua ſortes non currit vel plato diſputat cum illa cōditionalis ſit impoſſibilis illa diſiunctiua vero cōtingens: ⁊ per hoc patet quomodo aliqua conditionalis cōuertitur cum diſiunctiua ſibi correſpōdente: aliqua vero non.

¶ Cōtra iſtas ꝓpoſitiones dupliciter ſic arguo.

¶ Prio ſic ſi iſte ꝓpoſitiones eſſent vere ſequeretur ꝙ aliqua cōditionalis aliquid poneret in eſſe quod eſt cōtra illud dictum commune. Nulla cōditionalis aliquid ponit. Sequela tamen ſic probatur ⁊ capio hanc cōditionalem ſi ſortes non eſt aliud a ſe ſortes eſt aliud a ſe: ⁊ ſecundum dicta illa infert hanc ſortes eſt aliud a ſe vel ſortes eſt aliud a ſe: immo per ſecūdam propoſitionem illa conditionalis ⁊ illa diſiunctiua cōuertuntur: ⁊ vlterius ſic arguo bene ſequitur ſortes eſt aliud a ſe vel ſortes eſt aliud a ſe igitur ſortes eſt aliud a ſe ⁊ per conſequens de primo ad vltimum bene ſequitur ſi ſortes non eſt aliud a ſe ſortes eſt aliud a ſe. igitur ſortes eſt aliud a ſe. et per conſequens illa conditionalis ponit ſortem eſſe aliud a ſe: ⁊ per conſequens illa conditionalis aliquid ponit in eſſe.

¶ Secūdo ſic arguo ſeqretur ꝙ aliqua conditionalis affirmatiua denominata a ly ſi includeret cōtradictionem quod eſt falſum. Sequela tamen ſic probo. Nam hec cōditionalis ſi ſortes non eſt aliud a ſorte ſortes eſt aliud a ſorte infert diſiunctiuā includētem cōtradictionem: igitur ⁊ illa conditionalis cōtradictionem includit.

¶ Pro ſolutione harum duaruꝫ rationum.

¶ Sciendum eſt ꝙ illa conditionalis dicitur aliquid ponere in eſſe cuius diſiunctiua ex contradictorio antecedentis ⁊ cōſequente compoſita aliquid ponit in eſſe. Ponere autem aliquid in eſſe eſt formaliter illud inferre in forma ſuorum terminorum. Similiter illa conditionalis dicitur includere cōtradictionem cuius diſiunctiua contradictionem includit vt eſt hec conditionalis ſi ſortes non eſt aliud a ſorte ſortes eſt aliud a ſorte ad quam formaliter ſequitur iſta ſortes eſt aliud a ſorte vel ſortes eſt aliud a ſorte: ad quam formaliter ſequitur iſta ſortes eſt aliud a ſorte que contradictionem includit: ſed hec conditionalis ſi ſortes eſt aliud a ſorte ſortes non eſt aliud a ſorte non includit contradictionem vt patet ex ſua diſiunctiua. iſto notato.

¶ Reſpondetur per tres breues propoſitiones.

¶ Prima propoſitio nulla conditionalis vera aliquid ponit in eſſe: probatur propoſitio hec conditionalis ſi ſortes currit ſortes mouetur: nec ponit ſortem currere nec ponit eum moueri nec aliquid aliud ponit: ⁊ ita in omnibus aliis conditionalibus veris contingit.

¶ Secunda propoſitio aliqua conditionalis falſa cuius diſiunctiua eſt impoſſibilis aliquid ponit in eſſe iſta propoſitio probata eſt de exemplo tacto in argumento.

¶ Tertia propoſitio aliqua cōditionalis falſa cuius diſiunctiua eſt contingens aliquid ponit in eſſe/ propoſitio claret de iſta conditionali ſi ſortes nō eſt homo ſortes eſt homo. ⁊ per hoc patet qualiter intelligēda eſt illa ꝓpoſitio communis nulla cōditiōalis aliquid ponit in eſſe. Ex iſtis facile eſt reſpōdere ad formas illarum duarum rationum.

¶ Septimo principaliter arguit ſic ⁊ hoc contra quartam regulam. Iſta cōſequentia eſt bona ſi homo eſt riſibile eſt ſꝫ riſibile eſt. igitur homo eſt ⁊ tamen ibi arguitur a tota conditionali cum poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis. igit talis modus arguendi valet.

¶ Forte dices ꝙ regula intelligitur ꝙ talis modus arguēdi non valet formaliter: mō ꝯña facta nō tenet formaliter ſed ſolum gratia materie.

¶ Contra hoc arguo ſic iſta ꝯſequētia eſt formalis ſi ſortes currit vel non currit ſortes currit: ſed ſortes currit igitur ſortes currit vel non currit et tamen ibi arguitur a tota conditionali cum poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis ꝙ illa conſequentia ſit formalis patet qꝛ eius conſequens formaliter eſt neceſſarium.

¶ Et ꝯfirmatur iſta conſequētia eſt formalis ſi homo eſt homo eſt ſed nullus homo eſt igitur nullus homo eſt ⁊ tamen ibi arguitur a tota conditionali cum deſtructione antecedētis ad deſtructionem conſequentis: igitur quinta regula eſt falſa: ꝙ illa conſequentia ſit formalis patet quia non datur inſtantia in ſimili forma.

¶ Ad ſeptimū principale communiter reſponderi ſolet ſicut reſpōſum eſt inter arguendū ⁊ ad replicam que ibi ſubditur dicitur ꝙ ꝯña facta eſt formalis ꝓpter rationem tactam. Sed quarta regula eſt intelligenda niſi conſequens fuerit neceſſariuꝫ ſimpliciter. Et eodem modo reſpondetur

¶ Ad cōfirmationē ꝙ illa conſequētia ſolū eſt formalis eo ꝙ arguitur a ſinonimis: modo

regula quinta intelligenda eſt extra illud vt tamē nō oporteat multiplicare tot cōditiones: dico ꝙ iſta argumenta nō procedūt contra regulā: nam quarta regula ⁊ quinta dicunt ꝙ nō valet vtrobiqꝫ argumētū cū quib9 ſtat ꝙ in aliquibus tenet materialiter in aliquib9 vero formaliter: ⁊ hec de ſecunda difficultate.

SEquitur tertia difficultas in q̄ inquirendū eſt de ly ſi qn̄ tenetur cōditionatiue. Et q2 in hac materia plurime ſūt opiniōes: idō breuitati ſtudentes vnicā ex oībus inſequmur ceteris oibus derelictis. vn̄

¶ Aduertendū eſt ꝙ ly ſi tenetur cōditionatiue qn̄ terminos ꝯiungit ⁊ illa ꝓpoſitio in q̄ ponitur vocatur ꝓpoſitio de conditionato extremo.

¶ Unde pono talem propoſitionem fundamentalem cuiuſlibet propōis de conditionato extremo veritas regulāda eſt per vnā conditionalē ad quam reduci debet/ ita ꝙ oīs propō de cōditionato extremo cuius cōditionalis eſt vera eſt vera: cuius aūt cōditionalis eſt falſa ipſa eſt falſa. ¶ Unde ad dandū conditionalē alicuius ꝓpoſitionis de cōditionato extremo videndum eſt an ipſa ſit de cōditionato predicato vel de cōditionato ſubiecto tantū vel de vtroqꝫ extremo conditionato. Si primū debet reduci ad vnā conditionalem cuius antecedens componitur ex ſubiecto propoſitionis de conditionato predicato et ex termino ſequente ly ſi qui quidem erit predicatū antecedentis: conſequens autem ꝯditionalis debet componi ex ſubiecto propoſitionis de conditionato predicato ⁊ ex termino precedente ly ſi ita ꝙ ſubiectū ꝓpoſitionis de cōditionato predicato erit ſubiectum tā antecedentis ꝙ̄ ꝯſequentis ꝯditionalis. verbigratia: iſta ꝓpoſitio ſortes eſt animal ſi ē homo reducitur ad hanc conditionalem ſi ſortes eſt homo ſortes eſt animal. Si autem propō fuerit de cōditionato ſubiecto tantum ipſa debet cōuerti ita ꝙ ꝯditionatum ponatur a parte predicati vt ſi petatur de veritate hui9 animal ſi eſt homo eſt brunellus cōuertatur in hanc brunellus eſt animal ſi eſt homo ⁊ tunc facile eſt illam ꝓpoſitionem reducere ad conditionalem. Si vero propoſitio fuerit de vtroqꝫ extremo cōditionato capiatur aliquod ſuppoſitū ſubiecti ⁊ videatur an illud cōditionatū poſitum a parte predicati ei cōpetat ⁊ reducatur tunc ad conditionalē. Et vt facilius cognoſcatur veritas propoſitionū de conditionato extremo

¶ Aduertendū eſt ꝙ in quadruplici differentia ſunt ꝯditionata. Quoddā eſt cōditionatum cōpoſitum ex terminis cōuertibilibus vt ē iſto ſortes ſi eſt ſortes ſimiliter iſtud hō ſi ē ſenſibilis. Quoddam vero eſt ꝯditionatū cōpoſitum ex termino ſuperiori ⁊ inferiori vt iſtud animal ſi eſt hō. Quoddā vero eſt conditionatū cōpoſitum ex terminis diſparatis vt iſtud hō ſi eſt aſinus. Quoddā vero eſt conditionatū compoſitum ex terminis impertinentibus vt hoc conditionatum album ſi eſt currens.

¶ Nunc pono propoſitiones quarū prima eſt. Quodlibet conditionatum primi ordinis ē tranſcendens ⁊ ſupra tranſcendens. Terminus ille vocatur ſupra tranſcendens qui verificari poteſt de quolibet re ymaginabili. Unde hec propoſitio eſt vera chimera eſt ſortes ſi eſt ſortes.

¶ Secunda propoſitio omne conditionatum ſecundi ordinis in quo terminus ſuperior precedit inferiorem eſt tranſcendens ⁊ ſupra tranſcendens vt iſtud cōditionatum homo ſi eſt ſortes animal ſi eſt homo ⁊ ita de talibus conditionatis: quodlibet enim illorum de qualibet re verificari poteſt: ⁊ ſimiliter de qualibet re imaginabili.

¶ Tertia propoſitio conditionatorū ſecundi ordinis in quibus terminus ſuperior ſequitur terminū inferiorē aliquod eſt tranſcendēs ⁊ ſupratrāſcendens/ aliquod vero nō exempla primi vt iſtud cōditionatum iſta chimera ſi eſt chimera ⁊ in omnib9 talibus cōditionatis in quib9 terminus ſuperior nō poteſt ſupponere. exemplum ſecūdi vt iſtud cōditionatū homo ſi eſt animal. Unde cōditionatum ex termino ſuperiori ⁊ inferiori vbi vterqꝫ illorum terminorum eſt terminus abſolutus qn̄ terminus ſuperior ſequitur inferiorem ſupponit pro omni illo pro quo non poteſt ſupponere terminus ſuperior ⁊ pro omni illo ꝓ quo poteſt ſupponere terminus inferior vt iſtud ꝯditionatum hō ſi eſt animal ſupponit pro oī illo pro quo non poteſt ſupponere ille terminus animal ⁊ pro omni illo pro quo pōt ſupponere ille terminus hō. Quando autem cōditionatum ſecundi ordinis ꝯſtituitur ex terminis cōnotatiuis videndum eſt an illi termini connotatiui cōnotant partem eſſentialē rei pro qua ſupponunt vel ſi cōnotant accidēs aut rem aliqualiter ſe habere. Si primum idem eſt iudicium de talibus conditionatis ſicut de hijs in quibus termini ſunt abſoluti vt iſtud ꝯditionatū rationale ſi eſt ſenſibile ꝓ omni rationali ſupponit ⁊ pro quolibet quod non poteſt eſſe ſenſibile. Si ſecundū illud conditionatū ſupponit ꝓ omni illo pro quo nō poteſt ſupponere terminus ſuperior ſed ꝓ nullo ſupponit ꝓ quo ſupponere pōt terminus inferior vt iſtud cōditionatū album ſi eſt coloratum ſupponit pro omni illo quod non poteſt eſſe coloratū ſed ꝓ nullo ſupponit ꝓ quo ſupponit ly albū demōſtrato cū ſorte albo iſta eſt falſa hoc eſt albū ſi eſt coloratū: ⁊ eodē mō dicatur de talibus cōditionatis currens ſi eſt mouens hoc currens ſi eſt currens.

¶ Quarta propoſitio nullū cōditionatum tertij ordinis eſt tranſcendens ⁊ per ꝯñs neqꝫ ſupra tranſcendens: immo quodlibet tale ſolum ſupponit ꝓ omni illo ꝓ quo terminus ſequens ly ſi ſupponere nō pōt. vt iſtud ꝯditionatū hō ſi eſt aſinus pro quolibet ſupponit quod non poteſt eſſe aſinus.

¶ Quinta propoſitio nullum conditionatum quarti ordinis eſt tranſcendens ſolum enī pōt tale cōditionatum ſupponere ꝓ omni illo ꝓ quo terminus ſequens ly ſi ſupponere non poteſt vt iſtud cōditionatum album ſi eſt currens ſolū poteſt ſupponere pro illo quod nō pōt eſſe currens: hec propoſitiones declarant fundamentum opinionis quē inſequimur ⁊ hoc modo declarat preceptor meus. Johannes maioris.

¶ Contra predicta primo principaliter arguitur ſic nulla propō de conditionato extremo: igitur dicta nulla ꝯſequētia eſt manifeſta ⁊ aſſumptum ꝓbo: ſi aliqua eſſet propoſitio de conditionato extremo. maxime eſſet hec vel aliqua talis ſortes ē homo ſi eſt animal/ ſed hoc dici nō pōt quod ſic ꝓbo: illa ꝓpoſitio ſubordinatur vni ꝓpōi mentali cōditionali ⁊ nō vni ꝓpōni cathegorice de conditionato extremo igitur illa ꝓpoſitio eſt ꝯditionalis ⁊ nō de conditionato extremo: cōſequentia ꝓbatiōe non eget ⁊ patet antecedens ly eſt in ſecundo loco poſitum habet aliquē terminum pro ſuo ſuppoſito: ſed non videtur quē terminum haberet pro ſuo ſuppoſito niſi ſubiectum illius propoſitionis: igitur in mentali cui illa propoſi

tio ſuboꝛdinatur ly ſoꝛtes reddit ſuppoſitum illi verbo eſt ſecundo loco poſito ⁊ per cõſequẽs illa vocalis ſuboꝛdinatur huic mentali ſoꝛtes eſt animal ſoꝛtes eſt homo quam cõſtat eſſe conditionalem ⁊ per cõſequẽs ⁊ illa vocalis eſt cõditionalis ⁊ nõ de cõditionato extremo quod reſtabat pꝛobandum.

¶ **Confirmatur ⁊ accipio hãc propoſitionem** ſoꝛtes eſt coloꝛatus ſi eſt albus ⁊ ſic arguo illa ꝓpõ nõ eſt de conditionato extremo igitur nulla eſt pꝛopõ de cõditionato extremo: tenet cõſequentia pꝛopter equalitatem rõnis ⁊ pꝛobo antecedens illud adiectiuum ſequens ſecundam copulã verbalem habet aliquem terminũ ꝓ ſuo ſubſtãtiuo ⁊ nõ illum terminũ ſoꝛtes quia huic mentali ſuboꝛdinatur illa vocalis ſi ſoꝛtes eſt ſoꝛtes albus: ſoꝛtes eſt ſoꝛtes coloꝛatus ⁊ cũ hec ſit cõditionalis ſequitur et vocalem eſſe conditionalem ⁊ nõ de cõditionato extremo: quod erat aſſumptum in pꝛincipio.

¶ **Ad primũ principale in quo queritur** que ꝓpõ eſt dicenda de cõditionato extremo: reſpõdeo ꝙ due ɔditiões requiruntur ad hoc ꝙ aliqua ꝓpõ ſit de cõditionato extremo. ¶ Pꝛima eſt opoꝛtet ꝙ ly ſi ponatur inter terminos. ¶ Secunda cõditio ẽ ꝙ cathegoꝛice nõ cõplete expꝛimantur. Defectu pꝛie cõditiõis iſta ꝓpõ nõ eſt de cõditionato extremo ſi ſoꝛtes albeſit alteratur dato ꝙ nõ explicite ponantur ibi cathegoꝛice pꝛopter defectum ſecunde cõditionis iſta nõ eſt de cõditiõato extremo ſoꝛtes alteratur ſi ſoꝛtes albeſit ſed eſt cõditionalis. Iſto ſuppoſito reſpõdetur ad argumentum negando nullam eſſe ꝓpõnem de cõditionato extremo. Et ad ꝓbationem ɔcedo hanc ꝓpoſitionem eſſe de cõditionato extremo ſoꝛtes eſt hõ ſi eſt animal ⁊ nego ꝙ ſuboꝛdinetur pꝛopõni mentali cõditionali ⁊ nõ vni pꝛopoſitioni cathegoꝛice de cõditionato extremo. ⁊ quando dicis ly eſt in ſecũdo loco poſitum habet aliquem terminum ꝓ ſuo ſuppoſito fateoꝛ ⁊ dico ꝙ habet illum terminum ſoꝛtes pꝛo ſuo ſuppoſito licet ille terminus ſoꝛtes nõ bis enumeretur ſiue nõ bis ponatur in illa pꝛopoſitione.

¶ **Cõtra hãc ſolutionẽ arguitur ſic** ꝓbando illã ſecundam cõditionem eſſe male poſitam ⁊ ſic arguo. Iſta nõ eſt cõditionalis ſoꝛtes alteratur ſi ſoꝛtes albeſit immo eſt de cõditionato extremo. ⁊ tamen ibi expꝛimũtur due cathegoꝛice: igitur ad hoc ꝙ aliqua ꝓpoſitio ſit de cõditionato extremo nõ requiritur illa cõditio poſita: ɔſequentia eſt manifeſta ⁊ pꝛobo aſſumptum illa ꝓpoſitio eſt cathegoꝛica: quod ſic pꝛobo illa ꝓpoſitio eſt cõuertibilis. Sola autem ꝓpoſitio cathegoꝛica eſt cõuertibilis: igitur illa ꝓpoſitio ẽ cathegoꝛica: ꝙ illa ſit conuertibilis patet: hic eſt bona ɔuerſio quod alteratur ſi ſoꝛtes albeſit eſt ſoꝛtes: ergo ſoꝛtes alteratur ſi ſoꝛtes albeſit: ſit enim de ſubiecto pꝛedicatum ⁊ de pꝛedicato ſubiectum: nõ enim videt̃ quare hoc totum alteratur ſi ſoꝛtes albeſit non poſſit eſſe totale extremũ ꝓpoſitionis.

¶ **Ad hoc argumentum reſpõdetur** ꝙ iſta pꝛopoſitio ſoꝛtes alteratur ſi ſoꝛtes albeſit bene poteſt eſſe cathegoꝛica de conditionato extremo. nulla enim videtur ratio quare intellectus non poſſit accipere hoc totum eius alteratum ſi ſoꝛtes albeſit ꝓ vno totali extremo ⁊ ſi illud poteſt ſequitur ꝙ illa pꝛopoſitio poteſt eſſe cathegoꝛica: nec obſtat ꝙ illud extremum foꝛmaliter includat pꝛopoſitionem quemadmodum dictum fuit queſtione precedenti de pꝛopoſitione tempoꝛali ꝙ alicuius talis pꝛopoſitionis extremũ foꝛmaliter includit vnam pꝛopoſitionem: ⁊ tamen talis pꝛopoſitio eſt cathegoꝛica/ pari foꝛma dicitur in pꝛopoſito: ⁊ tunc ſecunda noſtra conditio poſita eſt intelligenda hoc pacto: ad pꝛopoſitionem eſſe de conditionato extremo requiritur ꝙ non expꝛimãtur cathegoꝛice explicite ſuppoſito ꝙ copule illarum cathegoricarum ſint eque pꝛincipales: quoniam vbi copule illarum pꝛopoſitionum non eſſent eque pꝛincipales/ ſꝫ vna magis pꝛincipalis ꝙ̃ alia. tunc talis ꝓpoſitio nõ eſſet cõditionalis ſed de ɔditionato extremo. Ex iſtis facilis patet ſolutio

¶ **Ad confirmationem ⁊ dico ꝙ iſta** eſt de conditionato extremo ſoꝛtes eſt coloꝛatus ſi eſt albus ⁊ fateoꝛ ꝙ illud adiectiuum poſitum poſt ſecũdam copulam verbalem habet aliquod ſubſtantiuũ ⁊ dico ꝙ habet illum terminum ſoꝛtes: nec pꝛopterea opoꝛtet illum terminum ſoꝛtes bis reſumi aut bis poni in mentali illius ꝓpoſitiõis/ etiam quando bis poneretur adhuc ſtaret illam ꝓpoſitionem eſſe de cõditionato extremo vt dictum eſt.

¶ **Secundo principaliter arguitur** ſic. Si dicta eſſent vera ſequeretur ꝙ duo ɔtradictoria eſſent ſimul falſa quod eſt abſurdum. Sequela tamen ꝓbatur iſte ɔtradicunt hõ eſt ſoꝛtes ſi eſt hõ nullus homo eſt ſoꝛtes ſi eſt hõ ⁊ ille ſunt ſimul falſe quod ſic ꝓbo pꝛimo de affirmatiua patet per ſuam cõditionalem ſi hõ eſt hõ homo eſt ſoꝛtes illa cõditionalis eſt falſa ⁊ per cõſequẽs illa de cõditionato extremo ẽ falſa. ſed ꝙ negatiua ſit falſa ſic arguo ex ipſa cũ aliquo vero ſequitur falſum igitur ipſa eſt falſa: ɔſequentia eſt clara ⁊ aſſumptum ꝓbo: bene ſequitur nullus hõ eſt ſoꝛtes ſi eſt hõ ſoꝛtes eſt hõ ergo ſoꝛtes nõ eſt ſoꝛtes ſi eſt hõ: tenet cõſequentia in quarto mõ pꝛime figure cõcluſio eſt falſa: minoꝛ vera: ergo maioꝛ falſa/ ꝙ cõcluſio ſit falſa patet per veritatem ſue cõtradictoꝛie videlicet huius ſoꝛtes eſt ſoꝛtes ſi eſt hõ: ꝙ autem illa ſit vera manifeſtat ſua cõditionalis ſi ſoꝛtes eſt hõ ſoꝛtes eſt ſoꝛtes: ⁊ ſic habetur falſitas negatiue: ⁊ ita ſi dicta ſtent in veritate: neceſſe erit dare contradictoꝛia falſa.

¶ **Et confirmatur ex dictis ſequuntur** duo contraradictoꝛia vera: igitur dicta nulla. aſſumptum pꝛobatur de iſtis duabus pꝛopoſitionibus album eſt rubeum ſi eſt non album nullum album eſt rubeum ſi eſt non album: ꝙ affirmatiua ſit vera ꝓbatur ſua conditionalis ad quam debet reduci eſt vera: igitur ⁊ ipſa conſequentia eſt clara ex dictis: ⁊ antecedens patet quia hec eſt ſua conditionalis ſi album eſt non album album eſt rubeum: veritas illius conditionalis nota eſt pꝛopter impoſſibilitatem illius antecedentis: veritatem autem negatiue ꝓbo ſic: nec iſtud album eſt rubeum ſi eſt nõ album demõſtrato ſoꝛte albo nec iſtud album eſt rubeum ſi eſt nõ album aliquo alio albo demõſtrato: ⁊ ſic de aliis: igitur nullũ albũ eſt rubeum ſi eſt nõ album: quelibet ſingularis eſt vera/ quia ſi ſit aliqua falſa ſignetur illa et ſit illa ĩ qua demõſtratur ſoꝛtes albus per vos: iſta eſt falſa: hoc album nõ eſt rubeum ſi eſt nõ album: igitur ſua cõtradictoꝛia erit vera videlicet hec: hoc album eſt rubeum ſi eſt nõ album: ſed ꝓbo ꝙ nõ bene ſequitur hoc album eſt rubeum ſi eſt nõ album: ⁊ hoc album eſt ſoꝛtes: ergo ſoꝛtes eſt rubeus ſi eſt nõ albus: cõcluſio eſt falſa: minoꝛ autem vera: igitur maioꝛ eſt falſa: ꝙ ɔcluſio ſit falſa patet per ſuam cõditionalem ſi ſoꝛtes eſt nõ albus ſoꝛtes eſt rubeus: cuiuſquidem cõditionalis falſitas clariſſima eſt.

¶ Ad ſecundū pͥcipale reſpōdetur negando ꝙ ſecundum dicta dantur contradictoria ſimul falſa ⁊ concedo ꝙ iſte contradicunt homo eſt ſortes ſi eſt homo nullus homo eſt ſortes ſi eſt homo ⁊ dico ꝙ affirmatiua eſt vera quod patet ſic arguēdo hoc eſt ſortes ſi eſt homo demōſtrando ſortem ⁊ hoc eſt homo igitur homo eſt ſortes ſi eſt homo ⁊ vlterius dico ꝙ inde das conditionalem illius. vnde

¶ Aduertendū eſt ꝙ quando proponitur aliqua propoſitio de conditionato predicato videndum eſt an ſubiectum ſit terminus communis vel ſingularis/ Si ſubiectū ſit terminus communis ſiue fuerit diſtributus ſiue non attendatur veritas illius propoſitionis penes illum terminum communem anteꝙ̄ reducatur illa propoſitio ad conditionalē: verbi gratia iſta propoſitio eſt falſa omne ens eſt ſortes ſi ē plato nam ex illa cum iſta vera plato eſt ens ſequitur iſta falſa plato eſt ſortes ſi eſt plato ⁊ tamen iſta conditionalis eſt vera ſi omne ens eſt plato omne ens eſt ſortes propter impoſſibilitatem antecedentis/ propterea anteꝙ̄ illa propoſitio reducatur ad conditionalē attendat eius veritas penes illum terminū cōmunē/ Eodē modo in propoſito anteꝙ̄ iſta homo eſt ſortes ſi eſt homo reducatur ad conditionalē primo reſoluatur ratione illius termini homo eo ꝙ eſt primus terminus ꝓbabilis illius ꝓpoſitionis et accepta aliqua ſingularis reducat̄ ad cōditionalē. Si aūt ſubiectū ꝓpōnis de p̄dicato cōditionato fuerit terminus ſingularis ſtatim poterit illa reduci ad conditionalem.

¶ Contra hanc ſolutionē arguo ſic iſta propoſitio eſſentia diuina eſt ſortes ſi eſt plato eſt propoſitio de conditionato predicato cuius ſubiectū eſt terminus cōmunis ⁊ tamen nō opꝫ ꝙ primo detur aliqua ſingularis anteꝙ̄ reducatur ad conditionalē igitur ſolutio data nulla eſt. ꝙ non oportet dare aliquam ſingularem patet quia ſubiectum illius propoſitionis nullo modo ſingulariſari poteſt vt pronunc ſuppono idem probari poteſt de hac propoſitione homo imaginarie eſt animal ſi eſt homo.

¶ Reſpondetur illo admiſſo ſup qḋ argumentū fundatur ꝙ licet non poſſet dari aliqua ſingularis alicuius illarum propoſitionum anteꝙ̄ tamen reducatur ad conditionalem poterimus capere vnam propoſitionē que induit formā propoſitionis ſingularis ⁊ dato ꝙ illud nō oportet in illis propoſitionibus non propterea ſequitur ꝙ in nullis propoſitionibus ſit faciendum illud quod dictum eſt.

¶ Sed contra principalē ſolutionē arguitur ſic quemadmodū propoſitiones de cōditionato extremo habēt propoſitiones conditionales ſibi correſpondentes ita propoſitiones conditionales. ſaltem ille quarum antecedentia ⁊ cōſequētia habēt ſubiecta ſinonima. reduci poſſent ad ꝓpoſitiones de conditionato extremo ⁊ per cōſequens huic cōditionali ſi homo eſt homo homo eſt ſortes correſpondebit aliqua propoſitio de conditionato extremo ⁊ nullā poteſt dare niſi hāc homo eſt ſortes ſi eſt hō igitur illa de cōditionato extremo eſt falſa ſicut ſua cōditionalis.

¶ Iſtud argumentū multū mouet me ad dicendum ꝙ omnes termini poſiti in propoſitione de conditionato extremo ſtant immobiliter ſicut in propoſitione conditionali ⁊ ſi ſic iſta propoſitio erit neganda homo eſt ſortes ſi eſt homo: nec valet ille ſillogiſmus hoc eſt ſortes ſi eſt homo et hoc eſt homo ergo homo eſt ſortes ſi eſt homo: eo ꝙ ſubiecto illius propoſitionis de conditionato extremo non licet ſubſumere/ ſed illa propoſitio eſt immediate reducenda ad conditionalem/ eodem modo negaretur iſta de cōditionato extremo animal eſt homo ſi eſt animal ⁊ cōcederetur iſta omne ens eſt ſortes ſi eſt plato nec permitteretur ſub illo termino ens diſtributo deſcenſus. Similiter ⁊ iſta propoſitio ſortes albus eſt albus ſi eſt coloratus eſſet concedenda/ Et videri meo illud habet apparentiam magnam ſi enim data conditionali alicuius ꝓpoſitionis de conditionato omnes termini in ea ſtant immobiliter quo ad hoc ꝙ nec licet ſubſumere nec deſcendere / quare non ſtabunt eodem modo in illa de conditionato extremo: ⁊ videri meo iſtud optime cōſequenter defendi poterit ſine aliquo incōueniēti. ¶ Suſtinendo tamen opinionem cōmunem cōcedo hanc hō eſt ſortes ſi eſt hō ⁊ quando dicis iſta cōditionalis ſi hō eſt homo homo eſt ſortes debet habere aliquam de cōditionato extremo ſi illud negarem argumentum eſſet ſopitum. do tibi tamen hoc ⁊ dico ꝙ habebit hanc a hō eſt ſortes ſi eſt hō et ibi pono ly a ad denotandum ꝙ ille terminus hō ſtat immobiliter quēadmodū ſtabant in illa cōditionali ⁊ iſtud eſt ferme incidere in priorē ſolutionē.

¶ Ad confirmationē reſpōdetur negando ꝙ illa duo contradictoria ſtent in veritate immo dico affirmatiuam eſſe falſam nec illa eſt ſua cōditionalis que data eſt immo licet daret̄ aliqua ſingularis ſub ſubiecto ſtante determinate adhuc nō bene daretur cōditionalis ſua ſicut enim ꝓbatum eſt inter arguendum iſta ꝓpō eſt falſa demōſtrando ſortem albū hoc album eſt rubeum ſi eſt nō album/ nec iſta eſt ſua cōditionalis ſi hoc album eſt nō album hoc albū eſt rubeum/ Unde breuiter dico ꝙ quandocunq̄ ponit̄ terminus cōnotatiuus a parte ſubiecti anteꝙ̄ talis ꝓpoſitio reducatur ad cōditionalem oportet delere illam cōnationem ⁊ loco termino connotatiui ponere terminum abſolutum ⁊ ita cōditionalis huius ꝓpoſitionis hoc album eſt rubeum ſi eſt nō album nō erit illa predicta ſed loco termini cōnotatiui ponatur pronomen demonſtratiuum ⁊ poſtea fiat reductio ad cōditionalem. ¶ Aliter ad argumentum reſpondeo cōcedendo hanc hoc album eſt rubeum ſi eſt nō album quia ipſa eſt propoſitio de conditionato extremo correſpondens huic cōditionali ſi hoc album eſt non album hoc album eſt rubeum. ⁊ dico ꝙ ſubiectum illius de conditionato extremo ſtat immobiliter nec valet illa conſequentia hoc album eſt rubeum ſi eſt non album ⁊ hoc album eſt ſortes ergo ſortes eſt rubeum ſi eſt non album: cauſa dicta eſt quia nō licet ſubſumere ſub termino ſtante immobiliter. ¶ Forte petis a quo ille terminus immobilitatur. ¶ Reſpondeo ꝙ quemadmodum nota cōditionis cōditionaliter tenta immobilitat terminum tam precedentem ꝙ̄ ſequentē ita etiam ipſa immobilitat qn̄ cōditionatim tenetur.

¶ Tertio pͥcipaliter arguitur ſi dicta eſſent vera ſequeretur iſtā eſſe falſam brunellus eſt hō ſi eſt animal viſo ꝙ cōditionalis per quam debet regulari eius veritas eſt falſa videlicet hec ſi brunellus eſt animal brunellus eſt hō. ꝙ tamen illa ꝓpō de cōditionato ſit vera ꝓbatur ſic ipſa ſequitur ex vero igitur ipſa eſt vera: cōſequentia eſt clara ⁊ aſſumptum ꝓbo bene ſequitur brunellus eſt hō ſi eſt hō igitur brunellus eſt hō ſi eſt animal: tenet conſequentia ab inferiori ad ſuperius quocunq̄ impedimēto ſecluſo; de veritate autē antecedētis nemo eſt qui dubitet.

¶ Et confirmatur ſi dicta eēt vera
ſequeretur duas contradictoꝛias ſimul ſtare in veri-
tate illud eſt abſurdum igitur dicta nulla/ cōſequen-
tias tamen ſic pꝛobo/ Iſte pꝛopoſitiones contradicūt
ſoꝛtes eſt ſoꝛtes ſi eſt entia/ ſoꝛtes non eſt ſoꝛtes ſi eſt
entia: ſed ꝙ ille pꝛopoſitiones compatiantur ſe in ve-
ritate ſic oſtendo ⁊ pꝛimo ꝙ affirmatiua ſit vera pꝛo-
bo ⁊ ſic arguo ipſa eſt vna de conditionato pꝛedica-
to cuius ſubiectum eſt terminus abſolutus ⁊ non cō-
notatiuus igitur habere poteſt conditionalem in pꝛo
pꝛia foꝛma ⁊ per conſequens conditionalis illius ꝓ-
poſitionis eſt hec ſi ſoꝛtes eſt entia ſoꝛtes eſt ſoꝛtes. ꝙ
autem illa conditiobalis ſit vera clarum eſt igitur iſta
pꝛopoſitio eſt vera ſoꝛtes eſt ſoꝛtes ſi eſt entia. ꝙ autē
negatiua ſit vera pꝛobatur ſic bene ſequitur iſte bina
rius non eſt ſoꝛtes ſi eſt entia ⁊ iſte binarius eſt ſoꝛtes
igitur ſoꝛtes non eſt ſoꝛtes ſi eſt entia tenet conſequen
tia expoſitoꝛie in tertia figura antecedens autem eſt
verum ergo ⁊ concluſio/ ⁊ quia non eſt dubitandum
de veritate minoꝛis pꝛobo ꝙ maioꝛ ſit vera per falſi-
tatē ſue contradictoꝛie huius videlicet iſte binarius
eſt ſoꝛtes ſi eſt entia ⁊ ſemper per ly iſte binarius de-
monſtratur binarius ex materia ⁊ ex foꝛma ſoꝛtis. fal
ſitas autem illius pꝛopoſitionis patet per ſuam con-
ditionalem ſi aſte binarius eſt entia iſte binarius eſt
ſoꝛtes ꝙ autem illa conditionalis ſit falſa clarum eſt
eo ꝙ eſt mala conſequentia nam poſt moꝛtem ſoꝛtis
iſta eſt vera iſte binarius eſt ſoꝛtes relinquitur ergo
ꝙ negatiua eſt vera ⁊ ita conſequenter reſpondendo
ad ea que dicta ſunt neceſſe erit dare duas contradi-
ctoꝛias ſimul veras quod eſt abſurdum.

¶ Ad tertium pꝛincipale reſponde-
tur concedendo ꝙ iſta pꝛopoſitio eſt falſa bꝛunellus
eſt homo ſi eſt animal ſicut patet per ſuam conditio-
nalē ⁊ nego ꝙ ipſa ſequetur ex vero ⁊ dico ꝙ iſta cō
ſequentia non valet bꝛunellus eſt homo ſi eſt homo
igitur bꝛunellus eſt homo ſi eſt animal ⁊ ad pꝛobatio
nem in qua dicis ꝙ ibi arguitur ab inferioꝛi ad ſupe
rius

¶ Reſpondeo ꝙ ibi arguitur ab in-
ferioꝛi ad ſuperi9 reſpectu ptis extremi ⁊ nō reſpectu
totalis extremi/ Modo ſepius ⁊ vt in pluribus impe
dit bonitatem conſequētie arguere ab inferioꝛi ad ſu
peri9 ⁊ hoc reſpectu ptis extremi/ Omnes iſte ꝯñe ni
hil valent iohannes eſt magiſter pariſienſis ergo io-
hannes ē homo pariſiēſis/ ego cognoſco hominē er
go cognoſco animal/ ſoꝛtes ē dñs aſini ergo ſoꝛtes ē
aliquid aſini/ oēs hoīes currūt. tenendo illud ſignū
collectiue. ergo oīa aīalia currunt licet in omnib9 eis
arguatur ab inferioꝛi ad ſuperius ⁊ ratio eſt qꝛ ſolum
arguitur reſpectu partis extremi ⁊ non reſpectu tota
lis extremi. ¶ Notanter autem dixi ꝙ vt in pluribus
fallit ille modus arguendi qm̄ qñq; contingit argue-
re ab inferioꝛi ad ſuperius reſpectu ptis extremi ⁊ tñ
optima eſt ꝯña/ verbigratia hec cōſequentia ē opti-
ma ſoꝛtes eſt homo ſi eſt aīal ergo ſoꝛtes eſt ſubā ſi eſt
animal. ¶ Immo pꝛo regula generali dico ꝙ arguē-
do ab inferioꝛi ad ſuperius reſpectu termini pꝛeceden
tis ly ſi valet modus arguendi intelligo ſemper cete-
ris pꝛopꝛietatibus logicalibus ſeruatis/ Cauſa au-
tem quare ſub termino ſequente ly ſi non valet argu
mentum ab inferioꝛi ad ſuperius ſed bene ſub termi-
no pꝛecedente eſt quoniā non valet conſequentia ab
inferioꝛi ad ſuperius reſpectu termini poſiti in ante-
cedente conditionatis ſed bene reſpectu termini po-
ſiti in conſequente contingit conſequentiam valere.
Dictum ē etiam terminos poſitos in pꝛopoſitione de
cōditionato extremo ſtare immobiliter ſiue pꝛecedāt
notam cōditionis ſiue ſequant̄: ea pꝛopter non mirū
ſi non valeat in eis cōſequētia ab inferioꝛi ad ſuperi9
¶ Ex quo infero cōſequentiā nō valere in qua argui
tur ab inferioꝛi ad ſuperius reſpectu termini concur-
rentis cuius tamen oppoſitū communiter aſſeritur.
Coꝛrelarium patet quoniā non ſequitur homo eſt hō
ſi eſt animal ergo animal eſt homo ſi eſt animal.

¶ Ad confirmationem reſpondent
fouentes hanc opinionem quam etiam defendimus
negando ꝙ duo contradictoꝛia ſimul ſtent in verita-
te ⁊ dicunt ꝙ affirmatiua eſt falſa nec iſta ē ſua condi
tionalis ſi ſoꝛtes eſt entia ſoꝛtes ē ſoꝛtes. ⁊ ad ꝓbatio-
nem qua dicis illa pꝛopoſitio eſt vna de conditionato
pꝛedicato tm̄/ cuius ſubiectum ē terminus ſingularis
abſolutus igitur poteſt habere aliquā conditionalē
non mutando illum terminum ſingularem negant cō
ſequentiam/ ⁊ ratio ē quia ſubiectū eſt terminus ſingu
laris ſupponens ꝓ re compoſita ex pluribus rebus ſi
eſſet terminus ſingularis ſupponens pꝛo re indiuiſi-
bili tunc poſſent habere aliquam conditionalē in ꝓ
pꝛia foꝛma non mutando illum terminū ſingularē/
⁊ bꝛeuiter opoꝛtet ꝙ ſubiectū ꝓpoſitionis date mute
tur in iſtum terminum iſta entia demonſtrando mate
riam et foꝛmam ſoꝛtis et ſic dabitur ſua conditiona-
lis ſi iſta entia ſunt entia iſta entia ſunt ſoꝛtes q̄ eſt fal
ſa. ¶ Aliter ad argumentum reſpondeo concedendo
hanc eſſe veram ſoꝛtes eſt ſoꝛtes ſi eſt entia ⁊ nego hic
eſſe ſillogiſmū in tertia figura iſte binarius nō eſt ſoꝛ
tes ſi eſt entia ⁊ iſte binarius eſt ſoꝛtes ergo ſoꝛtes nō
eſt ſoꝛtes ſi ē entia ⁊ hoc ꝓpter duas rationes. ¶ Pꝛi
ma eſt/ quia ſub nullo ſubiecto pꝛopoſitionis de con
ditionato extremo lꝫ deſcendere vel aſcēdere aut ſub
ſumere eo ꝙ ſtat immobiliter vt pꝛius dictū eſt. ¶ Se
cunda cauſa eſt quia illa nota conditionis equiuoce
tenetur aliam enim illationem denotat in ꝯñte q̄ in
aĩte vt facile eſt videre ideo ⁊c.

¶ Quarto pꝛincipaliter arguitur ſi
dicta eſſent vera ſequeretur ꝙ iſta pꝛopoſitio eſſet ve
ra chimera eſt ſoꝛtes ſi eſt ſoꝛtes quod eſt falſum con-
ſequentia dupliciter ſic patet. ¶ Pꝛimo quia condi-
tionalis illius pꝛopoſitionis eſt vera ⁊ per conſequēs
illa pꝛopoſitio eſt vera iſta enim eſt ſua conditionalis
ſi chimera eſt ſoꝛtes chimera eſt ſoꝛtes: cuius veritas
nota eſt. ¶ Secundo ſequela ſic patet quia dictū eſt
ꝙ conditionatum compoſitum ex terminis conuerti-
bilibus eſt tranſcendens et ſupꝛa tranſcendens et per
conſequens iſtud conditionatum ſoꝛtes ſi eſt ſoꝛtes
poſtq̄ eſt huiuſmodi verificari poteſt de qualibet re
imaginabili et per conſequens iſta eſt vera chime-
ra eſt ſoꝛtes ſi eſt ſoꝛtes/ falſitatem conſequentis du-
pliciter ſic ꝓbo. Pꝛio ſic: bene ſequit̄ chimera ē ſoꝛtes
ſi eſt ſoꝛtes ergo chimera eſt iſte ſoꝛtes ſi ē ſoꝛtes vl' iſte
ſoꝛtes ſi eſt ſoꝛtes. ꝯñs eſt falſum viſo ꝙ quelibet ſin-
gularis ſit falſa ⁊ per ꝯñs iſta eſt falſa chimera eſt ſoꝛ
tes ſi eſt ſoꝛtes. ¶ Foꝛte dicis ꝙ vnā habet ſingularē
veram: nam demōſtrando chimeram iſta ꝓpō eſt ve
ra chimera eſt iſte ſoꝛtes ſi eſt ſoꝛtes ⁊ ꝓbo ꝙ nō ex il-
la cū vna vera ſequitur falſum igitur ipſa eſt falſa: cō-
ſequentia eſt clara et aſſumptum patet ſic arguendo.
Chimera eſt iſte ſoꝛtes ſi eſt ſoꝛtes: et Hircoceruus
eſt iſte ſoꝛtes ſi eſt ſoꝛtes: ergo Hircoceruus eſt chi-
mera. tenet conſequentia expoſitoꝛie in ſecunda figu
ra: concluſio eſt falſa: minoꝛ eſt vera: ergo maioꝛ eſt

falſa ꝙ mino: ſit vera patet per ſuam conditionalem ſi hircocceruus eſt ſo:tes hircoccerusꝰ eſt iſte ſo:tes. Secūdo p:obatur ꝙ illa ꝓpō ſit falſa chimera eſt ſo:tes ſi eſt ſo:tes illa eſt vna affirmatiua extra cōmunem inſtātias cuius ſubiectum p:o nullo ſupponit igitur ē falſa tenet cōſequētia quia alia ratione cōcludere neſcis hanc eſſe falſam antechriſtus eſt homo.

## ¶ Et confirmat ſecunduz dicta iſta

propō eſſet vera antechriſtus erit albus ſi erit albus ſed illud dici non pōt igitur ſequela ſic p:obatur iſta eſt ſua cōditionalis ſi antechriſtꝰ erit albus antechriſtus erit albus ⁊ illa cōditionalis eſt vera igitur ⁊ illa de cōditionato extremo. ꝙ tamē illa p:opō nō ſit vera ꝓbo ſic ipſa ē vna propō de futuro que nunꝗ habebit aliquam de p:eſenti verā igitur ipſa eſt falſa cōſequentia eſt bona ⁊ antecedens p:obo quia nunꝗ iſta erit vera antechriſtus eſt albus ſi erit albus. nam conditionalis illius de cōditionato eſt impoſſibilis vide licet iſta ſi antechriſtus erit albus antechriſtus eſt albus ⁊ neſcis dare aliquam aliam de p:eſenti co:reſpōdentem huic antechriſtus erit albus ſi erit albus igitur iſta p:opoſitio eſt falſa quod reſtabat p:obandū.

## ¶ Ad quartū principale multi ſunt

modi reſpōdendi ſed vt p:emiſi in p:incipio huius difficultatis ſolum recitabo vnam opinionem Reſpondendo igitur ad argumentum concedo hanc eſſe verā chimera eſt ſo:tes ſi eſt ſo:tes quonium vt dicit Paulus venetus. 2. q. lo:ph. iam ate. Nota cōditionis cōditionatum ſēcā habet vim ampliādi omnem terminum cōmunez ampliatiuū ſiue p:ecedat ſiue ſequatur immo maio:em vim ampliandi habet ꝙ aliquod participium quoniam participia nō ampliant poſt ſe ſed ante ſe nota aūt cōditionis ante ſe ⁊ poſt ſe ⁊ hoc ad quiꝙ differentias tempo:um. ¶ Sed illud dictum pauli veneti nō recipio niſi cum grano ſalis fuerit intellectum/ Si enim velit dicere ꝙ illa nota quemlibet terminum poſitum in eadem p:opoſitione ſecum ampliat vſꝙ ad imaginabilia illud eſt falſum ⁊ negandum quoniam tunc iſta eſſet concedenda homo eſt aſinus ſi eſt homo: ſenſus enim illius p:opoſitionis ē iſte qō eſt vel fuit vel erit vel poteſt eſſe vel poteſt imaginari eſſe homo eſt aſinus ſi eſt homo ⁊ hunc ſenſum cōſtat eſſe verum/ lapis enim eſt aſinus ſi eſt homo ⁊ lapis eſt quod fuit vel erit vel poteſt eſſe vel pōt imaginari eſſe hō/ Sed ſi velit dicere ꝙ ampliat quemlibet terminum cadentem infra limites ſue cōditionalis ⁊ nullo pacto terminum non cadentem tunc eius dictū recipio. ¶ Et p:opterea clarius ſe explicās p:eceptor meus dicit ꝙ conditionata non debent ſimpliciter vocari termini ampliatiui ſed termini habentes amplū modum ſignificandi qm̄ terminus ampliatiuus non magis reſpicit vnum terminum ꝙ aliū: ſed terminus amplum habens modum ſignificandi vnum terminū reſpicit ⁊ nō aliuz nec hoc tibi videatur mirabile quoniam idem fo:te dicendum erit de genere generaliſſimo p:edicamenti ad aliquid cōcedo igitur hanc p:opoſitionem chimera eſt ſo:tes ſi eſt ſo:tes ⁊ ad p:obationem nego ꝙ nullam habeat ſingularem veram ex parte illius conditionati ⁊ concedo hanc ſingularem eſſe veram chimera eſt iſte ſo:tes ſi eſt ſo:tes demonſtrando chimeram ⁊ nego ꝙ ex ipſa cum vna vera ſequitur falſum/ ⁊ quando dicis bene ſequitur chimera eſt iſte ſo:tes ſi eſt ſo:tes ⁊ hircocerusꝰ eſt iſte ſo:tes ſi eſt ſo:tes igitur hircocceruus eſt chimera. Reſpondetur ꝙ illa conſequentia nihil valet ⁊ rationem talem aſſignat defendens opinionem hanc in capitulo de ly differt eo ꝙ arguitur a termino habente amplū modum ſignificandi ad terminum non habentem amplum modum ſignificandi quia ille terminus chimera in antecedente ponitur reſpectu cōditionati quod habet amplum modum ſignificandi poſtꝙ ſupponit p:o re non exiſtente ſed imaginabili duntaxat ⁊ in cōſequente ille terminus chimera non ſtat in o:dine ad aliquem talem terminum ⁊ illud impedit eque bene bonitatem conſequentie ſicut ſi ille terminus chimera in antecedente poneretur reſpectu termini ampliatiui in conſequente vero non. Saluo tamen melio:i iudicio videri meo iſta conſequentia eſt bona chimera eſt iſte ſo:tes ſi eſt ſo:tes hircocceruus eſt iſte ſo:tes ſi eſt ſo:tes igitur hircocceruus eſt chimera ⁊ ſuppono ꝙ ſemper demonſtretur idem quia alias non eſſet apparentia in conſequentia. antecedens enim illius cōſequentie eſt impoſſibile p:opter mino:em: iſta enim p:opoſitio eſt impoſſibilis hircocceruus eſt iſte ſo:tes ſi eſt ſo:tes demonſtrando chimeram quia ſi illa p:opoſitio concedatur eodem modo dicendum erit iſtam p:opoſitionez eſſe veram iſte ſo:tes ſi eſt ſo:tes eſt plato demonſtrando ſo:tem quod eſt falſum: quia tunc iſta vniuerſalis eſſet vera omnis ſo:tes ſi eſt ſo:tes eſt plato quod ipſemet non concederet ⁊ tunc ad p:obationem quia ꝓbatur iſtā p:opoſitionē eſſe verā per iſtam conditionalez ſi hircocceruus eſt ſo:tes hircocceruus eſt iſte ſo:tes/ Reſpondeo ꝙ ad veritatem p:opoſitionis de conditionato ſingularifa:o impertinēs eſt adducere veritatem alicuius conditionalis volo dicere ꝙ veritas vnius talis p:opoſitionis nequaꝙ regulanda eſt per aliquam conditionalem. ¶ Sed ad veritatem p:opoſitionis de conditionato ſingularifato ſufficit ⁊ requiritur ꝙ extremis eius non repugnet ꝙ tum eſt ex parte ſue ſignificationis poſſe ſupponere p:o eodem. notanter dicitur ꝙ non repugnet eis ⁊ non dicitur ꝙ poſſint ſupponere quia iſta p:opoſitio eſt vera chimera eſt iſte ſo:tes ſi eſt ſo:tes demonſtrando chimeram ⁊ tamen illa extrema non poſſunt ſupponere p:o eodē eo ꝙ alterū eo:ꝝ ſupponere nō poteſt ſed quia eis non repugnat ex modo ſue impoſitionis poſſe ꝓ eodem ſupponere ea p:opter hec p:opoſitio eſt vera et per hoc patet quō iſta eſt impoſſibilis hircocceruus eſt iſte ſo:tes ſi eſt ſo:tes demonſtrando chimeram nā p:edicato illius p:opoſitionis repugnat poſſe ſupponere p:o aliquo niſi p:o demōſtrato ſubiecto ſubiecti autem illius p:opōis repugnat p:o illo poſſe ſupponere nihilominus tamē cōſequētia data ſolum tenet p:opter impoſſibilitatem antecedentis nec eſt fo:malis p:opter erro:ē qui ibidē cōmittitur. Ad aliam p:obationē qua p:obatur iſtā p:opoſitionē eſſe falſam chimera eſt ſo:tes ſi eſt ſo:tes Reſpōdetur communiter ꝙ illa ꝓpoſitio eſt vna affirmatiua cuius ſubiectū nō ſupponit nichilominus tamen ipſa eſt vera ⁊ regula communis intelligēda eſt de p:opōe affirmatiua que aliquid ponit in eſſe: modo illa p:opoſitio de conditionato extremo nihil ponit in eſſe.

## ¶ Contra hanc ſolutionē tamen ſic

arguo p:edicatū illiꝰ ꝓpōnis eſt terminus habēs amplum modū ſignificādi ⁊ quādocunꝙ ponit̄ aliquis terminus cadēs infra limites alicuius cōditionati cū tali cōditionato idē eſt dicendū ac ſi illud conditionatū eſſet terminus ampliatiuus ad quinꝙ: igit̄ ſubiectū huius ꝓpoſitionis chimera eſt ſo:tes ſi eſt ſo:tes realiter ſupponit ſicut ⁊ ſubiectū iſtiꝰ chimera ē imaginabilis. Et iſtud videri meo ē cōcedēdū cōſequēter loquēdo ad iſtā opinionē ſi dicas ꝙ ſic debꝫ fieri verificatio huiꝰ ſubiecti hoc ē chimera eo ꝙ p̄dicatū ē p:e

Paulus venetus.

Johannes maio:is.

eiſe terminus amplum habens modum ſignificandi non tecum contendo quia in re ipſa conueniremus ſed non in verbis.

**¶ Contra dicta in hac ſolutione de** amplo modo ſignificandi conditionati ſic arguo vel iſtud cōditionatū ſortes ſi eſt ſortes reſpectu alicuius termini habet amplū moduꝫ ſignificādi vel reſpectu nullius ſecūduꝫ dici nō pōt detur ergo primū ⁊ queritur an reſpectu cuiuſlibꝫ termini indifferenter habet amplū modū ſignificādi vel reſpectu alicuius vel alicuius nō qō ſi dicatur ꝙ habet amplum modū ſignificādi reſpectu cuiuſlibet termini eo ꝙ quilibet terminus cadit infra limites ſue conditionalis ſequitur ꝙ in iſta propoſitiōe ſortes eſt ſortes ſi eſt plato illud cōditionatum habet amplum modum ſignificādi ⁊ per cōſequēs illud predicatū ſtat ibi pro omni illo quod imaginarie eſt plato ⁊ per cōſequēs iſta ꝓpoſitio erit ꝯcedēda iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt plato demonſtrādo ſortem quod tamen eſt contra dicta/ cōſequentia tamen patet quia predicatū illius ꝓpoſitionis tenetur eque bene ample ſicut predicatum huius ſortes ſi eſt ſortes eſt plato q2 additio pronominis non tollit amplum modum ſignificandi conditionati.

**¶ Secundo ſic arguo ſi cōditionata** nō deberent dici termini ampliatiui hoc maxime eēt quia nō reſpectu cuiuſcunq; termini cōditionata habent amplū modū ſignificādi/ ſed illō nō tollit qui cōditionata dicantur termini ampliatiui igitur dicēdi ſunt termini ampliatiui maior eſt clara ꝑ prius dicta minor aūt probatur q2 dato oppoſito ſequitur ꝙ iſti termini fuit erit poſſibiliter nō eſſent dicendi termini ampliatiui nō eīn quēlibꝫ terminū debite ſibi additū ampliant ſed aliquē ⁊ aliquē nō: igitur ſi illa ratio eſt ſufficiens ad probandum cōditionata nō eſſe ampliatiua concluderet ſimiliter terminos datos eſſe terminos ampliatiuos vel alias ratio concluderet falſum ſicut ⁊ verum ꝙ autem illi termini aliquos amplient ⁊ aliquos non patet nam ſubiectum huius homo poſſibiliter eſt homo tenetur ample non tamen ſubiectuꝫ huius homo qui eſt poſſibiliter eſt homo/ nec vꝫ dicere ꝙ ly poſſibiliter eſt terminus ampliatiuus licet nō quēlibet terminum ſibi additum amplict quia defectus non prouenit ex parte illius termini poſſibiliter ſed ex defectu illius termini eo ꝙ non eſt capax ampliationis quia eodem mō diceretur de cōditionatis ꝙ licet ſubiectum huius aſinus eſt homo ſi eſt aīal nō tenetur ample hoc tamē nō prouenit ex defectu illius cōditionati ſed ex defectu illius termini qui non eſt capax ample ſignificationis conditionati.

**¶ Ad iſta argumēta reſpōdeo ꝙ nihil** concludunt non primum quia licet iſtud conditionatum ſortes ſi eſt reſpectu ſortes cuiuſlibet termini habet ampluꝫ modū ſignificandi/ quādo tamē ſingulariſatur nō amplius habet amplū modum ſignificādi/ ⁊ ratio eſt quia dictum eſt ꝙ cōditionatum nō habet amplū modum ſignificandi niſi reſpectu termini qui cadit infra limites ſue conditionalis modo quando ſingulariſatur cōditionatum nullus terminus cadit infra limites ſue conditionalis quia dictū eſt ꝙ ad nullaꝫ conditionalem eſt reducenda propoſitio de cōditiōato ſingulariſato. ¶ Ex iſto ſequitur ꝙ aliquis eſt bonus deſcenſus in quo alij termini ab illo termino ſub quo fit deſcenſus non tenentur vniformiter nā iſta cōſequētia eſt bona omnis ſortes ſi ē ſortes ē plato igitur iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt plato ⁊ ſic de alijs ⁊ tū ille terminus plato nō tenetur vniformiter. ¶ Pꝫ in ſup ꝙ nō inconuenit arguere ab amplo ad nō amplū ſine diſtributiōe ampli ⁊ hoc maxie in iſtis ꝓpōnibus nihil ponētibꝰ in re. ¶ Tertio īfero ꝙ aliqua eſt propō cuiꝰ vtrūq; extremū eſt terminus cōmunis ⁊ tamē ſingulariſando ſubiectū ſingulariſatur predicatū quod tamen nō eſt relatiuū reciprocū. Correlariū patet quia in iſta ſortes ſi ē ſortes eſt plato taꝫ ſubiectū ꝙ predicatum eſt terminus cōmunis ⁊ tamē in iſta iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt plato vtrumq; extremū ē terminus ſingularis. ¶ Secundum etiam argumētū nihil cōcludit ⁊ cōcedo ꝙ ꝓpter rōnē tactā cōditiōata nō dīr termini ampliatiui/ nec ꝓpterea ſequit̄ ꝙ iſte terminus poſſibiliter nō eſt terminus ampliatiuus et licet ſubiectū huius propōnis homo qui eſt poſſibiliter eſt homo nō amplief hoc tamē non eſt propter defectū de ly poſſibiliter ſed ꝓpter defectum illius termini qui nō eſt capax ampliationis nec oīno eſt ſimile de conditionatis/ ꝙ eīn iſtud cōditionatū homo ſi eſt animal non habet ampluꝫ modū ſignificādi reſpectu huiꝰ termini aſinꝰ hoc nō ꝓuenit ex defectu illius termini aſinus ſꝫ ex defectu illius cōditionati quia ſi ille terminus aſinus addatur huic conditionato aīal ſi eſt homo optime erit capax illius ample ſignificationis ſed ſubiectum huius propōnis homo qui eſt poſſibiliter eſt homo cuicunq; termino ampliatiuo addat̄ nullo mō ampliabit̄ ergo ſignū eſt ꝙ defectus ꝓuenit ex parte illius termini ⁊ nō ex parte termini ampliatiui.

**¶ Ad cōfirmationē reſpondetur cō**cedendo hanc eſſe veram ſortes erit albus ſi erit albꝰ iſta tamen propoſitione negata ſortes eſt albus ſi erit albus nec illa eſt de in eſſe correſpondens illi propoſitioni de futuro/ vnde quādo datur aliqua ꝓpō de pn̄ti in qua ſunt alique copule minus pricipales opꝫ ꝙ importēt idē tēpus in illa de preſenti ⁊ in illa de extrinſecis temporibus modo quia in iſta ꝓpōne ſortes erit albus ſi erit albus ille due copule importāt idē tēpus ꝓpterea opꝫ ꝙ illud etiā ſeruet̄ dando ꝓpōnem de pn̄ti que correſpōdet illi de futuro ſi etiam velis dicere ⁊ in idē redibit ꝙ illa de cōditionato extremo reducēda eſt ad cōditionalem anteq̄ det̄ ipſius de pn̄ti ⁊ ꝙ ſi de in eē antecedētis q̄ncq; erit vera ꝙ etiam de in eſſe cōſequēns erit vera placet mihi ſolutio.

**¶ Quinto principaliter arguit̄ ſi dicta** eēt vera ſequeret̄ hāc ꝓpōnē eē falſaꝫ oīs ſortes ſi ē ſortes ē ens eo ꝙ ſubiectū illius ꝓpoſitionis diſtribuit̄ ꝓ chimera pro qua tamē nō ſupponit predicatū ⁊ per cōſequens illa propoſitio eſt falſa veritatē tamē illius ſic ꝓbo bene ſequit̄ tātū ens eſt ſortes ſi ē ſortes igit̄ omnis ſortes ſi eſt ſortes eſt ens cōſequētia claret ⁊ antecedens patet per ſuas exponentes de prima exponente nō eſt dubiū ⁊ ꝙ ſecunda ſit vera pꝫ per falſitateꝫ ſue cōtradictorie nō ens eſt ſortes ſi eſt ſortes ꝙ illa ſit falſa probatur bene ſequitur nō ens eſt ſortes ſi eſt ſortes ergo nō ens eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes ⁊ ſic de ſingulis q̄libet ſingularis eſt falſa igitur ⁊ illa ꝓpō.

**¶ Forte dices ꝙ iſta eſt vera non ens** eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes demonſtrando chimeram.

**¶ Cōtra hoc ſic arguitur bene ſequi**tur nō ens eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes igitur ens vel non ens eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes/ et vlterius ſequitur ens vel non ens eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes igitur ens eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes quod ſi cōcedatur habebitur ꝙ iſta ſit vera omnis ſortes ſi eſt ſortes eſt ens.

**¶ Et cōfirmatur ſi dicta eſſent vera** ſequeretur duo contradictoria eſſe ſimul falſa quod

eſt falſum: ꝯña tamen ſic probatur iſte contradicunt oīs plato ſi eſt plato ē plato aliq̄s plato ſi eſt eſt plato non eſt plato: de falſitate affirmatiue non eſt dubium ꝛ ꝙ negatiua ſit falſa patet per ſuam conditionalem. Si plato eſt plato plato non eſt plato.

¶ Ad quintuz principale reſpondēt ab hys qui hanc opinionem defenſant ꝙ iſta propoſitio eſt falſa omnis ſortes ſi eſt ſortes eſt ens ꝛ ſimiliter iſta excluſiua tantum ens eſt ſortes ſi eſt ſortes ꝑpter falſitatem ſecunde exponentis immo iſta eſt vera non ens eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes demonſtrādo chimeram ꝛ vlterius negatur hec ꝯña ens vel non ens ē iſte ſortes ſi eſt ſortes igitur ens eſt iſte ſortes ſi ē ſortes.

¶ Forte dicis omne diſiunctū ex terminis contradictorijs conuertitur cum tranſcendente igitur iſta cōſequentia ē bona ens vel non ens ē iſte ſortes ſi ē ſortes igitur ens ē iſte ſortes ſi ē ſortes.

¶ Ad hoc reſpondēt ꝙ nō quodlibet diſiunctum ex terminis contradictorijs conuertitur cū tranſcendente vt patet de iſtis diſiunctis ymaginabile vel nō ymaginabile ſortes ſi eſt ſortes vel nō ſortes ſi eſt ſortes quorum nullum cōuertitur cum tranſcendēte. Sed ſi regula illa cōis habeat verum maxime habebit in diſiunctis in quibus non ponitur terminus ampliatiuus aut habens amplum modum ſignificandi. ¶ Et tunc adhuc ſic dꝫ intelligi ꝙ nunꝙ̄ tale diſiunctum ſupponit pro aliqua re poſſibili quī trāſcendēs etiā ꝑ illa ſupponat modo in ꝑpoſito hoc diſiūctum ens vel non ens ſupponit pro ente ymaginabili pro quo tamen tranſcendens ſupponere non poteſt.

¶ Contra hanc ſolutionē arguitur ſic probando hanc eſſe veram omnis ſortes ſi eſt ſortes ē ens ꝛ hoc ſic quelibet ſingularis deſcēdēdo ſub illo cōditionato eſt vera igitur ꝛ illa propoſitio conſequentia eſt clara. ꝛ antecedens probo. quia ſi haberet aliquas ſingulares falſas maxime eſſent iſte: ſortes ſi eſt ſortes ē ens demonſtrando antechriſtum vel demōſtrando chimeram ꝙ autem illa propoſitio ſit vera demonſtrando antechriſtum ſic probo dictum ē ꝙ ad veritatem propoſitionis de conditionato ſingularis ſatis ſufficit ꝛ requiritur ꝙ non repugnet extremis poſſe ſupponere pro eodem ſed clarum eſt ꝙ extremis illius propoſitionis non repugnat poſſe ſupponere pro eodem igitur illa propoſitio ē vera ꝛ eodem modo ꝑbabitur ꝙ illa ſingularis ſit vera in qua demonſtratur chimera. Si enīꝫ per poſſibile vel impoſſibile chimera eſſet in rerum natura extrema huius propoſitionis ſupponerent pro eodem iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt ens.

¶ Secundo ſic arguitur probādo ꝙ excluſiua data ſit vera cōtradictoria ſue ſcd̄e exponētis ē falſa videlꝫ hec nō ens ē ſortes ſi ē ſortes ꝙ ſic ꝑbo ſubiectum huius ens ē ſortes ſi ē ſortes ſtat pro illo quod ē fuit vel erit vel pōt eſſe vel ymaginatur eſſe ens/ igitur ſubiectum huius non ens ē ſortes ſi ē ſortes pro nullo tali ſupponit ꝛ per conſequens deſcendendo ſub ſubiecto quelibet ſingularis erit falſa non enim licebit demonſtrare chimeram eo ꝙ ſubiectum illius non ſupponit pro chimera ꝛ per ꝯñs ſecunda exponens illius excluſiue ē vera ꝛ etiam prima ē verſa vt notum ē igitur eius exponentes ſunt vere.

¶ Tertio ſic arguo demōſtrādo antechriſtum aut chimeram hec eſt vera iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt ens igitur hec vniuerſalis eſt vera omnis ſortes ſi eſt ſortes eſt ens conſequentia eſt clara ꝛ probo aſſumptum: bene ſequitur iſte ſortes ſi ē ſortes ē chimera demonſtrando chimeram ergo iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt ens demonſtrando eandem ꝙ illa conſequētia valeat pꝫ quia ibi arguitur ab inferiori ad ſuperius quocunqꝫ impedimento ſecluſo ꝙ autem iſte terminꝰ chimera ſit inferior ad iſtum terminuꝫ ens patet quia ſi nō hoc maxime eſſet quia ille terminus chimera non ſupponit ſed hoc nō impedit ſiue enim iſte terminus antechriſtus ſupponat ſiue non ſemper eſt inferior ad iſtum terminum homo/ eodem modo ſi per impoſſibile aut poſſibile hic terminus chimera pro aliquo ſupponeret mediante copula de preſenti pro illo ſupponeret hic terminus ens/ ꝛ cū hoc ꝑ aliquo alio ſupponeret illud tranſcendens ꝛ per conſequens ille terminus ens eſt ſuperior ad hunc terminuꝫ chimera de veritate autem illius antecedentis non eſt dubitandum poſtꝙ̄ enim hec eſt vera ſortes ſi eſt ſortes eſt chimera oportet dare aliquam ſingularem veram ꝛ neſcis dare niſi hanc iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt chimera ꝛ per cōſequens antecedēs cōſequentie facte eſt verum ꝛ cōſequentia facta ē bona igitur cōſequens ē verum quod erat probādum. ¶ Videri meo hec argumenta efficaciter probāt hanc eſſe cōcedendam omnis ſortes ſi eſt ſortes ē ens propterea cōcedo illam propoſitioneꝫ eē veram ꝛ dico ꝙ ſubiectum illius propoſitionis ſupponit pro chimera ſimiliter ꝛ predicatum.

¶ Contra hanc ſolutionē ſic arguo ex ea ſequeretur hanc propōnem eſſe concedendam que communiter tamen negatur omnis ſortes ſi ē ſortes ē chimera ſequelam ꝓbo ſic illud cōditionatū poſitum a parte ſubiecti ampliat predicatū poſtꝙ̄ cadit intra limites ſue cōditionalis ad quinqꝫ differentias temporum ꝛ per conſequēs illa propoſitio equiualet huic oīs ſortes ſi ē ſortes imaginarie ē chimera illam autem cōſtat eſſe veram igitur illa propoſitio ē vera.

¶ Anteꝙ̄ ad hoc argumentū reſpondeam quero a te quod inconueniens cōtra me haberes ſi cōcederem iſtas ꝓpōes omnis ſortes ſi ē ſortes ē chimera omnis ſortes ſi ē ſortes ē plato ꝛ dicerē ſic deberi dare ſingulares iſte ſortes ſi ē ſortes imaginarie ē chimera ꝛ iſte ſortes ſi ē ſortes imaginarie ē plato ꝛ certe credo ꝙ nullū tamē quia illa propō communiter negatur. Aliter reſpōdeo negādo ex dictis ſequi hāc eſſe cōcedendā omnis ſortes ſi ē ſortes ē chimera ꝛ nego ꝙ equiualeat huic omnis ſortes ſi ē ſortes imaginarie ē chimera. Vndelꝫ in hac propōe omnis ſortes ſi ē ſortes ē chimera dem tibi ꝙ ille terminus chimera ſupponit pro qualibet re mundi non tamen ex illo habebis illam eſſe veram ꝛ rō eſt quia poſtꝙ̄ in illa ꝑpōe ponitur cōditionatum deſtructiū: veritas eius debet attēdi penes ſingulares illius cōditionati ꝛ in ſingularibus ille terminus chimera nō ſtabit pro eo qđ imaginarie eſt chimera vt antea dictum eſt in ſingularibus autem huius omnis ſortes ſi eſt ſortes imaginarie eſt chimera ly chimera ſtat pro omni eo qđ imaginarie eſt chimera ſicut in vniuerſali/ ſi replices de iſta excluſiua tantum chimera ē ſortes ſi eſt ſortes facile eſt reſpondere ex dictis. ¶ Et ex iſtis infero correlarie hunc modum arguendi nihil valere hec vniuerſalis ſic ſe habet ꝙ ꝑ quocunqꝫ ſupponit ſubiectum pro illo ſupponit ꝑdicatum ergo ipſa eſt vera. ¶ Secundo infero hāc conſequentiam non eſſe in barbara omnis ſortes ſi eſt ſortes imaginarie eſt plato ꝛ omnis plato ſi ē plato eſt ſortes ſi eſt ſortes ergo omnis plato ſi ē plato eſt plato licet maior extremitas eque ample

teneatur in concluſione ſicut in maiori defectus ē ſatis manifeſtus. ¶ Aliter ⁊ facili' dico ꝙ licet cōditionatum ex terminis cōuertibilibus cōpoſitū hꝫ amplū modum ſignificandi nihil tamen facit ad ſuppoſitionem aut acceptionem aliorum terminorū immo quilibet terminus debet verificari mediante copula ſue propōis ⁊ ſic in iſta omnis ſortes ſi eſt ſortes eſt ſortes predicatum eſt terminus ſingularis ⁊ ſic debet fieri verificatio hoc eſt ſortes/ nec tunc ſequūtur illa correlaria prius illata ſed tunc dicendum eſt hunc modum arguendi nihil valere. Iſta eſt vna vniuerſalis que ſic ſe habet ꝙ pro aliquo ſupponit ſubiectum ꝓ quo nō ſupponit predicatum ergo ipa eſt falſa ſed iſte dicendi modus nō ē ad intentionē eorum quorum opinionem defendo ſi enim illud conditionatum ſortes ſi eſt ſortes non ampliaret illud predicatū in hac ꝓpōe omnis ſortes ſi eſt ſortes eſt ſortes ſed preciſe haberet amplum modum ſignificandi tunc illa propō caſu quo ſolus ſortes eſſet in mundo eſſet cōcedenda quemadmodum cōceditur iſta omne futurum eſt quod tamen nō cōcederent defendentes hanc opinionē nec valeret iſta conſequentia chimera eſt ſortes ſi eſt ſortes ergo ſortes ſi eſt ſortes eſt chimera: propterea vtrumqꝫ iſtorum modorum ſub probabilitate tibi derelinquo.

¶ **Ad confirmationē reſpōdetur ab** aliquibus ꝙ iſte non contradicunt omnis plato ſi eſt plato eſt plato ſi eſt plato nō eſt plato ⁊ ratio eſt quia ly ſi in neutra illarum negatur. Sed iſtud non valet quia poſtꝙ illud cōditionatuꝫ in affirmatiua accipit̄ vnica acceptione ⁊ totum illud cōditionatum diſtribuitur nō oportet ꝙ negetur vt patebit in tertia parte huius queſtiōis dicetur enim iſtas eſſe ꝯdictorias oīs hō vel aſinus eſt animal diſtribuendo totum diſiunctum hō vel aſinus nō eſt animal/ ꝓpterea aliter reſpōdeo ad argumentum cōcedendo illas ꝓpōes eſſe contradictorias et dico ꝙ iſta eſt vera plato ſi eſt plato nō eſt plato nec veritas illius negatiue cognoſcenda eſt penes aliquā cōditionalem ſed veritas ꝓpōnuꝫ de conditionato extremo negatiuarum cognoſcenda eſt penes veritatem affirmatiue.

¶ **Sexto pricipaliter arguit̄ ſi dicta** eſſent vera ſequerentur duo cōtradictoria ſimul vera qō ſic ꝓbo ⁊ accipio has duas ꝯdictorias iſte ſortes ſi ē ſortes ē alb' iſte ſortes ſi eſt ſortes nō eſt albus demōſtrando ſemper antechriſtum/ ꝙ ille ꝓpōes contradicant patet per ſingulas cōditiones ad cōtradictionem requiſitas/ ꝙ tamē ille ſint vere ꝓbo ſic ⁊ primo ꝓbo affirmatiuā ipa eſt ꝓpō de conditionato ſingulari ſato cuius extremis nō repugnat pro eodem poſſe ſupponere igitur illa ꝓpō eſt vera: tenet cōſequentia per ea que prius dicta ſunt/ ⁊ antecedēs ꝓbatiōe nō eget igitur illa affirmatiua eſt vera. Negatiuam tamen ꝓbo ſic bene ſequitur iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt non albus igitur iſte ſortes ſi eſt ſortes non eſt albus ab affirmatiua ad negatiuam predicato variato penes finitum ⁊ infinitum antecedens autem probatur quia ipſa eſt de cōditionato ſingulari ſato cuius extremis nō repugnat pro eodem poſſe ſupponere ⁊ per cōſequēs ꝓpō eſt vera ⁊ ita ſtabunt contradictorie in veritate.

¶ **Et confirmat̄ probando id idem** ⁊ accipio has duas contradictorias tantum quod eſt omnis deus vel creatura eſt deus ſi non eſt deus non tantum quod eſt omnis deus vel creatura eſt deus ſi non eſt deus/ Iſte propōes ſunt ſimul vere quod ſic ꝓbo ⁊ primo probo affirmatiuam per ſuam vniuerſalem in terminis tranſpoſitis omnis deus ſi nō eſt deus eſt quod ē omnis deus vel creatura: cuius veritas patet quia deſcendendo ſub ſubiecto illius ꝓpōis nō ē niſi vna ſingularis poſtꝙ ſubiectuꝫ illius propōis nō ſupponit niſi ꝓ ipſo deo: demonſtrando autem deuꝫ iſta eſt vera iſte deus ſi non ē deus ē qō eſt omnis deus vel creatura ſemper diſtribuendo totale diſiunctum/ illa enim eſt vna ꝓpō de cōditionato ſingulari ſato cuius extremis non repugnat ſupponere ꝓ eodem immo ante creationem mundi ita erat ſicut nunc per illam propōnem ſignificatur ⁊ per cōſequens illa vniuerſalis in terminis tranſpoſitis eſt vera ⁊ per conſequens illa excluſiua affirmatiua. Negatiuam tamen ꝓbo ſic ipa eſt exponenda diſiunctiue vt cōſtat ⁊ eius ſecunda exponens eſt vera videlicet iſta non qō ē omnis deus vel creatura ē deus ſi nō ē deus: veritas illi' patet qm̄ ipſa ē vna affirmatiua cuius extrema ſupponunt pro eodem predicatū enim ſupponit pro deo ſimiliter ⁊ ſubiectum: deo enim demōſtrato hec ē vera hoc ē nō qō ē omnis deus vel creatura patet ex falſitate huius hoc ē qō ē omnis deus vel creatura ⁊ per conſequens habetur duo contradictoria ſimul vera.

¶ **Ad ſextū principale reſpondetur** negādo iſtas duas cōtradictorias ſimul ſtare in veritate iſte ſortes ſi ē ſortes ē album ⁊ iſte ſortes ſi eſt ſortes nō ē album ⁊ affirmatiua cōceſſa nego negatiuaꝫ ⁊ qn̄ dicis bene ſequitur iſte ſortes ſi eſt ſortes ē nō albus ergo iſte ſortes ſi ē ſortes nō ē albus. dicūt aliqui ꝙ iſta conſequentia nihil valet ⁊ dicūt ꝙ illa regula philoſophi arguendo ab affirmatiua ad negatiuam predicato variato penes finitum ⁊ infinituꝫ fallit qn̄ duo termini cōtradictorij de eodem verificantur ⁊ cōcedunt ꝙ nō eſt incōueniens duos terminos cōtradictorios de eodem verificari in ꝓpōibus nihil ponentibus in re. ¶ Sed iſtud dictum ē nimis abſurdum. Nam ꝙ impoſſibile ē duas cōtradictorias eſſe ſimul veras tam impoſſibile ē duos terminos cōtradictorios poſſe verificari de eodem ſingulari ſingulariter tēto/ immo licet aliqui cōceſſerunt in terminis diuinis duos terminos cōtradictorios poſſe verificari de eodem alias tamen illud oſtendam manifeſtā inuoluere cōtradictionem ⁊ ſine dubio ſi in ꝓpōibus nihil ponētibus in re nō incōuenit duos terminos cōtradictorios verificari de eodē termīo ſingulari a fortiori nō erit inconueniens duos terminos cōtradictorios verificari de eodem termino cōmuni in propōe nihil ponēte in re ⁊ ita eq̄ faciliter defēderē iſtas eſſe veras imaginabile ē imaīgabile imagiabile ē nō imaginabile ſicut iſte due iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt albus iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt non albus. ¶ Aliter ergo ad argumentum reſpondeo negando hanc eſſe veram iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt non albus immo dato ꝙ antechriſtus eſſet in rerum natura et non eſſet albus ſed niger adhuc iſtam negarem iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt non albus. Nec valet iſta cōſequent.. antechriſtus eſt nō albus ⁊ antechriſtus eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes ergo iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt non albus. Unde hic eſt ſumme

¶ **Aduertendum ꝙ alique propoſi**tiones aliquid ponunt in re: alique vero nihil ponūt in re ⁊ iterum ꝓpōnum nihil ponentium in re alique ſic ſe habent ꝙ ipſe nihil ponunt in re nec earum contradictorie aliquid ponunt in re vt eſt hec iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt ens/ Alique vero propōes nihil ponunt in re tamen earum contradictorie aliquid ponunt in re vt eſt hec antechriſtus non eſt ens. Iſto notato pono hanc regulam. ¶ Arguendo a propōe nihil ponente in re cuius tamen contradictoria aliquid

ponit in re ad ꝓpoſitionē nihil ponentem in re cuius
cōtradictoria etiam nihil ponit in re nō valet argumē
tuʒ vnde nō ſequitur antechriſtus nō eſt ens: ergo iſte
ſortes ſi eſt ſortes nō eſt ens demōſtrando antechriſtū
cauſa autem quare nō valet ille modus arguendi eſt
quia arguendo ex oppoſito cōſequentis ad oppoſitū
antecedentis arguitur a ꝓpōe nihil ponente in re ad
ꝓpōnem aliquid ponentem in re: ⁊ hanc ob cauſam
hic nō eſt ſillogiſmus expoſitorius antechriſtus non
eſt currens ⁊ antechriſtus eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes: er
go iſte ſortes ſi eſt ſortes nō eſt currens. ¶ Ex iſta re/
gula ſequitur correlarie ꝙ nō ſemper valet cōſequen
tia a ꝓpōne ponente aliquid in re ad ꝓpoſitionem ni
hil ponentem in re: ⁊ hoc quando arguitur cum ter/
mino infinito. quia hoc idem eſt ac ſi argueretur a ꝓ
poſitione nihil ponente in re: cuius cōtradictoria ali
quid ponit ad propōnem nihil ponentem in re: cuius
nec cōtradictoria aliquid ponit/ propterea nō valet
hec cōſequentia antechriſtus eſt nō albus ⁊ antechri/
ſtus eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes: ergo iſte ſortes ſi eſt ſor/
tes nō eſt albus: idem enim eſt ac ſi argueretur ex pro
pōne negatiua/ vbi autem nō argueretur cum termi/
no infinito valeret modus arguendi: iſte modus argu
endi eſt bonus antechriſtus eſt albus ⁊ antechriſtus ē
iſte ſortes ſi eſt ſortes ergo iſte ſortes ſi eſt ſortes eſt al/
bus. Et ex iſto claret qualiter nō ſit cōcedendum ter/
minos cōtradictorios de eodem termino ſingulari ve
rificari nec oppoſitum caperet ſane intelligens.

¶ Ad confirmationem reſpōdetur
ꝙ argumentum facillime ſolui poteſt ex ſolutione p̄/
cedentis argumenti. vnde breuiter dico ꝙ excluſiua
affirmatiua eſt vera ⁊ excluſiua negatiua eſt falſa ⁊ ne
go ꝙ altera ſuarum exponentium eſt vera: immo dico
ꝙ iſta eſt falſa nō quod eſt omnis deus vel creatura ē
deus ſi nō eſt deus. Et quando dicis illa eſt affirmati
ua de extremis pro eodem ſupponentibus hoc nego:
immo ſubiectum pro nullo ſupponit tenendo ꝙ illud
cōditionatum quod eſt predicatum ampliat/ immo
terminus finitus pro quolibet ſupponit: ⁊ per cōſe/
quens ille terminus infinitus pro nullo: quod ſi velis
illud cōditionatum nō ampliare tranſeat tunc ꝙ ſub/
iectum ⁊ predicatum illius affirmatiue pro eodē ſup
ponant nec ex illo ſequitur ꝙ illa ſit vera.

¶ Forte dices bene ſequitur nō quod
eſt omnis deus vel creatura eſt iſte deus ſi nō eſt deus
ergo nō quod eſt omnis deus vel creatura eſt deus ſi
nō eſt deus: tenet cōſequentia ab inferiori ad superi⁹
quibuſcunque impedimentis ſecluſis ⁊ antecedens ꝓ/
batur quia ipſum eſt propoſitio de cōditionato ſingu
lariſato cuius extremis nō repugnat ꝓ eodem poſſe
ſupponere: immo rebus ſtantibus vt nunc vtrumque ex
tremum pro deo ſupponit.

¶ Ad hoc dico ꝙ illa de conditiona/
to ſingulariſato ē falſa vt patet cōuertendo eā ⁊ redu/
cendo eam ad vnam negatiuam de predicato oppoſi/
to: nō tamen ſufficit ꝙ extrema pro eodē ſupponāt vt
dicatur vera: ⁊ regula quam pri⁹ poſuimus intelligē
da eſt extra ꝓpoſitiones de terminis infinitis.

¶ Forte petes an hec conditionalis
ſi nō quod eſt omnis deus vel creatura nō eſt deus nō
quod eſt omnis deus vel creatura eſt deus correſpon
deat huic de ꝯditiōato extremo nō quod eſt omnis de
us vel creatura eſt deus ſi nō eſt deus.

¶ Reſpondeo ꝙ illa cōditionalis ⁊
illa de cōditionato extremo equiualent: quelibet eñ
earum eſt impoſſibilis: nam illa cōditionalis ē mala
cōſequentia: nam deo exiſtente ſolo antecedens ē ve/
rum ⁊ cōſequens falſum. Sed tamen nō recte ſic datē
cōditionalis ꝓpoſitiōis in qua ponitē terminus infini
tus iſta eſt falſa mouens eſt ſortes ſi eſt ſortes ⁊ tñ hec
cōditionalis ē vera ſi nō ens ē ſortes mouēs eſt ſortes
Sed ſicut prius dicebatur ꝙ data propōe de cōditio/
nato extremo negatiua nō oportet ei aſſignare cōdi/
tionalem ſed iudicare de eius veritate penes affirma
tiuam ita quando eſt aliqua de cōditionato extremo
in qua ponitur terminus infinitus nō oportet eam re
ducere ad cōditionalem ſed accipienda eſt propoſitio
negatiua extremo oppoſito: ⁊ ſic cognoſcere verita/
tem illius.

¶ Septimo principaliter arguitur
ſic. Si dicta eſſent vera ſequeretur hanc eſſe cōceden/
dam omnis hō eſt riſibilis ſi eſt aſinus: vt ſatis patet
ſed tamen ꝓbo ꝙ nō ⁊ pono caſum ꝙ ſoli homies ſint
in mundo iſto poſito ſic arguo: bene ſequitur omnis
hō eſt riſibilis ſi eſt aſinus omne animal eſt homo: er/
go omne animal eſt riſibile ſi eſt aſinus tenet cōſequē
tia in primo mō prime figure: antecedens autem ē ve
rum ergo ⁊ ꝯſequens: quod ſi cōcedas ꝓbo ꝙ nō cōſe
quens illud habet multas ſingulares falſas deſcendē
do ſub ly animal: nam demōſtrando vnum aſinuʒ hec
eſt falſa hoc animal eſt riſibile ſi eſt aſinus vt cōſtat. igi
tur ⁊ illud cōſequens eſt falſum.

¶ Et confirmatur ſi dicta eſſent ve/
ra ſequeretur hanc eſſe ꝯcedendā omne falſum ſi ē im
poſſibile nō eſt verum. ſenſus enim illius ꝓpōis ē iſte
de quocunque verū eſt dicere ꝙ eſt falſum de illo ſi ipm
eſt impoſſibile verū eſt dicere ꝙ nō eſt verū ⁊ hoc ē ve
rum quia hic nō intendo loqui de ꝓpoſitione plures/ ꝙ
tñ illa ꝓpō ſit falſa ꝓbo ſic bene ſequitur omne falſuʒ
ſi eſt impoſſibile nō eſt verum deus eſt: eſt falſum ſi eſt
impoſſibile ergo deus eſt nō eſt verum: cōcluſio eſt fal
ſa: minor vera: ergo maior eſt falſa.

¶ Ad ſeptimum principale reſpon/
detur ab aliquibus tenentibus ꝙ cōditionata nō am
pliant terminos cadentes infra limites ſuarum cōdi/
tionalium ꝙ ſolis hominibus exiſtentibus in rerum
natura iſta eſt falſa omne animal eſt riſibile ſi eſt aſin⁹
⁊ dicunt ꝙ aſcendendo ſub ſubiecto illius propōnis
opʒ demōſtrare nō ſolum animalia que ſunt ſed etiaʒ
animalia que non ſunt ſed iſtud manifeſtam inuoluit
repugnantiam. Si enim ſubiectum huius omne aīal
eſt aſinus nō ſtat pro aſinis nec etiā ſubiectum huius
omne animal eſt riſibile ſi eſt aſinus ſtabit ꝓ aſinis ni/
ſi illud cōditionatum aliquod faciat quoad ſuppoſi/
tionem illius ſubiecti ⁊ nō poteſt dici ꝙ facit ad ſup/
poſitionem ſubiecti niſi dicatur ꝙ ampliat ipſuʒ ſub
iectum: igitur. ꝓpterea aliter reſpōdetur cōcedendo
hanc eſſe falſam: omne animal eſt riſibile ſi eſt aſinus
nec ille ſillogiſmus adductus valet eo ꝙ arguitē equi
ualenter a nō amplo ad amplum cum diſtributione
ampli reſpectu minoris extremitatis.

¶ Forte dices ad omne minus ex il/
lis premiſſis licebit ſic cōcludere omne animal quod
eſt eſt riſibile ſi eſt aſinus quod ſi cōcedas dicēdo ꝙ exi
ſtentibus preciſe hominibus in rerū natura illa ē vera
ſic arguo omnis propō de cōditionato extremo vera ē
neceſſaria qm̄ omnis talis equiualet ꝯditionali neceſ
ſarie ſed illa propō non eſt neceſſaria: ꝓducto eñ vno
aſino in rerū natura iſta eſt falſa oē animal qđ eſt ē ri/
ſibile ſi eſt aſinus: et per ꝯñs illa prius non erat vera.

¶ Propter illud argumentum dicit quidam ꝙ adhuc non ſic licet inferre ex illis premiſſis quia vt dictum eſt plicatio ꝓueniens a conditionato impediri nõ poteſt. ¶ Aliter tamen dico ꝙ ſolis hominibus exiſtentib⁹ in rerum natura illa de conditionato extremo ē vera: non tamen eſt neceſſaria ⁊ quemadmodum nõ omnis modalis diuiſa vera eſt neceſſaria ⁊ hoc quando in ea ponitur aliqua reſtrictio: ita nõ omnis de cõditionato vera eſt neceſſaria quãdo ponitur aliqua reſtrictio ⁊ qñ dicas ſua ꝯditionalis cui equiualet eſt neceſſaria igitur ipſa eſt neceſſaria. Dico ꝙ argumentum innititur falſe imaginationi videlicet ꝙ vna ſit ꝯditionalis correſpondens illi ꝓpõi de conditionato extremo qḋ tamen non eſt verum: dande eñ ſunt ſingulares illius propõis anteq̃ reducatur ad cõditionalem: mõ ſolis hominibus exiſtẽtibus quelibet ſingularis illi⁹ eſt vera: ꝓducto autem vno aſino de nouo vna ei⁹ ſingularis eſt falſa. iſtud iterum tangetur in primo priorum.

¶ Ad confirmationem reſpõdetur ꝙ ſi totum ꝯditionatũ diſtribuatur illa ꝓpoſitio ē falſa: ſi vero prima pars cõditionati diſtribuatur illa ꝓpõ eſt vera nec tunc valet ꝯſequentia adducta. Qualiter autem tunc ſubſumendum ſit ſub illo termino diſtributo in prioribus: idcirco illud hic ſubticeo. Multa alia hic dici poſſent de ꝯditionatis: ſed alibi ſuis in locis tangentur. Et hec de difficultate tertia: ⁊ ꝑ ꝯñs de prima parte huius queſtionis.

¶ Sequitur ſecunda pars.

Secũda pars huius queſtionis etiam terminabitur tribus difficultatibus iuxta triplicem acceptionem de ly et. poteſt enim ly et capi copulatiue/ complexiue/ ⁊ diuiſiue.

¶ Pro intellectu prime difficultatis. Aduertendum eſt ꝙ ly et tenetur copulatiue quãdo coniungit inter propões vel cõplexa ꝓpoſitionalia. Unde quemadmodum ly ⁊ coniungere poteſt inter ꝓpoſitiones ita etiam inter complexa propoſitionalia cõiungere poteſt/ quod ſic clare oſtendo ⁊ accipio hanc conditionalem ſi ſortes curreret ſortes eſſet ⁊ ipſe moueretur ⁊ ſic arguo ly ⁊ ibi tenetur ſignificatiue ⁊ non tenetur complexiue vel diuiſiue tenetur copulatiue tenet ꝯſequentia a ſufficienti diuiſione ⁊ ꝙ teneatur ſignificatiue patet quia ſi non tunc tantum faceret ibi ly ⁊ ſicut ſi loco eius poneretur iſte termin⁹ buf ⁊ ita illa conditionalis equiualeret huic ſi ſortes curreret ſortes eſſet buf ipſe moueretur ⁊ ibi non eſt propoſitio tamen ly ⁊ non conſtituit ibi propõnem copulatiuam nec valet iſta ꝯſequentia ly ⁊ tenetur copulatiue igitur conſtituit propoſitionem copulatiuã ſed oporteret aſſumere in antecedente ⁊ coniungit inter propoſitiones: ⁊ tunc valebit modus arguendi.

¶ Unde propoſitio copulatiua eſt propoſitio in qua cõiunguntur plures propões explicite vel implicite per coniunctionem copulatiuam. ¶ Prima particula huius diffinitionis ſic declaratur ad hoc ꝙ aliqua propõ ſit copulatiua nec requirit ꝙ habeat duas propoſitiones cõiunctas per ly ⁊ nec tres nec q̃tuor. Propterea notanter dicitur plures non determinando aliquem certum numerum. ¶ Secundo notãter ponitur propões. ⁊ non dicitur ꝓpoſitiones cathegorice ad denotandum ꝙ aliqua eſt copulatiua in qua ly ⁊ non coniungit cathegoricas vt in iſta propoſitione ſi homo eſt animal eſt ⁊ animalia cornuta non habent dentes in ſuperiori mandibula: nam ly ⁊ ibi cõiungit ypotheticam ⁊ cathegoricam. poſſet etiam cõiungere plures ypotheticas vel plures cathegoricas cum ypothetica ⁊ ſemper reddere propoſitionem copulatiuam. ¶ Deinde ponitur in diffinitione explicite vel implicite. nam antecedens huius conſequentie omnis hõ eſt ſortes eſt homo ergo ſortes eſt: eſt propoſitio copulatiua ſed tamen nõ ponitur ibi nota copulandi explicite. Etiam aliqua eſt copulatiua que tamen nec habet cathegoricas immo nullas propões explicite vt patet de tertia parte hui⁹ copulatiue ſortes eſt hõ ⁊ plato eſt animal ⁊ econuerſo. Opꝫ etiam ꝙ ly ⁊ ꝯiungens propões coniungat eas tanq̃ partes principales ſui ⁊ propterea quandocunq; in aliqua ꝓpõne ponuntur diuerſe note ypotheticales diſtinguendum eſt que illarum ſit principalis ⁊ ſecundum hoc iudicandum eſt de tali propoſitione.

¶ Ulterius aduertendum eſt ꝙ ad veritatem copulatiue affirmatiue ſignificantis iuxta ſignificationem ſuarum partium requiritur ⁊ ſufficit quamlibet eius partem principalem eſſe veram. Notanter dicitur copulatiue affirmatiue quia ad veritatem copulatiue negatiue illud nõ requiritur: iſta enim copulatiua eſt vera non hõ eſt aſinus ⁊ homo ē capra ⁊ tamen quelibet eius pars eſt falſa. Deinde dicitur ſignificantis iuxta ſignificationes ſuarum partium: quia capta iſta copulatiua mundus eſt factus per creationem ⁊ deus eſt ens ſumme bonum: poſtq̃ illa copulatiua realiter diſtinguitur a qualibet illarum cathegoricarum/ ⁊ etiam ab illis cathegoricis poterit tota illa copulatiua imponi ad ſignificandum partibus: tamen retinentibus ſuam ſignificationem: ſi igitur tota copulatiua imponatur ad ſignificandum hominem eſſe aſinum ⁊ deum non eſſe diligendum: tota illa copulatiua erit falſa: quelibet tamen eius pars erit vera. Deinde dicitur quelibet pars principalis: nam iſta copulatiua eſt vera ſi homo eſt aſinus homo eſt rudibilis ⁊ deus eſt. tamen aliqua pars illius eſt falſa: ſed quia illa eſt minus principalis illud non inconuenit. Ex iſtis ſequuntur correlaria. ¶ Primum eſt aliqua eſt copulatiua affirmatiua vera cuius quelibet cathegorica principalis eſt falſa. ¶ Secundum correlariũ aliqua eſt copulatiua falſa ſignificans preciſe iuxta compoſitionem ſuarum partium: ⁊ tamen quelibet eius cathegorica eſt vera. ¶ Tertium correlariũ due ſunt copulatiue affirmatiue ſignificantes adequate iuxta cõpoſitionem ſuarum partium: ⁊ quelibet cathegorica vnius conuertitur cũ aliqua cathegorica alterius: ⁊ tamen vna illarum copulatiuarũ eſt vera: altera vero falſa: correlaria ob facilitatē ꝓbatiõe nõ egẽt.

¶ Ad poſſibilitatem vero copulatiue requiritur quãlibet eius partem principalem eſſe poſſibilem: hoc tñ non ſufficit. ſed cum hoc requiritur ꝙ quelibet pars cuilibꝫ parti ſit cõpoſſibilis. Unde iſta copulatiua eſt impoſſibilis ſortes currit ⁊ ſortes nõ currit lꝫ quelibet pars eius ſit poſſibilis ſed quia nõ eſt cõpoſſibilitas partium ideo tota copulatiua impoſſibilis redditur. Eodem mõ loquendo ſm Ariſtotelem iſta copulatiua eſt impoſſibilis iſte hõ eſt in hac aula ⁊ iſte hõ eſt in hac aula ⁊ ſic accipiẽdo alias ſinglãres ita ꝙ quilibet hõ exiſtens in rerum natura demõſtretur in aliqua ſingulari non enim poteſt eſſe ſicut per illam copulatiuam ſignificatur ⁊ per conſequens illa copulatiua eſt impoſſibilis licet quelibet cathegorica ſit poſſibilis et quelibet cathegorica cuilibet cathegorice ſit compoſſibilis. ¶ Ad impoſſibilitatem vero propoſitionis copulatiue, ſufficit vnam eius partem eſſe impoſſibilem vel ꝙ ſit incõpoſſibilitas inter partes illius copulatiue. ¶ Ad neceſſitatem vero copulatiue requiritur

quamlibet eius partem principalem eſſe neceſſariam dato enim ꝙ ad imaginationem eſſet aliqua copulatiua cuius infinite partes eſſent neceſſarie ſi tamē omnibus illis addatur propoſitio contingens per notā copulatiuam tota propoſitio reſultans erit cōtingēs ⁊ per iſtud facile eſt videre quid requiritur ad hoc ꝙ aliqua copulatiua ſit contingens.

¶ Iſtis notatis ponuntur tres regule de copulatiuis:

¶ Prima regula arguēdo a tota copulatiua affirmatiua ad alterā eius partē formaliter valet argumentum dummō illa copulatiua ſignificet iuxta ſignificationē ſuarum partiū quare ponat̃ iſta particula ſatis clare patere poteſt ex dictis.

¶ Secunda regula arguendo a copulatiua affirmatiua ad vnam diſiūctiuam nulla mutatione facta circa partes copulatiue niſi mutādo p̄ciſe ly et in vel valet modus arguēdi: quia tunc ibi arguitur a propoſitione habente pauciores cauſas veritatis ad propoſitionem habentem plures cauſas veritatis: qui modus arguendi eſt validus.

¶ Tertia regula eſt arguendo a pte copulatiue ad totam copulatiuā nō ſemper validum eſt argumentū: notāter dico nō ſemper ad inſinuādū ꝙ aliqñ tenet. iſta enim ꝯña eſt bona ſortes currit: ergo homo currit ⁊ animal mouetur: ⁊ ita ī multis alijs tenet ꝯña ⁊ hoc qñ aliqua propoſitio vtramqꝫ partē copulatiue indifferenter infert.

¶ Contra predicta primo principaliter arguitur ſic: iſta copulatiua aliquod falſum ē impoſſibile ⁊ ſortes eſt aſinus eſt vera ⁊ tamen altera eiꝰ pars principalis eſt falſa: igitur ad veritatem copulatiue nō requiritur quamlibet eius partem principalē eſſe veram: cuius oppoſitum dictum eſt: ꝙ illa copulatiua ſit vera ſic probo / ⁊ volo ꝙ illa copulatiua ſit ſcripta in pariete: omnis chimera eſt ⁊ ſortes eſt aſinus ⁊ tunc ſic arguo hoc falſum eſt impoſſibile ⁊ ſortes eſt aſinus ⁊ hoc falſum eſt aliquod falſum: igitur aliquod eſt impoſſibile ⁊ ſortes eſt aſinus ⁊ per illud pnomen in antecedente demonſtro illam copulatiuā de veritate autem minoris nō eſt dubitandū: ſꝫ maiorē ſic probo: hoc falſuꝫ eſt hoc impoſſibile ⁊ ſortes eſt aſinus: igitur hoc falſum eſt aliquod impoſſibile ⁊ ſortes eſt aſinus: ⁊ per vtrumqꝫ pnomen demonſtrato totā illam copulatiuā ⁊ tunc clarum eſt ꝙ antecedēs eſt verum: ex quo illa copulatiua falſa eſt copulatiua impoſſibilis: ⁊ iſta propō ſortes eſt aſinꝰ: ⁊ per ꝯña habetur veritas huius propoſitionis aliquod falſuꝫ eſt impoſſibile ⁊ ſortes eſt aſinus.

¶ Et confirmatur probando ideꝫ aſſumptum ⁊ ſic arguo ⁊ pono caſum ꝙ ſint preciſe centum homines in mundo ⁊ currant omnes demptis quattuor: iſto poſito accipio copulatiuam cōſtitutam ex cētum ſingularibus: ⁊ tunc illa copulatiua eſt falſa propter quattuor cathegoricas falſas ⁊ ſic accepta illa copulatiua p̄pono illi toti copulatiue hoc ſignum quaſi cadens ī totā illā copulatiuā ⁊ tūc ſic arguo illa totalis copulatiua tunc eſt vera quaſi iſte hō currit ⁊ iſte hō currit: ⁊ ſic demonſtrando vſqꝫ ad centum: ⁊ tamen quattuor cathegorice que ſunt ptes principales ſunt falſe vt cōſtat: igitur ad copulatiue affirmatiue veritatem non requiritur quod dictum eſt.

¶ Ad primum reſpondetur ab aliquibus ꝙ iſta propoſitio aliquod falſum eſt impoſſibile ⁊ ſortes eſt aſinus in nullo ſenſu poteſt eſſe vera: et ad probationem adhuc negant hanc propoſitionem hoc falſum eſt hoc impoſſibile ⁊ ſortes eſt aſinus ſemp demōſtrando illam copulatiuam ſcriptam in pariete et negant hanc conſequentiam hoc falſum eſt hoc impoſſibile ⁊ hec propoſitio ſortes eſt aſinus: igitur hoc falſum eſt hoc impoſſibile ⁊ ſortes eſt aſinus: quoniaꝫ vt dicunt non contingit eſſe ſuppoſitionem materialem niſi cum termino ſecunde intentionis aut cum ſigno materialitatis. Sed iſtud non valet quoniā ſecunduꝫ hanc reſponſionem tolleretur ſuppoſitio materialis in hac propoſitione deus eſt deus eſt quod communiter obuiat logice. ¶ Propterea aliter reſpondetur ad argumentum ⁊ dico hanc eſſe diſtinguendam aliqđ falſum eſt impoſſibile ⁊ ſortes eſt aſinus ſi ipſa ſit ypothetica ipſa eſt falſa cum ſit copulatiua cuius ſecūda ps eſt impoſſibilis: ſi vero ſit cathegorica de extremo copulato vt hoc totum ſortes eſt aſinus materialiter teneatur: ſic illa propoſitio eſt concedenda.

¶ Ad confirmationem breuiter reſpondeo admiſſo toto caſu ⁊ concedo ꝙ in illo caſu copulatiua que determinatur ab iſto ſigno quaſi eſt vera non obſtante falſitate aliquarum partium ipſius ⁊ hoc prouenit ex natura huius ſigni quaſi: ratione cuius denotatur nō omnium partium illius copulatiue ſed ferme omnium veritas / ⁊ propterea illa copulatiua propter illud ſignum nō eſt amplius ypothetice pbabilis. Id aūt quod diximꝰ requiri ad veritatē copulatiue intelligendū eſt de copulatiua que ypothetice probanda eſt ⁊ non aliquo alio modo.

¶ Secundo principaliter arguitur ſic. Aliqua eſt copulatiua falſa cuius quelibet pars ē vera: igitur illud quod dictum eſt non ſufficit ad veritatem copulatiue: conſequentia eſt clara ⁊ antecedēs patet: de iſta copulatiua aliquis hō eſt ⁊ quilibet homo eſt ille: igitur iſte homo eſt ⁊ quilibet homo eſt ille vel ⁊c. ⁊ ſic de ſingulis: cōſequens eſt vna diſiunctiua cuius quelibet pars eſt falſa: igitur cōſequens eſt falſum. ꝙ autem quelibet pars ꝯñtis ſit falſa clarum eſt nullus recte ſentiens cōcederet hanc propoſitionem iſte homo eſt demōſtrando ſortem: ⁊ quilibet homo ē ille: igitur copulatiua propoſita eſt falſa: ꝙ autem q̄libet eius pars ſit vera patet: prima enim vera ⁊ ſecunda ſignificat ꝙ quilibet homo eſt aliquis homo: igitur etiam ſecunda eſt vera.

¶ Et confirmatur aliqua eſt copulatiua falſa cuius quelibet pars eſt vera ergo propoſitum aſſumptum patet de iſta propoſitione aliquis homo eſt ⁊ nullus homo eſt. ille cuius quideꝫ falſitas nota eſt: ꝙ autem quelibet eius pars ſit vera ſic pbo. prima pars eſt vera ⁊ ſecunda pars ſtat in veritate cū prima: igitur quelibet pars eius eſt vera: ꝙ ſecūda pars ſtet in veritate cum prima probatur. quelibet ſingularis illius ſecunde partis ſtat in veritate cum prima pte: igitur ſecunda pars ſtat in veritate cum prima parte: conſequentia ſic probatur bene ſequitur: quelibet ſingularis ſecunde partis ſtat in veritate cum prima parte: igitur omnes ſingulares ſecunde partis ſtāt in veritate cum prima parte / ⁊ omnes ille ſingulares inferunt ſecundam partem: igitur ſecunda pars ſtat cū prima parte / ꝙ autem quelibet ſingularis ſecūde partis ſtet cuꝫ prima parte probatur / iſta eſt vera aliquis homo eſt ⁊ iſte homo non eſt ille demonſtrando ſorteꝫ cum ipſa ſequatur ex vero ſic arguendo iſte homo eſt demonſtrando platonem: ⁊ iſte homo non eſt ille demonſtrādo ſortem: ⁊ iſte homo eſt aliquis homo: igit̃

aliquis homo eſt ⁊ iſte homo nõ eſt ille. Similiter omnino ꝓbari poterit de qualibet alia ſingulari.

¶ Ad ſecũdum principale varij ſunt modi reſpondẽdi: ſed quia materia magis ſpectat ad relatiua ideo nolo tunc inquirere que opinio tenẽda ſit circa ſuppoſitionem talis relatiui. Sed pono hanc ꝓpoſitionem. Relatiuum nunq̄ põt ſupponere cõfuſius ꝙ̄ ſuum antecedens hoc eſt dicere ſi antecedens alicuius relatiui ſupponit determinate relatiuũ nõ poterit ſupponere cõfuſe tãtum aut cõfuſe ⁊ diſtributiue: ⁊ ſi antecedens ſupponeret cõfuſe tantum nõ poterit relatiuum ſupponere cõfuſe diſtributiue aut determinate hanc propoſitionem breuiter ſic ꝓbat Paulus venetus. xliij. capite primi libri: relatiuum habet ſuam ſignificationem ⁊ ſuppoſitionem a ſuo antecedente/ igitur ſi antecedens ſtat determinate non poterit relatiuum ſupponere confuſe ita ꝙ ſi ſupponeret confuſe oporteret ꝙ haberet illam ſuppoſitionem ab antecedente/ immo nihil dat ꝙ non habet formaliter vel virtualiter. igitur cum illud antecedens non habet ſuppoſitionem cõfuſam formaliter vel virtualiter non poterit dare illam ſuppoſitionem ſuo relatiuo. ¶ Veniẽdo ad ꝓpoſitum reſpõdetur ꝙ copulatiua aſſumpta eſt falſa ꝓpter falſitatem ſecunde partis Unde ſenſus illius copulatiue ẽ iſte aliquis homo eſt ⁊ aliquis hõ quilibet hõ eſt ſiue ⁊ quilibet hõ eſt h hõ ⁊ per hoc patet ſolutio ad argumentũ dicendo ꝙ ſecũda pars eſt falſa nec ſignificat ꝙ quilibet homo eſt aliquis homo ſed ꝙ aliquis homo quilibet homo ſit.

Paulus venetus.

¶ Forte dicis bene ſequitur aliquis homo eſt ⁊ iſte hõ eſt ille ⁊ aliquis hõ eſt ⁊ iſte homo ẽ ille ⁊ ſic de ſingulis: ergo aliquis homo eſt ⁊ quilibet homo eſt ille tenet ↄ̄ña per aſcenſum. Reſpondetur ꝙ conſequentia non valet q: ibi arguitur a pluribꝰ ſuppoſitionibus determinatis reſpectu partium multitudinis ad vnam determinatam reſpectu totius qui modus arguendi eſt inefficax: ꝓpterea anteq̄ deſcendat̃ ſub termino diſtributo aſcendatur ſub termino ſtante determinate ⁊ tunc ab illo errore precauebitur. Aliter dico ꝙ illa propoſitio primo probanda eſt ypotheſice ita ꝙ aſpiciatur ad partes illius copulatiue ante q̄ deſcendatur vel aſcendatur ſub aliquo termino poſito in illa propoſitione. Et ex iſtis ſequitur correlarie hanc copulatiuam eſſe falſam aliquis homo eſt ⁊ tantum ille eſt homo: quia illud relatiuum ſequẽs ſignũ excluſiuum nõ ſupponit confuſe tantum ſed determinate. Et illa propoſitio equiualet huic aliquis homo eſt ⁊ homo tantum homo eſt ſeu huic aliquis hõ ⁊ tãtum h hõ eſt homo que cõmuniter negari ſolꝫ. ¶ Secundo infero aliquos admittentes noſtram ꝓpoſitionem fundamentalem quam poſuimus male cõcedere hanc copulatiuam eſſe veram aliquis homo eſt ⁊ quilibet hõ differt ab illo/ ſupponit enim illud relatiuũ determinate ⁊ equiualet illa ꝓpoſitio huic aliq̇s hõ eſt ⁊ quilibet hõ differt ab homine: cuius ſecunda pars eſt falſa cum equiualeat huic ab aliquo homine quilibet homo differt/ iſti autem paralogiſabãtur moti hac rõne ꝙ illa ſecunda pars illius copulatiue eſſet vna affirmatiua vniuerſalis ſic ſe hñs ꝙ pro quocũq₃ ſupponeret ſubiectuꝫ pro illo ſupponeret predicatũ ſtãs cõfuſe tantum que quidẽ ratio nulla eſt. licet enim totale predicatum ſtet cõfuſe tantuꝫ attamen ſub parte ꝑdicati ſtante determinate prius eſt deſcendendũ diſiunctiue q̄ ſub aliquo alio termino: ipſi enim dicunt ꝙ data iſta copulatiua aliquis hõ eſt ⁊ quilibet hõ ẽ ille: prius aſcendendum eſt ſub illo termino hõ poſito in prima cathegorica ⁊ eodem mõ ſi deſcendatur prius ſub iſto termino hõ poſito in prima cathegorica huiꝰ copulatiue aliquis homo eſt ⁊ quilibet homo differt ab illo inuenietur quelibet ſingularis falſa.

¶ Ad confirmationem concedo hãc copulatiuã eſſe falſam aliquis hõ eſt ⁊ nullus hõ eſt ille ⁊ nego ꝙ quelibet eius pars ſit vera: immo dico ſecundã eſſe falſam/ ⁊ ad ꝓbationem qua dicis quelibꝫ ſingularis illius ꝓpõis ſtat in veritate cũ prima parte copulatiue: igitur illa propoſitio ſtat in veritate cum prima parte copulatiue. Rñdeo ꝙ modus arguẽdi eſt inefficax. Nã iſte due ꝓpoſitiones deus eſt ⁊ quilibet hõ eſt h aĩal nõ ſtant ſimul: attamen quelibet ſingularis illius ſecunde ꝓpoſitionis ſtat in veritate cũ prima. Et ſi nueris probare illam conſequentiam dico ꝙ nõ omnes ſingulares illius ſtant in veritate cũ prĩa parte copulatiue. Et dato ꝙ illud eſſet verum adhuc iſta ↄ̄ña non valet omnes ſingulares huius ꝓpoſitionis ſtant in veritate cum iſta propoſitione: igitur iſta propoſitio ſtat in veritate cum iſta.

¶ Forte dicis ex dictis ſequitur duas cõtradictorias ſimul ſtare in veritate qȯ eſt falſum: ↄ̄ſequẽtia tamen ꝓbatur: iſta ꝓpoſitio eſt vera aliquis homo eſt ⁊ iſte homo eſt ille demõſtrãdo ſortem ⁊ ſimiliter iſta eſt vera aliquis homo eſt ⁊ iſte homo nõ eſt ille eundẽ demõſtrando. igit̃ ſcđa pars prime copulatiue ⁊ ſcđa pars ſecũde copulatiue ſunt ſimul vere ⁊ ille due partes ſunt ꝓpoſitiones ↄ̄tradictorie: igit̃ due contradictorie ſimul ſtant in veritate.

¶ Reſpondetur ꝙ iſte due copulatiue ſunt vere aliquis homo eſt ⁊ iſte homo eſt ille/ aliquis homo eſt ⁊ iſte homo non eſt ille ſemper demonſtrando ſortem: nec ille due propoſitiones cõtradicũt ſicut nec iſte ſortes eſt homo ſortes homo non eſt/ naꝫ in iſta propoſitione iſte homo non eſt ille illud relatiuum ſupponit determinate ſicut ſuum antecedens.

¶ Contra hãc ſolutionẽ ⁊ eius fũdamentũ arguit̃ ſic. ſequeret̃ aliquã copulatiuã eſſe falſam cuiꝰ tñ quelibet pars eſt vera qȯ obuiat prius dictis. Sequela tñ ꝓbo ſic ⁊ pono caſum ꝙ ſint precise duo homines in mũdo ſortes ⁊ plato: tũc accipio hãc copulatiuã aliquis hõ eſt ⁊ ſortes nõ eſt ille ⁊ plato nõ eſt ille: ⁊ ſic arguo quelibet pars illius copulatiue eſt vera: de prima non eſt queſtio ⁊ ſecunda probatur q: equiualet huic plato aliquis homo nõ eſt ⁊ ſimiliter tertia pars illius cõpulatiue eſt vera quoniam equiualet huic plato aliq̇s homo nõ eſt: nã in ſcđa cathegorica ſimiliter ⁊ in tertia illud relatiuum ſupponit determinate ⁊ ita habetur ꝙ quelibet pars illius copulatiue eſt vera ſed ꝙ illa copulatiua ſit falſa probatur ſic bene ſequitur aliquis homo eſt ⁊ ſortes non eſt ille ⁊ plato non eſt ille ergo iſte homo eſt ⁊ ſortes non eſt ille ⁊ plato non eſt ille vel iſte homo eſt ⁊ ſortes nõ eſt ille ⁊ plato non eſt ille quelibet ſingularis eſt falſa igitur ⁊ illa copulatiua.

¶ Ad iſtud argumẽtũ reſpõdẽt paulus venetus. Johannes dorp ⁊ multi alij ꝙ in illo caſu iſta copulatiua eſt falſa aliquis homo eſt ⁊ ſortes non eſt ille ⁊ plato non eſt ille/ ⁊ dicunt ꝙ tertia cathegorica eſt falſa quia relatiuum ſingularis ſequentis refertur ad añs ſuum per comparationem ad ſingularem precedentem ipſam vel precedentes ſi plures fuerint/ Propterea ſenſus tertie cathegorice eſt iſte plato aliquis homo qui non eſt ſortes non eſt: quod ẽ falſum in caſu/ ⁊ ex illo vlterius infert Paulus vene

Paulus venetus. Ibeo dorp.

tus aliquā eſſe copulatiuā ex tribus ꝓpoſitōibus cathegoꝛicis conſtitutā quarū tertia eſt falſa ⁊ ſi efficeretur ſecunda ipſa eſſet vera: ⁊ ex illo iterum inferꝛ ꝙ a ꝓpoſitio vera fiet falſa: ⁊ b ꝓpoſitio fiet vera per ſolam tranſpoſitionē earū. ¶ Coꝛrelarium ptꝫ ſi ſcda pars copulatiue date ſit a ⁊ tertia b ⁊ ꝙ cras b erit ſcda et tertia. Sed admiſſo iſto modo dicendi adhuc illud nō eſſet concedendum/ immo pꝛopoſitio falſa in caſu poſito efficeretur vera non ſolum per tranſpoſitionē ſed per ſignificationis mutationem. ¶ Sed iſta ſolutio non placet qm̄ accepta illa copulatiua ꝓpoſita in mēte redibit tota difficultas: nō enī eſt dicendum ꝙ vna pꝛopoſitio pꝛimo vera nulla mutatione facta in re ſic efficeretur falſa. ¶ Aliter tamen ratione arguo cōtra hanc ſolutionem ſi illa copulatiua eſſet falſa ſequeretur pariforma hanc copulatiuam eſſe falſam aliquis homo eſt ⁊ iſte homo non eſt ille ⁊ iſte homo nō eſt ille ⁊ ſic conſequenter in infinitum ita ꝙ accipiatur vna copulatiua ex infinitis ſingularibus cōſtituta per q̄s demonſtrentur infiniti homines: conſequentia eſt clara: falſitatem conſequentis ſic pꝛobo quelibet cathegoꝛica illius copulatiue eſſet vera quōcunq̄ enim ponas relatiuum referre ſuum antecedens per comparationem ad ſingulares pꝛecedentes nullaꝫ inuenies ſingularem falſam. Si enim daretur aliqua maxima eſſet vltima ſed hoc non quia non poteſt ibi dari vltima.

Mātuanus

¶ Foꝛte dices ſicut dicit Mantuanus ꝙ caſus nō eſt poſſibilis ⁊ ꝙ non poſſent eſſe infiniti homines/ ⁊ ꝙ etiam non poteſt eſſe talis copulatiua ex infinitis ſingularibus conſtituta/ hoc nullo pacto ſatiſfacit. In quolibet enim continuo infinite ſunt partes quarum quamlibet deus diſtincte videt: accipiatur igitur hec copulatiua in intellectu diuino aliqua pars continui eſt ⁊ hec non eſt illa ⁊ hec non eſt illa ⁊ hec non eſt illa ⁊ ſic in infinitum: et tunc redibit tota difficultas.

¶ Pꝛopterea aliter reſpondeo ad argumentum concedendo hanc copulatiuam aliquis homo eſt ⁊ ſoꝛtes non eſt ille ⁊ plato non eſt ille caſu pꝛius poſito. Unde ſicut quelibet cathegoꝛica ſumpta ſeoꝛſum cū pꝛima parte copulatiue eſt vera: ſic etiam quando ſimul ſumuntur cum illa quelibet earum eſt vera. Et ad ꝓbationem qua pꝛobas illam copulatiuam eſſe falſam deſcendendo ſub illo termino homo poſito in pꝛima cathegoꝛica. Dico ꝙ ille deſcenſus nihil valet: immo illa copulatiua eſt pꝛobanda ypothetice per cuiuſlibet ſue partis veritatem ⁊ non per aſcenſum aut deſcenſum alicuius termini in ea poſiti. Et ſi omnino velis deſcendere ſub illo termino homo: adde illis relatiuis expꝛeſſe ſua antecedentia vt ſupponant determinate ſicut pꝛius. Pariforma concedo hanc copulatiuam aliqua pars pꝛopoꝛtionalis huius continui eſt ⁊ hec non eſt illa demōſtrando pꝛimam ⁊ hec nō eſt illa demōſtrando ſecundam ⁊ ſic cōſequenter in infinitum plura hic eſſent dicēda: ſed quia vt pꝛemiſi materia alibi eſt diſcutienda ideo pertranſeo.

## ¶ Tertio pꝛincipaliter arguitur ſic

aliqua copulatiua ē poſſibilis ⁊ tñ nō q̄libet eius pars eſt poſſibilis: igiť ad poſſibilitatē copulatiue nō requiritur illud qd̄ dictū eſt/ ꝓbať aſſumptū: iſta copulatiua ſi homo currit aſinus currit ⁊ deus eſt ē poſſibilis ⁊ tamen nō quelibet eiꝰ pars eſt poſſibilis: minoꝛ eſt clara quia pꝛima pars illius copulatiue eſt vna conditionalis falſa: ⁊ per conſequens pꝛima pars copulatiue eſt impoſſibilis: maioꝛem autem pꝛobo ſic: illa eſt vna copulatiua cuius quelibet cathegoꝛica eſt poſſibilis ⁊ q̄libꝫ cathegoꝛica cuilibet alteri cathegoꝛice eſt compoſſibilis ⁊ ille cathegoꝛice ſunt compoſſibiles: igitur tota copulatiua eſt poſſibilis.

## ¶ Et confirmatur ſic iſta copulati-

ua tm̄ aſinus demonſtratur ⁊ hoc demōſtratū eſt deꝰ eſt impoſſibilis ⁊ tñ quelibet pars eiꝰ eſt poſſibilis: ⁊ eſt cōpoſſibilitas inter illas partes: igitur illud qd̄ dictum eſt ſufficere ad poſſibilitatē copulatiue nō ſufficit: ꝙ illa copulatiua ſit impoſſibilis pꝛobatur non poteſt ita eſſe ſicut per illam copulatiuam ſignificať: igitur illa copulatiua eſt impoſſibilis: aſſumptum ꝓbo: quia dato oppoſito volo ꝙ ſit ita ſicut per illaꝫ ſignificať ⁊ ſic arguo vel deꝰ demōſtrať vel non: ſi pꝛimum nō tantum aſinus demōſtratur ſi ſecundū ſequitur ꝙ nō eſt ita ſicut per ſecundaꝫ partem copulatiue ſignificatur ⁊ ſic habeť ꝙ copulatiua dāta ſit impoſſibilis: ꝙ aūt quelibet eius pars ſit poſſibilis clarum eſt: ⁊ ꝙ ſit cōpoſſibilitas inter partes ſic ꝓbo: iſta cōſequentia eſt bona hoc eſt deus: ergo hoc demōſtratum eſt deꝰ ⁊ cū quocunq̄ pōt ſtare antecedens alicuiꝰ bone ꝯſequentie cū illo poteſt ſtare ꝯn̄s: ſed añs ſtat cū iſta tantum aſinus demōſtratur: igitur ⁊ conſequens ſtare poterit: ꝙ antecedens ſtet cum illa pꝛopoſitione patet quia hec copulatiua eſt poſſibilis tantum aſinꝰ demonſtratur ⁊ hoc eſt deus: nullum enī neceſſarium cōtingenti repugnat: cum igitur iſta eſt neceſſaria hoc eſt deus demonſtrando deum ſequitur eam non repugnare huic tantum aſinus demonſtratur.

## ¶ Ad tertium pꝛincipale reſponde-

tur ꝙ illa copulatiua ē impoſſibilis licet quelibet eiꝰ cathegoꝛica ſit poſſibilis immo vera ⁊ omnes ille cathegoꝛice inter ſe ſint cōpoſſibiles nec hoc ſufficit ad poſſibilitatem copulatiue ſed opoꝛtet ⁊ quālibet eiꝰ partē eſſe poſſibilē ⁊ quamlibet partem cuilibet parti eſſe cōpoſſibilē. Hoc aūt ſumme notandū eſt. iſta copulatiua eſt impoſſibilis hec dies fuit ⁊ hec dies fuit ⁊ hec dies fuit quam volo eſſe cōſtitutam ex infinitis ſingularibus ita ꝙ demonſtrantur infiniti dies futuri impoſſibile enim ē ita eſſe ſicut per illam copulatiuā ſignificatur ⁊ tamen quelibet cathegoꝛica illius copulatiue eſt poſſibilis ⁊ quelibet cuilibet cathegoꝛice cōpoſſibilis. Immo quelibet pars illius copulatiue conſtituta pꝛeciſe ex finitis ſingularibus eſt poſſibilis ⁊ cuilibet tali compoſſibilis ſed quia non quelibet pars illius copulatiue cuilibet alteri eſt cōpoſſibilis ideo illa copulatiua eſt impoſſibilis ⁊ infinite partes illius copulatiue erunt vere ⁊ infinite partes illius copulatiue ſunt impoſſibiles. Et concedo hanc copulatiuam infinite ſingulares huius copulatiue demōſtrando illam copulatiuam conſtitutam ex illis infinitis ſingularibus repugnat huic ſingulari demonſtrando pꝛimam ſingularem ⁊ infinite ſingulares huius copulatiue non repugnant huic ſingulari eandeꝫ demonſtrando. Si non velis admittere aliquam taleꝫ copulatiuam poſſe eſſe in rerum natura do tibi aliud ſimile ſint ſex lapides equales a b c d e ⁊ f quoꝛuꝫ quīꝙ poteſt ſoꝛtes poꝛtare ⁊ non plures tunc hec copulatiua eſt impoſſibilis a poꝛtatur a ſoꝛte ⁊ b poꝛtatur a ſoꝛte. ⁊c. et tamē quelibet cathegoꝛica illius eſt poſſibilis ⁊ quelibet cathegoꝛica cuilibꝫ cathegoꝛice ē cōpoſſibilis ſed quia non quelibꝫ pars cuilibet parti eſt compoſſibilis iō copulatiua impoſſibilis dicitur.

## ¶ Ad cōfirmationē reſpōdeť ꝙ iſta

copulatiua tm̄ aſinus demonſtratur ⁊ hoc demōſtratum ē deus eſt īpoſſibilis eo ꝙ impoſſibile eſt ita eſſe ſicut per eam ſignificatur/ Iſta tñ copulatiua ē poſſibilis tm̄ aſinus demōſtrať ⁊ hoc eſt deus demōſtran-

do deum: ſcda enim pars eſt neceſſaria: prima aũt cõ-
tingens. Et quando dicis iſta ↄña eſt bona hoc ẽ de⁹
ergo hoc demonſtratum eſt deus ꝛ aña illius ↄñe ſtat
cum illa excluſiua: igitur ꝛ conſequens.

Reſpõdetur ꝙ illa ↄña aſſumpta
nihil valet: aña enim eſt neceſſarium vt dictum eſt: ↄña
aũt contingens. ſi enim deus demõſtretur nũc non eſt
ita ſicut ſignificatur per iſtã ꝓpõnem hoc demõſtra
tũ eſt de⁹: ꝛ tñ eſt ita ſicut ſignificat per iſtã hoc ẽ de⁹.

Sed ↄtra hãc ſolutionẽ arguitur
ſic hoc ꝛ hoc demõſtratum cõuertuntur ſemꝑ per demõ
ſtrando idem: igitur iſta ↄña tenet a cõuertibilibus hoc
eſt deus ergo hoc demõſtratũ de⁹ / ꝛ per ↄñs illa ↄña
eſt bona / ꝙ illi termini cõuertantur patet ſic: de nul-
lo poteſt vnus eoꝝ verificari quin de eodem verificet̃
alter: ergo ſunt termini conuertibiles.

Reſpondetur negando ꝙ iſti ter-
mini cõuertant hoc ꝛ hoc demõſtratũ / dato ꝙ nulli⁹
illoꝝ põt mediãte copula de pñti verificari de aliquo
quin alter mediãte ſimili copula de eodẽ verificetur.
Tñ q: vnus nõ eſt illatiu⁹ alteri⁹ / etiã vnus põt veri
ficari de aliquo mediante copula de preterito de quo
alter non verificabitur: capiat eñ aliqd ens qd nunꝗ̃
fuit demõſtratũ quod tñ prius fuit / tũc iſta ẽ vera hoc
fuit hoc iſta tñ eſt falſa hoc fuit hoc demonſtratum / ꝛ
hoc ſufficit ad hoc ꝙ nõ dicantur termini conuertibi
les. nam iſti termini non ↄuertuntur / hõ / homo q̃ eſt
ꝛ tamen mediãte copula de preſenti nullus eorum de
aliquo verificari põt quin alter de eodem verificetur:
ſed quia mediante aliqua copula vnus eorũ verifica-
ri poteſt de aliquo de quo alter non verificet hoc ſuf
ficit vt non conuertantur / iſta eñ eſt vera adã fuit ho
mo iſta exiſtente falſa adam fuit homo qui eſt. Ex pre
dictis infero correlarie aliquam eſſe ꝓpoſitionẽ vni
uerſalem veram de ſubiecto etiam ſupponẽte ꝛ tamẽ
per pronomen demonſtratiuum nõ poteſt habere ali
quam ſingularem veram. correlarius patet de hac vni
uerſali omne non demonſtratum eſt non demonſtra-
tum. Secundo infero hanc copulatiuam eſſe poſſibi-
lem hoc neceſſario eſt deus ꝛ tamen hoc quod demõ-
ſtratur impoſſibiliter eſt deus. Correlarium patet: q:
non ſequitur hoc neceſſario eſt deus: ergo hoc quod
demonſtratur poſſibiliter eſt deus: ſi enim die craſtina
deus non demonſtraretur tunc cras ita erit ſicut ſigni
ficatur per antecedens: ꝛ tamen cras non erit ita ſicut
per conſequens ſignificatur: ſi igitur non valet illa cõ
ſequentia ſtabit oppoſitum conſequentis cum ante-
cedente: ꝛ ſic habetur correlarium.

Quarto pꝛĩcipaliter arguitur ſic
aliqua eſt copulatiua cuius vna pars pꝛĩcipalis ẽ im
poſſibilis ꝛ tamẽ illa copulatiua nõ eſt impoſſibilis:
igit̃ ad impoſſibilitatẽ copulatiue nõ ſufficit illud qd
dictũ eſt: ↄña eſt clara ꝛ aſſumptũ probo iſta copula-
tiua nõ eſt impoſſibilis non homo eſt aſinus ꝛ de⁹ eſt:
tamen vna eius pars vẓ prima cathegorica eſt impoſ
ſibilis vt cõſtat: ꝙ aũt illa copulatiua nõ ſit impoſſibi
lis patet ex impoſſibilitate ſue contradictorie.

Et confirmatur eodem argumen
to probando illud non requiri ad neceſſitatẽ copula
tiue quod dictũ eſt: ſic arguo illa copulatiua iã data
eſt neceſſaria ꝛ tamen non quelibet eius pars eſt ne-
ceſſaria immo vna eſt impoſſibilis: igitur illud nõ req̃
ritur quod dictum eſt. ꝙ illa copulatiua ſit neceſſaria
patet per ſuã equalentẽ nullus hõ eſt aſinus vel nul
lus deus eſt poſtq̃ etiam ſua cõtradictoria eſt impoſ
ſibilis ipſam eſſe neceſſariam neceſſe eſt. igitur

Ad quartum pꝛincipale reſpõdet Marcilius.
marcilius negando aliquã eſſe copulatiuã que nõ eſt
ĩpoſſibilis cui⁹ tamẽ vna pꝰ eſt impoſſibilis ꝛ ad ꝓba
tionem dicat ꝙ argumẽtũ pꝛime ſupponit falſum vi-
delicet ꝙ hec ſit vna copulatiua nõ homo eſt aſinus ꝛ
deus eſt. vnde ſm eũ omnis copulatiua negatiua vo
calis vel ſcripta ſubordinatur ꝓpoſitioni diſiuncti
ue affirmatiue in mẽte: ratio vero mouẽs eũ erat hec
qm tantũ vnũ vni opponit̃ ꝛ copulatiue affirmatiue
cõtradicũt copulatiua negatiua ꝛ diſiunctiua affirma
tiua cõſtituta ex partibus cõtradicentibus ꝛ per ↄñs
copulatiua negatiua ꝛ diſiunctiua affirmatiua ſunt
ꝓpõnes ſinonime ꝛ per ↄñs ſi diſiũctiua ſubordinat̃
diſiunctiue mẽtali etiã copulatiua negatiua ſubordi
natur diſiũctiue ꝛ per ↄñs ipſa eſt diſiunctiua ꝛ nõ co-
pulatiua. Aliter etiã ſuadeo hanc opinionẽ nega-
tio pꝛepoſita vniuerſali affirmatiue conſtituit parti-
cularem ꝛ ꝓpoſita particulari ↄſtituit vniuerſalẽ: igi
tur a cõueniente ſimilitudine ipſa negatio pꝛepoſita
copulatiue affirmatiue cõſtituit diſiunctiuã ꝛ ſimili-
ter ꝓpoſita diſiunctiue conſtituit eam copulatiuam.
Secundo ſic copulatiua negatiua diſiunctiua af-
firmatiua ſequunt̃ ad ſe inuicẽ formaliter: igit̃ ſunt eiuſ
dẽ q̃litatis vel aliās negatiua formaliter inferet affirma
tiuã qd nõ eſt dicẽdũ. Tertio ſic: nulla negatiua ali
qd ponit in eſſe: aliq̃ aũt copulatiua negatiua aliq̃d
ponit in eſſe: nã iſta non hõ nõ currit ꝛ ſortes nõ diſpu
tat ponit alterã iſtarũ ois hõ currit ſortes currit.

Sed hec opinio non eſt ſuſtenta-
bilis accepta eñ hac mentali copulatiua a eſt ꝛ b eſt
poteſt intellectus ei pꝛeponere negationem ꝛ tunc in
tali mentali nulla penitus poneretur coniunctio diſ
iunctiua ſed copulatiua: igitur illa mentalis non eſt
diſiunctiua ſed copulatiua ꝛ non eſt affirmatiua: igi-
tur eſt negatiua ꝛ per conſequens aliqua eſt copula-
tiua negatiua in mente apud quemlibet intelligentes
debet hec rõ concludere. Si dicas ſicut dicit Mar Martinus mag. ſtri.
tinus magiſtri queſtione penultima in conſequentiis
ꝙ quemadmodum aliqua ꝓpoſitio eſt particularis
in qua nullum ponitur ſignum particulare ſed ſuffi-
cit ꝙ in ea ponatur ſignum vniuerſale particulariter
tentum vt eſt iſta non omnis homo currit ita etiam ad
hoc ꝙ ꝓpoſitio ſit diſiunctiua non requiritur ꝙ ĩ ea
ponatur cõiunctio diſiũctiua ſed ſufficit ꝙ in ea po-
natur coniunctio copulatiua diſiunctiue tenta vide-
licet coniunctio copulatiua negata. Nolo tecum am-
plius contendere quia diſputatio noſtra eſſet ad no-
men. Teneo igitur cum communi modo dicẽdi co
pulatiuam negatiuã reperiri poſſe in mente qm aũt
illa ratio marcilij eſt debilis ꝛ alie perſuaſiones faci-
les ſunt vt ſoluantur: idcirco vt bꝛeuitati ſtudeam ad
eas non reſpõdeo ꝛ venio ad ſolutionem pꝛincipalis
argumenti concedendo hanc eſſe copulatiuam nõ ho
mo eſt aſinus ꝛ deus eſt. Et fateor ipſam oĩno eſſe im-
poſſibilem licet vna ei⁹ pꝛincipalis pars ſit impoſſibi
lis ꝛ que diximus ſufficere ad copulatiue impoſſibili
tatem intelligenda ſunt de copulatiua affirmatiua et
nõ de copulatiua negatiua. Modus aliquorũ eſt
dicere ꝙ duplex eſt copulatiua videlicet copulatiua
quo ad ſpeciem ꝛ copulatiua quoad q̃titatem. Copu
latiua quoad ſpeciem eſt illa cuius copula pꝛĩcipalis
eſt coniunctio copulatiua. Copulatiua quoad q̃tita
tem eſt copulatiua ad cuius veritatem cuiuſlibet ſue
partis veritas requiritur tũc dicitur ꝙ omnis copula
tiua quoad q̃titatem cuius vna eſt pars impoſſibilis

ipſa eſt impoſſibilis ſed hoc non ſufficit ad impoſſibilitatem copulatiue quoad ſpeciem ſed nomina ſignificant ad placitum ⁊ ex iſto facile eſt reſpondere.

¶ Ad confirmationē concedendo illam copulatiuam eſſe neceſſariaȝ dato ꝙ vna eius pars principalis ſit impoſſibilis ⁊ hoc quia illa copulatiua eſt copulatiua quoad ſpeciē non autem quoad ꝗtitatem. Sed petes quid igitur requiritur ad veritatem poſſibilitatem impoſſibilitatem neceſſitatem copulatiue quoad ſpeciē reſpondeo per propoſitiones.

¶ Prima eſt ad veritatē copulatiue negatiue ſufficit falſitas vnius ſue partis principalis ſed ad falſitatem copulatiue negatiue requiritur veritas cuiuſlibet ſue partis ꝓbatur propoſitio. Nā qḋ ſufficit ad falſitatē vnius ꝓpōnis ſufficit ad veritateȝ ſue cōtradictorie. Ad falſitatem aūt copulatiue affirmatiue ſufficit falſitas vnius ꝑtis igitur ad veritateȝ ſue ꝯdictorie iſtud ſufficit. Et ex illo ſeqꝛtur ꝙ ad falſitatē copulatiue negatiue requirit̄ cuiuſlibꝫ ꝑtis ſue veritas nā ad veritatē ſue ꝯdictorie illud reqꝛit̄ ⁊ per ꝯñs ⁊c. Propterea hec eſt vera non homo eſt aſinus ⁊ deus eſt q: prima eius pars eſt falſa.

¶ Secūda ꝓpō ad poſſibilitateȝ copulatiue negatiue ſufficit ⁊ reqꝛit̄ ꝙ non vtraꝗ pars ſpius ſit neceſſaria ad impoſſibilitatē vero talis reqꝛitur ꝙ vtraꝗ pars ſit neceſſaria iſta ē īpoſſibilis nō deus ē ⁊ celū ē ſecūdū Ariſtotelē qm̄ vtraꝗ eius ps ē neceſſaria iſta aūt eſt poſſibilis nō deus eſt ⁊ ſortes currit.

¶ Tertia ꝓpō ad neceſſitatē copulatiue negatiue ſufficit ⁊ requiritur ꝙ partes ſint incōpoſſibiles. Ad contingentiam vero ꝙ partes non ſint neceſſarie neꝗ incompoſſibiles iſta copulatiua eſt neceſſaria non ſortes currit ⁊ ſortes non currit eo ꝙ ille partes ſunt incompoſſibiles iſta autem eſt contingēs non ſortes currit ⁊ plato diſputat.

¶ Cōtra iſtas tres propoſitiones arguitur vnico argumento ⁊ hoc ſic aliqua eſt copulatiua negatiua vera tamen quelibet eius pars eſt vera ⁊ nulla falſa igitur ad falſitatem copulatiue negatiue nō requirit̄ illud quod dictū eſt ꝯña ē clara et probo aſſumptū iſta copulatiua eſt vera non homo eſt aſinꝰ ⁊ homo eſt riſibilis ⁊ ſic arguo illa copulatiua eſt vera vt conſtat ex falſitate ſue cōtradictorie ⁊ tamē quelibet eius ps ē vera qḋ ſic oſtendo prima pars huius copulatiue affirmatiue homo ē aſinus ⁊ homo eſt riſibilis eſt falſa eo ꝙ eſt affirmatiua cuiꝰ extremis repugnat poſſe pro eodē ſupponere ſed prima ps copulatiue negatiue eſt ꝓpoſitio negatiua cuius extremis repugnat pro eodeȝ poſſe accipi ⁊ eſt contradictoria realiter alterius igitur ipſa eſt vera ꝙ ipſa ſit contradictoria alterius pꝫ quia in principio illius copulatiue ponitur negatio aduerbialis/negatio aūt aduerbialis negat quicquid poſt ſe inuenit igitur illa prima cathegorica illius copulatiue eſt ſimpliciter negatiua ⁊ per ꝯñs vera. idem probari poteſt de ſecunda cathegorica illiꝰ copulatiue relinquitur ergo quālibet illius copulatiue partem eſſe veram.

¶ Hoc argumētū tangit difficultatem illam cōmunē. Utrum negatio aduerbialis poſita in principio propoſitionis ypothetice neget preciſe copulam cōiunctionalem: vel vtrum cuȝ hoc negat copulas verbales ipſarum cathegoricarum ⁊ diſtribuat earum extrema. ¶ Circa quaȝ difficultatē due ſunt opiniones. Johannes dorp ⁊ multi aliȷ̄ eum inſequētes dicunt ꝙ negatio aduerbialis poſita in principio propoſitionis copulatiue negat copulam coniunctionalem ⁊ ſimiliter extrema cathegoricarum et earum copulas verbales ⁊ ad illud probandum adducit aliquas rationes. ¶ Prima eſt de rōne negationis eſt ꝙ quicquid poſt ſe inuenit deſtruat ⁊ eius oppoſitum inducat: quīȝ igitur cathegorice copulatiue affirmatiue ſint affirmatiue ſequitur ꝙ poſt aduentum negationis efficiuntur negatiue alias negatio ageret in diſtans non agendo in propinquum/ageret enim in copulaȝ cōiūctionalē ⁊ nō in copulā verbalē prime cathegorice. ¶ Scḋa rō eſt niſi ſic ſequeret ꝙ idē terminus maneret diſtributus in vtraꝗ ꝯdictoriarum ⁊ idē terminus diſtribuibilis in neutra ꝯdictoriaruȝ diſtributus quorū vtrūꝗ eſt abſurdū prima pars ꝓbat̄ Nam niſi negatio aduerbialis caderet in quicquid ſequitur ſubiectum ſcḋe cathegorice huius copulatiue non deus eſt ⁊ oīs homo eſt aſinus ſtaret cōfuſe ⁊ diſtributiue ⁊ etiā in ſua cōtradictoria ſtat confuſe ⁊ diſtributiue igit̄/ſcḋa pars ꝓbat̄ de ſubiecto prime cathegorice quod nec diſtribuitur in copulatiua affirmatiua nec in illa copulatiua negatiua. ¶ Tertia rō eſt ſi negatio preciſe negaret copulā cōiunctionalem iſte due equiualerent nō homo eſt animal ⁊ deus eſt/homo eſt animal non ⁊ deus eſt poſtꝗ̄ termini in ambabus copulatiuis eodem modo tenentur quēadmodum enim in ſecunda negatio non cadit in terminos prime cathegorice ita nec in prima cadit nec in terminos prime cathegorice. ꝙ tamen ille copulatiue non equiualeāt claret prima enim eſt falſa ⁊ ſecūda vera. ¶ Quarta ratio ſi negatio aduerbialis poſita in principio copulatiue preciſe negaret copulā cōiunctionalē ſequeretur ꝙ negatio eēt pars copule cōiunctionalis quod eſt falſum nam negatio non eſt pars copule verbalis igitur neꝗ copule coniunctionalis eſt pars Sequela tamen patet per modum cognoſcēdi quādo aliquod ſincathegorema eſt pars alicuius. ¶ Quinta ratio ſi negatio preciſe negaret copulam coniunctionalē poſitam in principio copulatiue. Sequeret̄ pari forma ꝙ negatio poſita in principio ꝓpoſitionis cathegorice negaret ⁊ preciſe copulam verbalem ⁊ ſic iſta non eſſet vniuerſalis non homo eſt aſinus quod ē cōtra omnē logicaȝ ꝯña tn̄ pꝫ quia ſicut ſe hñt cathegorice in ypotheticis ſic ſe hñt ſubiectū ⁊ predicatum in cathegoricis. ſi igitur negatio poſita in principio copulatiue nō agit in partes principales illius videlꝫ in cathegoricas nec etiam aget in partes principales puta ſubiectum ⁊ predicatum ꝓpōnis cathegorice. ¶ Iſte ſunt rationes iohānis dorp quibus mouetur tenere negationem aduerbialem poſitam in principio copulatiue non ſolum agere in copulam cōiunctionalē verum etiam in extrema cathegoricarū ⁊ earū copulas verbales quibus tamē obſtantibus puto tenendum eſſe oppoſitum ſic probo multipliciter.

¶ Primo ſic data illa opiniōe ſequitur ꝙ ſcḋa cathegorica huius copulatiue non homo eſt animal ⁊ deus eſt eēt vniuerſalis negatiua quod ſi concedis ſicut concedit Johannes dorp infero ꝙ predicentes huius propoſitionis nō homo eſt aīal eſt etiaȝ vlis ⁊ negatiua cuiꝰ tn̄ oppoſitū fatentur oēs. Sequela tn̄ pꝫ q: nullā ſcires aſſignare rōnem quare illa negatio nō ꝗtificat ⁊ qualificat ꝑiacentē ꝓpōis cuius pars quēadmodū illa negatio poſita in principio copulatiue ꝗtificat ⁊ q̄lificat ſcḋaȝ ꝑtē illiꝰ copulatiue.

¶ Secundo ſic data iſta opinione ſequeretur ꝙ aliqua propoſitio mentalis vltimata neceſſaria ſimpliciter efficietur impoſſibilis ⁊ ſimiliter

Johannes dorp.

ꝙ ꝓpoſitio impoſſibilis in mēte vltimata efficiet̃ neceſſaria iſta ſunt abſurda ꝙ tamen ſequantur ꝓbo ſic. Et pono ꝙ ſortes habeat hanc mentalē ſortes eſt animal ⁊ deus eſt conſtat ſcd̃am cathegoricam eſſe ſimpliciter neceſſariam deinde volo ꝙ ipſe preponat toti ꝓpōni negationē aduerbialē tunc peto vel illa eadem ſcd̃a cathegorica tunc eſt impoſſibilis vel nō ſi primū habeo propoſitum ſi ſecundū opinio eſt nulla qm̄ tūc non negaretur copula verbalis ſecunde cathegorice ⁊ ex illo facile eſt declarare ſecundam partē illati.

¶ Tertio ſic arguo data iſta opinione ſequit̃ vnū cōtra opinantē vꝫ ꝙ due ſunt ꝓpōnes ſinonime mentales ⁊ tamen in vna earuꝫ ponitur vnus terminus cui non correſpondet terminus ſinonimus in alia. Sequelam probo ſic ſecunda cathegorica huius copulatiue negatiue non homo eſt animal ⁊ deus eſt eſt ſinonima cum hac ꝓpōe nullus deus eſt nā ille due ꝓpōnes cōſtruuntur ex extremis oino ſinonimis ſimiliter ⁊ copulis ſtantibus eodem mō q: ille ꝓpōes ſunt ſinonime attamen in ſcd̃a ponitur ſignuꝫ vniuerſale negatiuum ⁊ nullum tale ponitur in ſecunda cathegorica illius copulatiue ergo propoſitum.

¶ Quarto ſic arguo nullus concipit cathegoricas copulatiue negatiue immo affirmatiue igitur copulatiue negatiue partes principales ſunt affirmatiue tenet conſequentia ⁊ aſſumptum probo quemadmodum ſenſus huius homo eſt ⁊ deus eſt eſt iſte ꝙ ita eſt in re ꝙ homo eſt ⁊ deus eſt ita ſenſus huius non homo eſt et deus eſt hic eſt non eſt ita in re ꝙ homo eſt ⁊ deus eſt vt feratur negatio in totū ⁊ in nullam partem ⁊ licet ad iſtud probandum alie poſſent adduci perſuaſiones iſte tamē ſufficiunt. Reſpondeo igitur ad motiuas rationes.

¶ Ad primaꝫ dico ꝙ hoc ſimpliciter eſt falſuꝫ ꝙ negatio quicquid poſt ſe inuenit deſtruat ⁊ eius oppoſitum inducat. Et quādo dicis tunc negatio ageret in diſtans ⁊ nō in propinquuꝫ. Dico ꝙ hoc non eſt multum ad propoſitum illud eniꝫ ſi debet eſſe verum cōtinet veritatē in naturalibus vt alias declaraui queſtione quinta primi phiſicoruꝫ/ vnde dico ꝙ negatio qn̄ꝙ agit in copulam remotam non agendo in copulā propinquā/ in hac ꝓpōne non ſortes qui ē chimera eſt animal negatio negat ſcd̃am copulā verbalem ⁊ nō priorē copulā ſorte eēn̄ exiſtente in rerum natura eiꝰ cōtradictoria ē falſa ⁊ ſi prima copula verbalis negaret̃ illa negatiua eſſet falſa nā ſenſus eius eēt ſortes qui nō eſt chimera nō ē aial cuius falſitas ē nota ꝓpterea ſi illud ſit veruꝫ negatio quicquid poſt ſe inuenit deſtruit ⁊c. debꝫ intelligi reſpectu illius in quod cadit vnde dico ꝙ viriꝰ negatōis nō ſemꝑ negat illud quod ſequit̃ ſꝫ ſcd̃ꝫ ꝙ fertur in vnum vel aliud.

¶ Ad ſecūdā rationē cōcedo vtrūꝙ illatum nec illud reputo inconueniens vt declarabo in ſequentibus.

¶ Ad tertiā reſpondet̃ negādo iſtas duas equiualere non homo eſt aial et deus eſt homo eſt aial non ⁊ deus eſt et ratio eſt quia in prima negatio cadit in totam copulatiuam non aūt in ſcd̃a ⁊ ſi ex illo inferas has duas non equiualere omnis homo non currit homo non currit eo ꝙ negatio in ſecunda cadit in ſubiectum copulam ⁊ predicatum nō autem in prima diſcrimen eſt ſatis clarum nec valet ꝯn̄a.

¶ Ad quartā rationē reſpōdet̃ negādo ſequelam negatio cadit in totā copulatiuam propterea totius copulatiue eſt pars dato ꝙ in hac propoſitione non ſortes eſt ſortes negatio nihil facit niſi negare copulam verbalem tamen non dicitur eiꝰ pars ſed totius propoſitionis.

¶ Ad quintā rationē reſpōdetur negando ꝙ ex iſtis ſequatur negationem aduerbialem preciſe debere negare copulam verbalem in cathegoricis ⁊ non diſtribuere extrema earum. Diſcriminis cauſa eſt quia negatio poſita in principio propoſitionis reddit ſenſum contradictorium quando autem ꝑponitur cathegorice non poteſt reddere ſenſum contradictorium niſi diſtribuat extrema ⁊ neget copulaꝫ verbalem poſita autem in principio copulatiue bene reddit ſenſuꝫ contradictorium abſꝙ hoc ꝙ diſtribuat extrema cathegoricarum aut neget earuꝫ verbales copulas ⁊ ſic patet ſolutio ad argumentum.

¶ Quinto principaliter arguitur ſic ⁊ hoc contra primaꝫ regulam non ſequitur ſortes nō eſt capra neꝙ ſortes eſt aſinus igitur ſortes eſt aſinus ⁊ tamen arguitur ibi a tota copulatiua ſignificante iuxta compoſitionem ſuarum partiū igitur talis modus arguendi eſt nullus ꝙ illa conſequentia non valet patet antecedēs eēn̄ conceditur ab omnibus conſequēs aūt eſt impoſſibile igit̃ illa cōſequētia nō valet.

¶ Forte dicis ꝙ ibi nō arguitur a tota copulatiua affirmatiua eo ꝙ copulatiua illa eſt negatiua. Contra hoc ſic arguo ſi illa copulatiua eſſet negatiua pari ratione iſta eſſet negatiua ſortes non mouetur neꝙ ſortes currit quod ſi concedas ſequitur ꝙ illa propoſitio erit neceſſaria quod eſt contra communem modum dicendi quia ſi ſortes curreret diceretur ab omnibus iſta propoſitio eſſe falſa ſortes non mouetur neꝙ ſortes currit ⁊ ꝑ ꝯn̄s illa ꝓpō nullo mō poteſt dici neceſſaria ꝙ tamē ſequat̃ ipſam eſſe neceſſariaꝫ ſi dicat̃ eſſe negatiua ſic ꝓbo quia equiualeret huic diſiūctiue ſortes mouet̃ vel ſortes non currit q: copulatiua negatiua equiualet diſiunctiue affirmatiue cōpoſite ex partibus contradicentibus ſed ꝙ iſta diſiunctiua ſit neceſſaria patet per ea q̄ dicta ſunt in prima ꝑte habet̃ ergo ꝙ non poteſt dici hanc copulatiuam eſſe negatiuam ſortes non eſt capra neꝙ ſortes eſt aſinus quod erat probandum.

¶ Et cōfirmat̃ non ſequitur aliquātum videt ſortes ⁊ tm̄ videt plato igitur tm̄ videt plato ⁊ tamē ibi arguit̃ per primā regulā igit̃ prima regula nulla minor eſt clara maior ē aūt ſic ꝓbo/ ⁊ pono caſum ꝙ ſortes videat aliquod corpꝰ pedale ⁊ plato ſimiliter illo poſito patꝫ veritas antecedētis. cōſequentis falſitatē ꝓbo ꝑ falſitatē ſue ſecūde exponētis nihil non plato eſt videns cuius falſitas eſt nota per caſum.

¶ Ad quituꝫ pricipale reſpondetur q: ly neꝙ pōt accipi dupliciter vno mō vt ſolū negat ⁊ nullo mō cōiūgit ſicut in hac ꝓpōe neꝙ ſortes currit neꝙ plato diſputat: in pro enim loco clarum eſt ꝙ nullo modo coniungit. Alio mō pōt accipi vt neget ⁊ cōiungat ⁊ qn̄ ita capitur reddit ꝓpōnē copulatiuaꝫ nō negatiuā ſꝫ affirmatiuā ſicut ꝓbatum eſt inter arguēduꝫ ⁊ quādo ita capit̃ requirit̃ ꝙ ꝓpō p̄cedens ſit negatiua iſta enim ꝓpō non videtur intelligibilis ſortes currit neꝙ plato diſputat. Et tunc ad formam argumenti r̄ndetur concedendo ꝙ iſta ꝯn̄a nō vꝫ ſortes non ē capra neꝙ ſortes ē aſinus ergo ſortes eſt aſinus nec ibi arguitur a tota copulatiua ad alteram eius ꝑtem principalem vnde totum illud quod ſequitur ly neꝙ non debet dici pars principalis illius propōnis ſꝫ totū illud cū negatōe īcluſa in ly neꝙ debꝫ dici pars

principalis propterea ſic oportebat inferre ſortes nõ eſt capra nec ſortes eſt aſinus igitur ſortes non ẽ aſinus: ⁊ illa eſt pars principalis ſimpliciter. ⁊ eodẽ mõ dicatur de iſta coniunctione nec: ſicut dicitur de iſta coniunctione neq.

¶ Ad confirmationez reſpõdetur ꝙ ad hoc ꝙ debite arguatur per iſtam regulam ſumme obſeruandũ eſt vt cõſequens retineat ſignificationes quã habet in antecedẽte: modo in añte ly tñ non capiebatur excluſiue ſed relatiue ꝓpterea oportet ꝙ in añte capiatur conſimiliter relatiue ⁊ non excluſiue ⁊ in illo ſenſu ꝯñs erit concedendum. Et per hoc facile eſt reſpondere ad vnum ſimile argumentum quo ſic ſolet argui pedale eſt album ⁊ tãtuz eſt nigrum igitur tãtum eſt nigruz poſito ꝙ eſſent duo pedalia quorum alterũ eſſet album alterum vero nigrum tunc antecedens eſt verum ⁊ ꝯñs falſum ſi in cõſequẽte teneat̃ excluſiue ſed hoc non inualidat regulam quia dictum eſt ad hoc ꝙ debite argueretur oporteret ꝙ ly tãtũ in conſequente teneretur relatiue ſicut in antecedente.

¶ Aliter reſpõdeo ad argumentum ꝙ ſi ly tãtum teneatur relatiue in añte non debite arguitur per regulã imo illa oratio q̃ ponit̃ loco ꝯſequentis nõ videt̃ nimis itelligibilis eo ꝙ in ea ponit̃ illõ relatiuũ ſic ſine ſuo añte ꝓpterea dico ꝙ potiꝰ ſic arguẽdũ eẽt aliq̃tũ videt ſortes ⁊ tantum videt plato: igitur q̃tum videt ſortes videt plato.

¶ Sexto pricipaliter arguitur nõ ſequit̃ neceſſario deꝰ ẽ ⁊ ſortes currit igit̃ neceſſario ſortes currit ⁊ tñ arguit̃ ꝑ primã regulã igit̃ prima regula ẽ nulla: ꝙ illa cõſequẽtia nõ valeat ſic ꝓbo ꝯñs eſt impoſſibile añs aũt ẽ vna copulatiua cuiꝰ q̃libꝫ ps ẽ vera ⁊ per cõſequens añs eſt verũ ⁊ ꝯñs impoſſibile.

¶ Et cõfirmatur nõ ſeq̃tur tu ignoras ꝙ papa dormit ⁊ rex ſedet ergo rex ſedet ⁊ tamen arguit̃ ꝑ primã regulã igit̃ ꝙ illa ꝯſequẽtia nõ valet ꝓbo q: ſi nullus rex ſedeat dubites tñ an ita ſit ꝙ papa dormit ⁊ ꝙ rex ſedet añs eſt verũ ⁊ ꝯſequẽs falſuz.

¶ Ad ſextũ pricipale reſpondetur ꝙ q̃ñcũq ponit̃ aliquis modus qui põt facere modales compoſitaz in principio alicuius ꝓpõnis copulatiue tunc illa propõ eſt diſtinguenda qñ vel talis modus determinat totam copulatiuã cathegorematice vel determinat primam partem copulatiue aut quãlibet partem illius copulatiue: verbigratia hec propõ neceſſario deus eſt ⁊ ſortes currit triplicem poteſt habere ſenſum quia vel ly neceſſario cadit in totum ſequens ⁊ tunc illa ꝓpõ eſt cathegorica ⁊ non hipothetica ⁊ ipa eſt falſa ⁊ eius ſenſus eſt hãc eſſe neceſſariam deus eſt ⁊ ſortes currit qđ ẽ falſuz vel ly neceſſario cadit preciſe in primã partes ⁊ tũc illa copulatiua ẽ vera nec tũc debite arguitur ꝑ illam regulã poſitam vel ly neceſſario determinat quãlibet partes illius copulatiue ⁊ tunc ꝯña facta eſt bona ⁊ ſicut ꝯñs eſt falſum ita et añs: pariforma diſtinguende ſunt iſte propões contingenter deus erit antechriſtus erit impoſſibiliter homo eſt riſibilibis ⁊ hõ ẽ aſinus ⁊ omnes ſimiles.

¶ Ad cõfirmationẽ reſpõdet̃ ꝙ iſta ꝓpõ ẽ diſtinguẽda tu ignoras ꝙ papa dormit ⁊ rex ſedet q: vel actꝰ ignorãdi cadit ſupra totã illã copulatiuã ⁊ tũc illa ꝓpõ ẽ cathegorica ⁊ ſenſus eiꝰ ẽ ꝙ hec ẽ ignorata a te papa dormit ⁊ rex ſedet nec tũc arguit̃ ꝑ regulã. Si vero actꝰ ignorãdi cadat ſupra primã ꝑtẽ illius copulatiue tũc ꝯña facta ẽ bona ⁊ debite arguit̃ ꝑ regulã ⁊ ſicut ꝯñs ẽ falſum in caſu poſito ita ẽ ⁊ añs ſi vero actus ignorãdi cadat ſupra quãlibit ptẽ ſeorſum tũc nõ debite arguit̃ ꝑ regulã ſed ſic eſſet arguẽduz tu ignoras ꝙ papa dormit ⁊ rex ſedet ergo tu ignoras ꝙ rex ſedet. ⁊ in tali modo arguẽdi nunq̃ dabitur añcedẽs verũ abſq cõſequente ⁊ hec de prima difficultate huius ſecunde partis dicta ſatis ſint.

¶ Sequitur ſecunda difficultas.

PRo intelligentia ſcõe difficultatis in qua querendus eſt de ly ⁊ cõplexiue tẽto. Eſt aduertẽdũ ꝙ cõmuniter dici ſolet ꝙ q̃ñcũq ly ⁊ ꝯiũgit inter terminos ⁊ ponit̃ in ordine ad v̄bũ pluralis numeri tenet̃ ꝯplexiue ⁊ nullo mõ diuiſiue ſꝫ q: iſtõ dictũ cõe ſimplr̃ ẽ falſuz niſi recte expõat̃ ꝓpterea

¶ Pono ꝓpoſitiões quarũ prima ẽ Q̃ñcũq ly ⁊ coniungit inter terminos in ordine ad verbum pluralis numeri ⁊ tamen tunc tenetur diuiſiue hec propõ probatur de iſta homines ⁊ bruta ſunt aialia in qua ly ⁊ poteſt teneri diuiſiue ⁊ etiam complexiue. ⁊ propterea quelibet talis propõ in qua ly ⁊ coniungit terminos pluralis numeri in ordine ad terminum pluralis numeri eſt diſtinguẽda penes hoc ꝙ ly ⁊ teneri poteſt diuiſiue ⁊ complexiue.

¶ Secũda propõ aliqua eſt propoſitio in qua ly ⁊ coniungit terminos ſingularis numeri in ordine ad verbum pluralis numeri in qua indifferenter teneri poteſt ⁊ diuiſiue ⁊ complexiue probatur propoſitio de iſta propoſitione populus ⁊ exercitus ſunt homines.

¶ Tertia ꝓpõ eſt q̃ñcunq ly et cõiũgit terminos ſingularis numeri non collectiuos in ordine ad verbum pluralis numeri tunc tenetur ſolum complexiue nullo autem pacto diuiſiue tenetur hanc propoſitionez neſcirem probare niſi quia multi logici eam ponũt / Petrus. Mãtuanꝰ noſtrã propõnẽ negaret cõcedit tñ hanc propõnem duo homines ſunt vnus homo ⁊ dicit in decimaquarta regula ſuarũ ſuppõnũ ꝙ in illa propõne ille terminꝰ vnus homo ſupponit confuſe tñ ⁊ ꝙ ibi ly ⁊ tenetur diuiſiue.

Mãtuanus

¶ Quarta ꝓpoſitio quãdocũq ly ⁊ tenetur a pte predicati ⁊ hoc poſt copulã ſolum complexiue teneri poteſt. Notanter dico dũmõ ponatur poſt copulam quia dato ꝙ ſe teneret a parte predicati dummodo ponatur ante copulam poteſt teneri diuiſiue / Paulus venetus in ſua logica dicit ꝙ ly ⁊ dupliciter teneri poteſt diuiſiue ⁊ collectiue. ⁊ ſecunduz eum ly ⁊ tunc dicatur teneri diuiſiue quando ex illa ꝓpoſitione ſequitur vna copulatiua vt in iſta propoſitione ſortes ⁊ plato currunt ly ⁊ tenetur diuiſiue eo ꝙ iſta conſequentia eſt bona ſortes ⁊ plato currunt ergo ſortes currit ⁊ plato currit. Tunc vero ly et tenetur collectiue quando ad illam propoſitionez in qua ponitur non ſequitur aliqua copulatiua / quemadmoduz tenetur in iſta propoſitione ſortes ⁊ plato ſufficiunt portare a lapidem quia non ſequitur ſortes ⁊ plato ſufficiunt portare a lapidem ergo ſortes ſufficit portare a lapidem ⁊ plato ſufficit portare a lapidem noĩa ſignificãt ad placitũ q̃litercũq dicat̃ redit in idẽ

Paulus venetus.

¶ Ad cognoſcendum vero veritatez propoſitionuz in quibus ly ⁊ cõplexiue tenetur ponitur regula facilis que eſt hec. ¶ Ad veritatẽ propõis de copulato extremo affirmatiue vbi ly ⁊ cõplexiue tenetur requiritur ꝙ extrema ſupponant ꝓ eodẽ vel eiſdem ſecluſis ſophiſticationibus ⁊ q̃tum ad illud iudicanduz eſt de talibus propoſitionibus ſicut de aliis

cathegoricis. Et ex iſta regula ſequitur tales propoſitiones eſſe negandas hō ⁊ brutum ſunt homines ſortes ⁊ plato ſunt hō ⁊ aſinus ⁊ ita de talibus quarum extrema repugnat ſupponere pro eodem vel eiſdem vt autem facilius pateat qn̄ extrema talium propoſitionum ſupponunt pro eodem. Pono aliquas breues propoſitiones.

**Prima oē copulatum cuius vna** pars principalis non ſupponit nō ſupponit vn̄ iſtud copulatum ſortes ⁊ chimera ſupponere non poteſt.

**Secunda propoſitio oē copulatū** cuius vna pars principalis ſupponit pro aliquo toto ⁊ altera ps principalis ſupponit ꝑ pte illi⁹ toti⁹ tale copulatū ſupponit ꝓ illo toto. Siue ſit totū ꝑ aggregationē ſeu aliquod aliud totū: iſta ꝓpō ꝓbatur nā iſtud copulatum ſortes ⁊ anima ſortis ꝓ ſorte ſupponit. Ex illo etiaꝫ ſequitur iſtas eſſe concedēdas ſortes eſt ſortes ⁊ ſuum caput ſortes eſt ſortes ⁊ ſuus pes ſortes eſt ſortes ⁊ ſua materia ⁊ eodē mō iſtud copulatum logici ⁊ ſortes pro omnibus logicis ſupponit.

**Tertia propoſitio oē copulatum** cui⁹ ptes ſupponūt ꝓ aliquib⁹ q̄ ſunt aliqd̄ totū ſupponit ꝓ illo toto vnde iſtud copulatū nō hō ⁊ nō hō ꝓ ſorte ſupponit. Et ex iſta ꝓpōne ſequiꝫ has propōes eē concedēdas ſortes ē ſua materia ⁊ ſua forma ſortes e'ſt hec medietas ſuperior ⁊ hec medietas inferior hoc ſcutuꝫ eſt album ⁊ nigrū demonſtrando vnum ſcutum cuius vna medietas eſt alba ⁊ alia nigra hoc ſcutum eſt coloratum ⁊ non coloratū demonſtrādo vnum ſcutum albū ⁊ ita dicatur de conſimilibus ꝓpoſitionib⁹.

**Contra dicta arguiꝫ primo pricipaliter.** Si dicta eſſent vera ſequereꝫ ꝙ in aliquo caſu darenꝫ duo ꝯtradictoria ſimul vera qd̄ eſt falſum igiꝫ ꝯſequentia eſt clara ⁊ ꝓbo aſſumptum ponendo caſum ꝙ ſortes ⁊ plato ſint in hac aula pariſius ⁊ capiat deus materiā ſortis ⁊ ponat eā rome ⁊ faciat ꝙ ibi informeꝫ forma platonis ⁊ vocetur illud nouū cōpoſitū cicero deinde capiat deus materiā platonis ⁊ ponat eā ſimiliter rome ⁊ faciat ꝙ ibi informeꝫ forma ſortis ⁊ voceꝫ illud nouū compoſitū iohānes vlteri⁹ cū iſto caſu pono ꝙ cicero currat ⁊ etiam iohānes ſortes vero dormiat ī hac aula ⁊ plato ſiliꝫ. Iſto caſu poſſibili poſito ꝓbaꝫ intentū ⁊ accipio iſtas duas ꝯtradictorias ſortes ⁊ plato currūt ſortes ⁊ plato nō currūt. Et ſic arguo affirmatiua eſt vna ꝓpō cuius extrema ſupponunt ꝓ eiſdem extra inſtātias igitur affirmatiua eſt vera tenet ꝯſequentia per regulam poſitam ⁊ ꝓbatur antecedens: ſubiectuꝫ illius propoſitionis ſupponit ꝓ cicerone ⁊ iohanne ⁊ predicatū illius ꝓpōis etiaꝫ ꝓ illis ſupponit igiꝫ extrema illius propōis ꝓ eiſdem ſupponunt. ꝙ autem ſubiectum illius ꝓpōis ſupponat ꝓ cicerone ⁊ iohanne patet q: hec eſt vera demonſtrando ciceronem ⁊ iohannem iſti ſunt ſortes ⁊ plato ⁊ per conſequens extrema ꝓ eiſdeꝫ ſupponūt ꝙ illa ſit vera patet ſic bene ſequitur iſte quattuor ptes ſunt ſortes ⁊ plato demonſtrādo duas materias ⁊ duas formas ⁊ iſte quattuor partes ſunt cicero ⁊ iohānes igiꝫ cicero ⁊ iohannes ſunt ſortes ⁊ plato ⁊ ꝑ cōſequens iſta eſt vera iſti ſunt ſortes ⁊ plato ⁊ ſic habetur veritas affirmatiue. Negatiuā vero ꝓbo ſic ipſa ſequiꝫ ex vero igiꝫ eſt vera. aſſumptum ꝓbo bene ſeq̇tur ſortes ⁊ plato quieſcūt igiꝫ ſortes ⁊ plato nō currūt tenet conſequentia q: ſi quieſcunt non mouentur ⁊ ſunt apti nati moueri ꝙ autē iſta ſit vera ſortes ⁊ plato q̇eſcunt ꝓbaꝫ ſic ſortes ⁊ plato ſunt homines quieſcentes igitur ſortes ⁊ plato quieſcunt antecedens ꝓbo ſortes ⁊ plato ſunt duo homines quieſcentes igiꝫ ſortes ⁊ plato ſunt homines quieſcētes conſequentia eſt clara ⁊ antecedens ꝓbatur bene ſequitur ſortes et plato ſunt iſte vnus homo quieſcēs ⁊ iſte vnus homo quieſcens per primum ꝓnomen demonſtrando ſortē ⁊ per ſecundum demōſtrando platonē igitur ſortes ⁊ plato ſunt vnus hō quieſcens ⁊ vnus hō quieſcens ⁊ per cōſequēs ſortes ⁊ plato ſunt duo homines quieſcentes ⁊ per conſequens quieſcunt ⁊ ſic habetur veritas negatiue ⁊ per conſequens habentur duo contradictoria ſimul vera quod erat probandum.

**Et confirmaꝫ ſi dicta eſſent vera** ſequeretur ꝙ iſta propō eſſet vera ſortes ⁊ plato ſciunt ſeptem artes liberales in caſu communi: videlicet ꝙ ſortes ſciat tres preciſe plato autem ſciat alias quattuor iſto caſu poſito ꝓbo ꝙ iſta ſit vera ſortes et plato ſciunt ſeptem artes liberales ⁊ ſic arguo ſepteꝫ artes liberales ſciuntur ab iſtis igitur iſti ſciunt ſeptem artes liberales cōſequentia eſt clara ⁊ antecedēs patet quia tres artes liberales ſciuntur a ſorte ⁊ alie quattuor a platone igitur ſeptem artes liberales ſciuntur ab illis duobus copulatim ⁊ per conſequens ſortes ⁊ plato ſciunt ſeptem artes liberales. ꝙ autem illa propoſitio non ſit concedenda ſic probo bene ſequitur ſortes ⁊ plato ſciunt ſepteꝫ artes liberales igitur ſortes ⁊ plato ſunt homines ſcientes ſeptem artes liberales ⁊ per conſequens ſunt duo homines ſcientes ſeptem artes liberales vel tres vel quattuor et ſic conſequenter. Si dicas ꝙ ſortes et plato ſunt duo homines ſcientes ſeptem artes liberales ſic arguo bene ſequitur ſortes ⁊ plato ſunt duo homines ſcientes ſepteꝫ artes liberales igitur ſortes ⁊ plato ſunt vnus homo ſciens ſeptem artes liberales ⁊ vnus ſciens ſeptem artes liberales quod eſt falſum vt patet deſcendendo ſub partibus illius copulati.

**Ad primū principale reſpōdetur** per aliquas propoſitiones.

**Prima propō ſortes et plato ſunt** rome ⁊ tamen ſortes non eſt rome nec plato eſt rome: Prima pars huius ꝓpoſitionis ꝓbatur quia eſt vna affirmatiua cuius extrema ꝓ eiſdem ſupponunt. Sicut enim ꝓbatum eſt inter arguendū ſubiectum illi⁹ ꝓpoſitionis ſupponit pro cicerone ⁊ iohanne ⁊ eodē mō concedendū eſt ꝙ cicero ⁊ iohannes ſunt pariſius ⁊ tn̄ nec cicero eſt pariſius nec iohannes eſt pariſius.

**Secunda ꝓpoſitio ſortes et plato** currunt in aliquo loco ⁊ tamen nec ſortes eſt in illo loco nec plato ꝓbatur propō quia ſortes ⁊ plato currūt rome vt bene probatum eſt ⁊ tamen neqꝫ ſortes eſt rome neqꝫ plato eſt rome vt clarum eſt ex ypotheſi ⁊ per iſtas ꝓpōes patet ſolutio ad argumentum quia dicēdum eſt ꝙ in caſu affirmatiua eſt vera ⁊ negatiua falſa ⁊ quando dicis bene ſequitur ſortes ⁊ plato quieſcunt igitur ſortes ⁊ plato non currunt conſequentiā concedo eius antecedente negato antecedens enim equiualet huic propoſitioni ſortes ⁊ plato: non mouētur ⁊ ſortes ⁊ plato apti nati ſunt moueri modo clarum eſt illud eſſe falſum in caſu. Et ad ꝓbationē dico iſtas ꝓpoſitiones ſimiliter eſſe falſas ſortes et plato ſunt homines quieſcentes ſortes ⁊ plato ſunt duo homines quieſcentes. ⁊ ad probationem dico ꝙ iſta conſequentia nihil valet ſortes ⁊ plato ſunt vnus homo quieſcens et vnus homo quieſcens igitur ſortes et plato ſunt duo homines quieſcentes propter nega-

tionem incluſam in iſto termino quieſcentes. Et licet hanc ſolutionem dederim alias ſcriptis in meis queſtione tertia primi phiſicorum tamen q2 diuerſis ſcolaſticis diuerſiſq3 tempori9 diuerſas doctrinas tradere opere preciū ē. Ideo aliter reſpōdeo ⁊ cōcedo hāc ꝓpōem in caſu poſito ſortes ⁊ plato quieſcūt ⁊ nego hāc conſequentiā ſortes ⁊ plato quieſcunt igit̄ ſortes ⁊ plato non mouētur ⁊ apti nati ſunt moueri.

**Unde hic eſt aduertēdū ꝙ aliqui** ſunt termini includentes negationem cadentez ſuper totum copulatuz Aliqui vero termini includūt negationē non cadentem ſuper totum copulatuz ſed cadētem ſuper partes copulati. exēplu3 vt predicatū hui9 ſortes ⁊ plato ſunt non currē. tes. nā iſta ꝯña eſt bona ſortes ⁊ plato ſunt non currentes igitur non ſortes ⁊ plato currunt. exēplū ſecūdi in iſtis ſortes ⁊ plato deſcunt ſortes ⁊ plato ſunt ceci non enī3 ſequitur ſortes ⁊ plato ſunt ceci igitur ſortes ⁊ plato nōn vident. ſed ad veritatem illius propōis ſufficit ꝙ ſortes ſit cecus ⁊ plato ſit cecus vel ꝙ ſortes ⁊ plato ſunt aliqua quorum vnum ſit cecum ⁊ alterum ſit cecum.

**Contra hanc ſolutionē arguit̄ ſic** Uel ceci ſunt homines non videntes: qui tamen apti nati ſunt videre. vel ceci ſunt homines quorum null9 videt apti nati tamen ſunt videre. Si primum ſequitur ꝙ demōſtratis duobus hominibus quorum vnus videt ⁊ alter nō iſta eſt vera iſti homines ſunt ceci qd̄ eſt falſum ⁊ patet cōſequentia quia illi homines ſunt nō videntes apti nati ſunt tamen videre. Si vero dicatur ꝙ ceci ſunt homines quorum nullus videt ſequitur ꝙ ſi ſortes ⁊ plato eſſēt vidētes ⁊ ex illis fierēt duo noua cōpoſita cicero cecus ⁊ iohannes cecus ꝙ iſta eſſet neganda ſortes ⁊ plato ſunt ceci cuius oppoſitū dicendum eſt. cōſequenter loquendo ad ea que dicta ſunt quia cicero ⁊ iohannes in caſu ſunt ceci ⁊ cicero et iohannes ſunt ſortes et plato ergo ſortes et plato ſunt ceci. ꝙ autem ſequatur illam ꝓpōnem eſſe negādam patet q2 falſu3 eſt dicere ꝙ ſortes ⁊ plato ſunt homines quorū nullus videt quia ſi eſſent homines quorum nullus videret maxīe eſſent cicero ⁊ iohānes quorū nullus videt ſ3 alter illorū duoꝝ videt demōſtrādo ciceronē ⁊ iohānē vt faciliter deduci pōt relinquitur igit̄ hāc eſſe negandā3 in caſu ſortes ⁊ plato ſunt ceci.

¶ Ad primū iſtoꝝ reſpondet negādo ꝙ illa ppō de diſiūcto inferat illā ꝓpōnē diſiūctiuā ⁊ vlteri⁹ nego illā de diſiūcto eē īpoſſibilē. ⁊ inſuꝑ nego ꝙ nō ſit poſſibile ꝙ ſortes diſputabit imo ē poſſibile ꝙ ipſe diſputabit ⁊ ꝙ etiā diſputet ⁊ ꝙ etiā diſputauerit ⁊ admitto ꝙ craſtina die diſputabit in a tēpore ⁊ vlteri⁹ ɔcedo ꝙ c diſputationē adequate diſputabit in a tēpore nō in b inſtāti nec poſt b iſtās ſꝫ ante b inſtās puta in a tēpore qđ erit añ b ⁊ q̄ñ dicis c diſputatio nūq̄ erit cōpleta añ b ergo ſortes nō diſputabit c diſputationē añ b ɔceſſo antecedēte nego cōſequētiā quēadmodū nō ſequiṫ a tēpus nō erit cōpletū ante b ſꝫ preciſe erit cōpletū ī b igiṫ a tēpus nō erit ante b Unde inſtās b erit primū iſtās in quo diſputatio c erit cōpleta tñ nō erit primū inſtās in quo erit aliqua diſputatio cōpleta immo ante inſtās b erit aliqua diſputatio cōpleta quelibet enim diſputatio eſt infinite diſputationes ⁊ quicunq̄ faciet vnā diſputationē infinitas diſputatōes faciet ⁊ quicūq̄ diſputauit infinitas diſputatiōes fecit. Et ſi dicas nūc nō ē aliqua diſputatio cōpleta a ſorte ⁊ quandoq̄ erit aliqua diſputatio completa a ſorte igiṫ dabiṫ primū inſtans in quo erit aliqua diſputatio cōpleta a ſorte vel vltimū inſtās in quo nō erit aliqua diſputatio cōpleta a ſorte. Do ſecūdū ⁊ illo inſtāti ſignato dico ꝙ imediate poſt illud inſtās erit aliqua diſputatio cōpleta ⁊ in illo inſtāti nō erit aliqua diſputatio cōpleta dato ꝙ nihil deficiet ī illo inſtāti ad hoc ꝙ ſit aliq̄ diſputatio cōpleta. ¶ Hētiſbar vigeſimo octauo ſophiſmate aliter reſpōdet ad argumētū ⁊ ɔcedit ꝙ hñ ē poſſibile ꝙ ſortes diſputabit aliquā diſputationē ſꝫ vt dicit ē īpoſſibile ꝙ ſortes diſputet illā mot⁹ illa ratiōe quā fecit decio nono ſophiſmate de q̄ meminim⁹ ī calce q̄ſtiōis ꝑcedētis ad ꝓbādū nō eē poſſibile ꝙ aliq̄s ꝓferat aliquā ꝓpōnē ratio ē hec ſi ſit poſſibile ꝙ q̄ſpiā ꝓferat aliquā vocē ſit igiṫ a tūc q̄rit vel a ē ſucceſſiue ꝓlatū vel ſubito nō poteſt dici ſecundum q̄m nulla vox poteſt ſubito proferri. igitur dandū eſt primū ⁊ ꝑ cōſequēs ſi plato ꝓfert a vocē ſequitur ꝙ cā ſic ꝓfert ꝙ aliqua ps pri⁹ fuit ꝓlata ⁊ alia adhuc ē ꝓferenda ⁊ per cōſequens plato non profert a vocem ſi enim proferret a voces: ſequitur ꝙ a vox eſt ꝓlata quod eſt falſuꝫ nunq̄ enim aliqua vox ē ꝓlata niſi quelibet eius pars fuerit ꝓlata ⁊ ꝑ ɔña ſortes non profert a vocē. inſuper ſi aliquis proferat a vocē ſequiṫ eadē ratione ꝙ infinities ante hoc protuliſſet a vocē ⁊ eodemmō oporteret concedere ꝙ ita cito ſicut aliquis incipit dicere aliqđ verbū ſui pſalterii ꝙ īcipit dicere totū ſuū pſalterium qđ eſt abſurdū ſꝫ hec ratio eſt valde debilis ⁊ ad eā breuiter reſpondeo ⁊ dico ꝙ ſi a ſit iſta ꝓpō hō eſt animal ⁊ ſortes ſit in actu ꝓferendi copulam tunc ſortes ꝓfert a ꝓpoſitionē ⁊ cōcedo ꝙ infinities illā ꝓtulit ⁊ ſi nō ꝓcederet in vlteriori prolatione nunq̄ eam protuliſſet et iſta propoſitio de preterito ſortes ꝓtulit a propoſitionem dependet

Hentiſbar.

ab vna de futuro pariformа cõcedo ꝙ dicẽs vnũ verbũ pſalterij dicit totũ pſalteriũ. Si quiſpiã velit hãc negare ſortes ꝓtulit a vocẽ reſpõdeat cõſequẽter ⁊ nõ poterit deduci ad incõuenientẽs vt alias tetigi de hac ꝓpoſitiõe hec hora fuit queſtiõe prima tertij phiſicorũ.

¶ Ad ſecundũ argumentuꝫ nego illam diſiunctiuam eẽ verã in caſu poſito ⁊ cõcedo hãc ꝯñam ſortes iuuenis eſt diſputaturꝰ ergo ſortes iuuenis diſputabit eiꝰ añte negato ⁊ ad ꝓbationẽ cõcedo ꝙ ſortes iuuenis fuit diſputaturꝰ ⁊ dico ꝙ deſiit ſortes iuuenis eẽ diſputaturꝰ tñ ſortes iuuenis nũꝗ deſinebat eẽ diſputaturꝰ. Unde ſi velimꝰ diſtinguere etates hũanas in ſeptẽ ſicut eas diſtinguũt aſtrologi in tribus primis etatibꝰ ſortes fuit iuuenis ⁊ in quarta etate que ſubicitᷣ dominio ſolis ꝗ incipit a vigeſimo ſecũdo anno ⁊ durat vſꝗ ad trigeſimũ quintũ annũ vel vſꝗ ad quadrageſimũ ad ſummũ adhuc ſortes fuit iuuenis vel ſaltẽ iuuenis vir. Aut ſi velimꝰ etates diſtinguere in quattuor ſicut eas diſtinguit Auicenna capitulo tertio doctrine tertie fen prime tunc per totã primã etatẽ ſortes fuit iuuenis ⁊ poſt trigeſimũ annũ nõ amplius ſortes fuit iuuenis ſi ponamꝰ etatẽ cõſiſtẽtie inchoari in trigeſimo anno ſi vero ponamꝰ eã inchoari ſolũ in trigeſimo quinto redibit in idem qualitercũꝗ ergo diſtinguamꝰ etates oportet aſſignare vnũ inſtãs in quo ſortes deſiit eẽ iuuenis ⁊ quocũꝗ tali ſignato dico ꝙ in illo eodẽ deſiit ſortes iuuenis eẽ diſputaturus in nullo tñ inſtãti ſortes iuuenis deſiit eẽ diſputaturus tñ ſortes iuuenis nũc nõ ẽ diſputaturꝰ. ¶ Et ſi iterũ inſurgas ꝗcꝗd fuit diſputaturũ ẽ diſputaturuꝫ ſortes iuuenis fuit diſputaturus ergo ſortes iuuenis eſt diſputaturus. antecedens eſt verum ergo ⁊ conſequẽs. ¶ Reſpõdeo ꝙ ꝯña nihil valet minor eñ extremitas in minore ſtat ꝓ eo qd ẽ vel fuit ſortes iuuenis ⁊ in ꝯcluſione ſtat ꝓ eo ꝙ ẽ vel erit ſortes iuuenis. ¶ Et ſi iterũ inoportunꝰ inſurgas bene ſequitᷣ oẽ qd fuit diſputaturũ ⁊ nõ ẽ diſputaturũ deſinit vel deſiit eẽ diſputaturũ ſortes iuuenis fuit diſputaturus ⁊ nõ ẽ diſputaturꝰ ergo ſortes deſinit vel deſiit eẽ diſputaturꝰ / cõcedo ꝯñam ⁊ nego minorẽ q: bene ſequitur ſortes iuuenis fuit diſputaturꝰ ⁊ nõ ẽ diſputaturus ⁊ ſortes iuuenis ẽ vel fuit ſortes ergo ſortes fuit diſputaturꝰ ⁊ nõ eſt diſputaturꝰ cõcedo tñ hãc copulatiuã ſortes iuuenis fuit diſputaturꝰ ⁊ ſortes iuuenis nõ ẽ diſputaturꝰ. Et in caſu poſito cõcedẽde ſunt iſte ꝓpões. Sortes iuuenis in aliquo inſtãti fuit diſputaturꝰ ⁊ tñ in illo nõ fuit ſortes iuuenis diſputaturꝰ. Similiter ſortes fuit diſputaturꝰ in aliquo iſtãti ĩ quo nõ diſputat nec diſputauit. Prima ꝓpõ verificatᷣ ꝓ aliquo inſtãti preterito in quo ſortes nõ fuit iuuenis. Scḋa ꝓ aliquo inſtãti intrĩſeco tẽporis a. Et ex iſtis patet ſufficiens ſolutio ad argumentum principale.

¶ Ad confirmationẽ reſpondent aliqui ꝙ iſta propoſitio eſt falſa deus neceſſario eſt creans vel nõ creãs ⁊ hoc quia eſt vna propoſitio deꝰ diſiuncto extremo que pro nulla parte verificatᷣ: hec eñ eſt falſa deꝰ neceſſario eſt creãs. Similiter hec deꝰ neceſſario eſt nõ creãs nã ly neceſſario denotat neceſſitatẽ ferri ſupra actuꝫ creandi vel eius cõtradictoriũ mõ nullum illorũ neceſſario cõuenit deo ⁊ ne iſtud videatur ſine ratione cogẽte dictum hoc ſic probat Iheronimus pardo bene ſequitur deus neceſſario eſt creãs vel non creans ergo actꝰ creandi vel non actꝰ creandi quod eſt eiꝰ oppoſituꝫ neceſſario conuenit deo ſꝫ hoc eſt falſuꝫ q: nõ eſt dabile aliquid quod ſit actus creãdi vel non actus creandi quod neceſſario conueniat deo

Auicenna.

Iheronimꝰ pardo.

ꝙ ſi cauillando dicas ſed nõ ad intentionem argumẽti ꝙ actꝰ creandi neceſſario cõuenit deo eo ꝙ actꝰ creandi nõ eſt aliquid diſtinctum a deo. Illud nõ valet ⁊ aliter iſtud declaratur per exemplũ imaginemur ꝙ eſſet vnũ corpus incorruptibile qd vocetur a qd corpꝰ ſic ſe haberꝫ ꝙ qñ reciperet albedinẽ remoueretᷣ ab eo nigredo ⁊ ecõtra tũc iſta eẽt neceſſaria a eſt albũ vel nigrũ tñ iſta eẽt falſa a neceſſario eſt albũ vel nigrũ q: bene ſequitᷣ a neceſſario eſt albũ vel nigruꝫ ergo albedo vel nigredo neceſſario cõuenit ipi a tenet ꝯña q: illud ſic ꝑ conſequẽs qd denotatur ſic per añs. falſitas tñ ꝯñtis patꝫ q: nihil qd eſt albedo vel nigredo neceſſario conuenit ipi a nõ enim hoc quod eſt albedo vel nigredo neceſſario conuenit ipſi a demõſtrando albedinem nec hoc quod eſt albedo vel nigredo neceſſario cõuenit ipi a demõſtrãdo nigredinẽ. Cõſimiliter omnino dicatur de alꝫ. ¶ Et ſi dicas de incẽ huiꝰ ꝓpõnis deꝰ neceſſario ẽ creãs vel nõ creãs ẽ neceſſaria igitᷣ ipſa ẽ vera tenet cõſequẽtia ⁊ aſſumptũ patet q: hec eſt ſua de incẽ deꝰ eſt creãs vel nõ creãs. ¶ Reſpõdet ipſe ꝙ illa ꝓpõ deꝰ neceſſario ẽ creãs vel nõ creãs dꝫ reduci in plures ꝓpões incõiũctim ſumptas ꝗ ſi ambe ſũt cõtingẽtes ipa ẽ falſa ſi vero vna ſit neceſſaria illa ẽ vera q: aũt nulla iſtarũ eſt neceſſaria deꝰ eſt creãs deus eſt non creans propterea illa de ſenſu diuiſo eſt falſa.

¶ Sed contra hunc modũ dicẽdi ſic arguo iſta ẽ neceſſaria deꝰ ẽ creãs vel nõ creans ergo iſta ẽ vã deꝰ neceſſario ẽ creãs vel nõ creãs ꝓbo ꝯñaꝫ ſic ſi accipiatᷣ aliqua ꝓpõ in qua aliquid denotatᷣ cõpetere alteri tũc ſi ponatᷣ aliquis modꝰ tũc ratione illius illud idẽ denotatᷣ alteri cõpetere ⁊ hoc ſecũdũ exigẽtiã illiꝰ modi hoc declaratᷣ inductiue de oibus modis accepta hac ꝓpõne deus eſt creãs per illam denotatur illud predicatũ actualiter cõpetere ſubiecto puta deũ actualiter creare ſed ꝑ hãc deꝰ poſſibiliter ẽ creans nõ denotatᷣ ipſuꝫ deũ actualiter eẽ creantẽ ſꝫ poſſe exire in actuꝫ creandi: ⁊ ꝑ iſtã deꝰ impoſſibiliter eſt creãs denotatᷣ illud ꝑdicatũ nõ poſſe cõpetere illi ſubiecto cũ igitᷣ ꝑ hãc deꝰ eſt creãs vel nõ creans denotetᷣ actũ creandi vel nõ creandi ad eẽ deo per iſtam deꝰ neceſſario eſt creans vel nõ creans denotabitᷣ neceſſariã eẽ cõnexionẽ predicati ad ſubiectũ quod cõſtat eſſe verum ꝙ ſi dicas me ꝓbare dumtaxat illam propoſitionẽ eẽ veram in ſenſu compoſito ⁊ non in ſenſu diuiſo nõ ſatiſfacis argumento ſi recte ponderes denotationem ⁊ ſignificationem huius modi neceſſario.

¶ Secũdo ſic arguo bene ſequitᷣ deꝰ neceſſario eſt ens ergo deus neceſſario ẽ creãs vel nõ creãs tenet cõſequẽtia a conuertibilibꝰ ſubiecta eñ ⁊ copule illarũ ꝓpõnũ ꝯuertuntᷣ ſimiliter ⁊ predicata / oẽ eñ diſiũctũ ex terminis cõtradictorijs cõuertitᷣ cuꝫ tranſcendẽte ⁊ omnia ſeruantᷣ paria igitᷣ antecedẽs ⁊ cõſequens cõuertuntur antecedẽs aũt eſt verũ igitur ⁊ cõſequẽs. Huic rationi quidã nititur reſpondere dicens ꝙ illa ꝯña facta nõ valet et nõ arguitur ibi ſcḋm acceptioneꝫ ſcḋm quam termini ſunt cõuertibiles ſed et dicit ſic oporteret arguere deꝰ neceſſario ẽ ens ergo deꝰ neceſſario eſt creãs vel non creans qd ẽ que eſt vera ⁊ neceſſaria. Poſtea dicit ꝙ repugnantia eſt negare iſtã diſiunctiuã deꝰ neceſſario ẽ creãs vel deꝰ neceſſario eſt nõ creãs ⁊ cõcedere iſtã de diſiũcto deꝰ neceſſario ẽ creãs vel nõ creãs. Poſtea dicit ꝙ arguẽdo a ꝓpõe de diſiuncto predicato cuiꝰ copula determinatᷣ ꝑ neceſſe ad vnã diſiunctiuam ſibi correſpondentẽ conſequentia eſt bona quando illud diſiunctum eſt com

poſitum ex terminis cõtradictoꝛijs vbi autem non eſſet cõpoſitũ ex terminis cõtradictorijs non valeret modꝰ arguẽdi nõ ſequitur. Iſte partes neceſſario ſunt binarius vel ternarius vel quarternariꝰ ⁊ ſic cõſequenter de alijs numeris ergo iſte partes neceſſario ſunt binariꝰ vel iſte ptes neceſſario ſunt ternariꝰ vel iſte partes neceſſario ſunt q̃ternariꝰ ⁊ ſic de alijs demõſtrãdo cũ partes vnius materie ꝓcedendo ſemper materialiter antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum.

**¶ Sed cõtra hũc ſic arguo ipſe expli**cat ſenſum huius ꝓpõis deus neceſſario eſt nõ creãs hoc pacto deus neceſſario eſt qđ nec ẽ nec fuit nec erit nec põt eẽ creãs ⁊ ſenſum huius ꝓpõnis de diſiuncto deus neceſſario ẽ creãs vel nõ creãs ſic deꝰ neceſſario eſt creãs vel qđ nec fuit nec erit nec põt eẽ creãs ⁊ ꝑ cõſequẽs ſenſũ huius deꝰ neceſſario eſt creans debebit explicare hoc pacto deꝰ neceſſario ẽ qđ eſt vel qđ fuit vel erit vel põt eẽ creãs ⁊ ſic male negauit illã diſiunctiuã. ꝙ ſi velit explicare ſenſũ huiꝰ ꝓpõnis deus neceſſario eſt creãs hoc pacto ſecũdũ mentẽ magiſtri georgij deus neceſſario eſt aliquid qđ neceſſario eſt creans tũc male cõcedit hãc cõſequẽtiam deꝰ neceſſario eſt ens ergo deus neceſſario eſt creans vel non creans quod eſt/ ſenſus cũ ꝯñtis ſic deberet explicari deꝰ neceſſario eſt aliquid qđ neceſſario eſt creãs vel aliquid qđ nõ eſt creãs quẽ ſenſũ conſtat eẽ falſũ vt patet dãdo de incẽ illius ꝓpõnis que eſt falſa deo creãte. Propterea qualitercunq̃ iſte dicat neſcit cõtradictionem euadere/ nulla enĩ eſt apparentia cõcedere hanc iſte partes neceſſario ſunt binarius vel ternarius vel quaternarius ⁊ ſic de alijs demõſtrando partes vnius materie et negare hanc deus neceſſario eſt creans vel nõ creans quẽadmodũ eñi in ſecũda ꝓ nulla parte ꝓuenit verificatio ita etiã illud diſiunctũ in pꝛima ꝓ nulla parte verificatur Nulla eſt ratio diſcriminis dicere ꝙ vnũ cõponit̃ ex terminis contradictoꝛijs ⁊ aliud non. Propterea hieronimꝰ poſtq̃ negauit hãc deꝰ neceſſario eſt creãs vel nõ creãs recte negauit hãc a neceſſario eſt albũ vel nigrũ in caſu poſito. Et eodẽ argumẽto oĩno quo ꝓbat hãc eẽ falſã deus neceſſario eſt creans vel nõ creãs eodẽ penitus ꝓbabit̃ hanc eẽ falſam Iſte partes neceſſario ſũt binariꝰ vel ternariꝰ vel quaternariꝰ ⁊ ſic de alijs qđ ſic oſtẽdo ⁊ pono ꝙ iſte terminus binariꝰ cõuertat̃ cũ iſto termino a ⁊ totũ reſiduũ illiꝰ diſiũcti ternariꝰ vel quaternariꝰ vel quinariꝰ ⁊c. cum iſto termino b tũc hec erit cõcedẽda. Iſte partes neceſſario ſunt a vel b ⁊ clarũ ẽ ꝙ illa nõ verificat̃ ꝓ ſcđa parte igit̃ ipa verificat̃ ꝓ pꝛima. Si negat ꝯñam negabo et ſimilẽ ſi cõcedat habeo ꝓpoſitũ. ¶ Dico igit̃ hãc cõſequẽtiã fuiſſe optimã deus neceſſario ẽ ens ergo deꝰ neceſſario eſt creãs vel nõ creãs ſiue teneat̃ ꝙ terminꝰ ſequẽs ly neceſſario debet verificari mediãte ly neceſſario vel nõ ⁊ ꝯcedo illã de diſiũcto negata diſiũctiua hac deꝰ neceſſario eſt creãs vel deꝰ neceſſario ẽ nõ creans nec hoc aliquã iuoluit repugnãtiã ⁊ tũc ad argumentũ adductũ dico ꝙ iſta ꝯña nihil valet deꝰ neceſſario ẽ creãs vel nõ creãs ergo actꝰ creãdi vel nõ actꝰ creãdi neceſſario cõuenit deo q2 ly vel in cõſequẽte diuiſiue tenet̃. Unde ly neceſſario in añte determinabat totum diſiunctũ in ꝯñte vero non Propterea denotatur verificatio ꝓ altera parte in ꝯñte non aũt denotabat̃ in añte. Eodẽmodo in caſu poſito cõcedo hãc a neceſſario eſt album vel nigrũ ⁊ ꝙ a neceſſario ineſt albedo vel nigredo licet nec ei neceſſario inſit albedo nec etiã neceſſario inſit nigredo ⁊ ſi recte iſpiciatur natura vis ⁊ ſignificatio clarebit ita eſſe dicendum prout iã dixi-

mus. ¶ Multa in hoc argumẽto intacta relinquo quomodo videlicet ſit facienda verificatio termini ſequentis ly neceſſario ⁊ qualiter ſit exprimẽda ampliatio ipſius ſed illa noſtro pꝛopoſito eſſent impertinẽtia ⁊ poſtea ſuo loco tractabuntur.

**¶ Secundo pꝛincipaliter arguit̃ ſic** ſi dicta eſſent vera ſequerẽtur duo cõtradictoꝛia ſimul vera qđ eſt abſurdũ. Sequela tñ ſic ꝓbatur Iſte cõtradicũt ſoꝛtes incipit eẽ albꝰ vel niger ſoꝛtes nõ incipit eẽ albus vel niger ⁊ in aliquo caſu ſunt ſimul vera ergo pꝛopoſitũ ꝯña eſt clara cũ maioꝛe ⁊ minoꝛ pꝛobat̃ ⁊ pono caſum ꝙ ſoꝛtes toto tẽpoꝛe ſue vite fuit niger nũc aũt pꝛimo ſit albꝰ iſto caſu poſito ꝓbo affirmatiuã bñ ſequit̃ ſoꝛtes incipit eẽ albꝰ ergo ſoꝛtes incipit eẽ albꝰ vel niger tenet iſta ꝯña a parte diſiũcti ad totũ diſiũctũ ſ cũ aliquid cõpetat parti alicuiꝰ diſiũcti illud toti diſiuncto cõpetet. añs aũt illius conſequentie eſt verum vt patet ex caſu igitur ⁊ ꝯñs ⁊ ſic habetur veritas affirmatiue/ ꝙ autem negatiua ſit vera pꝛobo ſic ſoꝛtes immediate ante inſtans quod eſt pꝛeſens fuit albus vel niger ⁊ immediate poſt inſtãs qđ ẽ pñs ſoꝛtes erit albꝰ vel niger igit̃ ſoꝛtes nõ incipit eẽ albꝰ vel niger tenet ꝯña nã oppoſitũ ꝯñtis antecedẽti repugnat veritas aũt antecedẽtis clara ẽ ex caſu ⁊ ꝑ conſequens negatiua ẽ vera ⁊ ita habent̃ duo contradictoria ſimul vera quod erat pꝛobandum.

**¶ Et cõfirmat̃ pꝛobando idẽ aſſum**ptum ⁊ pono caſum cõmunem ꝙ occurrant mihi duo pauperes ſoꝛtes ⁊ plato ꝯſtituti in extrema neceſſitate ⁊ habeã vnũ panẽ cũ quo vni illoꝛũ pꝛeciſe poſſem ſubuenire ⁊ nõ illis duobus. Iſto caſu poſito accipio iſtas duas cõtradictoꝛias iohãnes obligat̃ dare panẽ ſoꝛti vel platoni iohãnes nõ obligat̃ dare panẽ ſoꝛti vel platoni ⁊ ſic arguo ille due ſunt ſimul vere igit̃: ꝙ affirmatiua ſit vera ꝓbo in extrema neceſſitate omnia debẽt eẽ cõmunia vt habet̃ de cõſe. diſti. v. c. diſcipulos/ ⁊ maxime cibaria ꝑ. l. ij. §. cũ in eadem naui. ff. ad. l. rodi. de iac. igitur ille panis ẽ cõmunis illis ⁊ per ꝯñs eũ obligoꝛ dare ſoꝛti vel platoni ⁊ ſic habetur veritas affirmatiue. negatiuã tñ ꝓbo ſic iohannes non obligatur illum panẽ dare ſoꝛti nec eũ obligat̃ dare platoni igit̃ iohãnes nõ obligat̃ dare illũ panẽ ſoꝛti vel platoni ⁊ per conſequens habetur illarum duarũ contradictoꝛiarum veritas.

**¶ Ad ſecundũ pꝛincipale reſponde**tur negando ꝙ ex dictis ſequatur duo contradictoꝛia eẽ ſimul vera ⁊ ad pꝛobationẽ admitto iſtas cõtradicere ſoꝛtes incipit eẽ albus vel niger ſoꝛtes nõ incipit eẽ albus vel niger. Et dico ꝙ in caſu dato negatiua ẽ vera ⁊ affirmatiua falſa ⁊ qñ ꝓbas affirmatiuã ſic arguẽdo ſoꝛtes incipit eẽ albus ergo ſoꝛtes incipit eẽ albus vel niger nego ꝯñaꝫ añte cõceſſo ⁊ dico vlterius ꝙ bonitas illiꝰ ꝯñe fundatur in falſa imaginatione videlicet ꝙ arguendo a parte diſiuncti ad totum diſiunctũ vtrobiq̃ valet modus arguendi/ quemadmodum eñi dictum eſt ꝙ a pꝛopõe de diſiuncto complexiue capto non valet argumentũ ita neq̃ a parte diſiuncti ad totum diſiunctum valet argumentũ. Nã ad veritatẽ propoſitionis de diſiũcto complexiue capto impertinẽs eſt ꝙ illđ competat alicui parti diſiuncti quod toti diſiuncto denotatur competere aut ꝙ nulli eiꝰ parti cõpetat. Unde in multis fallit huiuſmodi argumẽtũ deficit eñi quando totum diſiunctũ determinatur ſigno diſtributiuo. Nõ enim ſequitur aſinus eſt aſinus igit̃ omnis homo vel aſinus eſt aſinus. nec ſequitur ſoꝛtes

differt ab aſino igiť ſortes differt ab homĩe vel aſino. Deficit etiã qñ totũ diſiunctũ determinať aliquo ſigno includẽte negationẽ queadmodũ ẽ ly incipit. Fallit etiã qñ diſiũctũ determinatur aliquo ſigno demõſtratiuo nõ em̃ ſequitur aſinus eſt aſinus igiť iſte homo vel aſinus eſt aſinus demõſtrãdo ſortem per illud diſiunctum ſingulari ſatuꝫ deficiť etiã in multis aliis. Nã nõ ſequiť chymera nõ eſt hõ igitur ſortes vel chimera non eſt homo illo diſiuncto cõplexiue capto ſimiliter nõ ſequitur cognoſco hominẽ ergo cognoſco hominem vel aſinum ⁊ ratio in oĩbus iſtis eſt q: quando diſiunctum complexiue tenetur : aliquid denotať cõpetere vel non cõpetere toti diſiuncto non aũt parti vt dictũ eſt. Et propterea ad probandum aliquid cõpetere vel non competere alicui diſiuncto impertinẽs eſt ꝓbare ꝙ illud alicui parti diſiuncti competit aut non competit. Redeundo ad propoſitũ patet ꝙ iſta cõſequentia non valet ſortes incipit eſſe albus ergo ſortes incipit eſſe albus vel niger queadmodũ etiã nõ ſequiť ſortes incipit ſcire a igiť ſortes icipit ſcire a vel b ſi em̃ nũc prio ſortes ſciat a. b vero nũc ſciat ſciuerit ⁊ ſciet tunc antecedens eſt verum ⁊ non conſequens.

¶ Ad cõfirmationẽ admiſſo caſu reſpõdeť cõcedẽdo affirmatiuã ⁊ ad ꝓbationẽ negatiue nego hãc cõſequẽtiã iohãnes non obligatur illũ panẽ dare ſorti nec obligatur illũ panẽ dare platoni igitur nõ obligatur illũ panẽ dare ſorti vel platoni / immo iohãnes nulli hoĩ obligatur dare illũ panẽ: vt patet per aſcenſum ſub termino diſtributo ſed iohãnes obligať dare panẽ alteri illorum duorũ. ¶ Forte replicas ponẽdo caſuꝫ ꝙ nulli illorũ dẽ illũ panem ⁊ ꝙ vterqꝫ illorũ moriať ⁊ tũc petis an ego peccẽ vel non. Si ſecundũ ſequiť ꝙ nõ erã obligatus dare illũ panẽ alicui illoꝝ. Si primũ hoc maxime eẽt pctõ homicidii ſed videť ꝙ nõ q: nulli⁹ ſuꝫ homicida ſi ei alicui⁹ ſum homicida ⁊ nõ videť maior ratio de vno q̃ de alio ergo cuiuſlibꝫ ſuꝫ homicida vel nulli⁹ primũ videť eſſe durũ qñ tũc duoꝝ eſſem homicida quoꝝ vitã ſaluare nequibã ⁊ ꝑ ꝯñs dãdũ eſt ſecũdũ ⁊ ita nõ ſuꝫ homicida nec pecco nec obligabar dare panẽ alteri illorum.

¶ Secundo ſic ponẽdo caſum ꝙ ego habeã has duas nolitiones nolo hũc panẽ dare ſorti nolo hũc panẽ dare platoni tũc nulla illarũ nolitionũ eſt peccatũ mortale vt em̃ cõceſſuꝫ ẽ nõ obligor dare ſorti illũ panẽ igiť nolẽdo ſorti dare panẽ non pecco mortaliter igiť ſi nulli⁹ actus volũtatis mee in illo caſu eſt peccatũ mortale ſequiť ergo ꝙ nõ pecco dato ꝙ non dem panem alicui illorũ ⁊ per conſequẽs ego non obligabar dare panem alicui illorum.

¶ Reſpõdeo ꝙ ad hec argumẽta nõ ſuꝫ obligat⁹ tibi reſpõdere petis em̃ a puro artiſta difficultatẽ theologicã / qd̃ artiſtarũ eſt ꝓmittũt artiſte / ⁊ qd̃ medicorũ eſt ꝓmittũt medici / tractãt fabrilia fabri ꝙ ſi oĩno infeſtus ⁊ inoportun⁹ inſiſtas vt dem tibi ſolutionẽ tuorũ argumẽtorũ dabo tibi ſolutionẽ p̃ceptoris mei quã ponit diſtinctiõe decima quĩta q̃ſtiõe q̃nta in quarto ſentẽtiarũ. Et dico ad primũ argumẽtum ꝙ illo caſu poſito cuiuſlibet ſuꝫ homicida / poterã em̃ impedire ne ſortes moreret ⁊ nõ impediui ꝓpterea ei⁹ ſuꝫ homicida pariformã platonis ſuꝫ homicida / Sꝫ imputabiliter vni⁹ ſoli⁹ ſum homicida / hoc ẽ de⁹ nõ imputat mihi niſi em̃ acſi eẽt vn⁹ ſol⁹ ⁊ illi non ſubuenirẽ. Si petas ꝓ quo illorum imputať mihi homicidiũ. Reſpondet ibidẽ q̃re a deo reſpõſionẽ placet mihi reſpõſio mã ꝓterue q̃ſtiõi ꝓterua dãda eſt rñſio.

Johannes maioris.

¶ Ad aliõ admiſſo caſu diciť ꝙ nulla illarũ nolitionũ eſt pctm̃ mortale / ſed ſi haberẽ hãc nolitionẽ nolo dare alicui iſtorũ illa eẽt peccatũ mortale nihilominu⁹ adhuc pecco habẽdo illas duas nolitões ⁊ nullũ aliũ actũ habẽdo videlicet omiſſiue omittendo illud facere ⁊ velle ad qd̃ ego teneor. Et ſi dicas ego teneor habere p̃parationẽ animi vt ſi poſſem ſorti ſuccurrere ꝙ ei ſuccurrerẽ ⁊ ſimiliter de platone igiť quelibet illarũ nolitionũ eſt mala / Dico ꝙ ex illo nõ poteſt haberi ꝙ quelibet illarum nolitionũ ſit mortalis aut aliqua earum ſed ſi aliquid concludas ſolũ potes concludere talem nolitionem eſſe venialẽ hiis paucis contentus reſideas oportet.

¶ Tertio principaliter arguiť ſic ſi dicta eẽnt vera ſequereť hãc eẽ cõcedẽdã neceſſarium vel nõ neceſſariũ antecedit ad neceſſariũ q̃ tñ ꝓpõ eſt falſa vt claret ex ꝓpõne explicãte ipi⁹ ſenſuꝫ. Nã ꝑ illã ꝓpõnẽ denotať ꝙ ꝓpõ in qua poniť iſtud diſiunctũ neceſſariũ vel nõ neceſſariũ antecedit in bona cõſequẽtia ad ꝓpõnẽ in qua poniť iſte termin⁹ neceſſariũ ita ꝙ hec ꝯſequẽtia ẽ bona quacũqꝫ ꝓpõne demõſtrata hec ꝓpõ ẽ neceſſaria vl̃ nõ neceſſaria ergo hec ꝓpõ ẽ neceſſaria mõ claret hoc eẽ falſum / ꝙ tñ illa ꝓpõ ſit cõcedẽda ꝓbo ſic bene ſequiť neceſſariũ antecedit ad neceſſariuꝫ igiť neceſſariũ vel nõ neceſſariũ antecedit ad neceſſariũ tenet cõſequẽtia a pte diſiũcti ad totum diſiunctum quocunqꝫ impedimento ſecluſo.

¶ Et confirmatur ſecũdũ dicta iſta eẽt negãda oẽs hoĩes vl̃ aſini ſunt aſini capiẽdo ly oẽs collectiue ꝓbo tñ ꝙ nõ ſua ꝯdictoria eſt falſa non oẽs hoĩes vel aſini ſunt aſini deſcẽdẽdo enim copulatiue ſub ſubiecto inueniť vna ſingularis falſa demõſtrãdo aſinos ⁊ ꝑ cõſequens ſecundũ dicta neceſſe erit negare quodlibet contradictorium.

¶ Ad tertiũ principale reſpondetur ꝙ hec ꝓpõ eſt diſtinguenda neceſſariuꝫ vel non neceſſarium antecedit ad neceſſariuꝫ. Si em̃ illud diſiũctũ ſupponat perſonaliter ſic illa propõ eſt vera et per eã denotatur ꝙ aliqua ꝓpoſitio neceſſaria vel nõ neceſſaria antecedit ad propoſitionem neceſſariam ⁊ hoc ẽ verum. Sed ſi illud diſiunctum ſupponat materialiter tunc illa propõ eſt falſa ⁊ per eaꝫ denotatur ꝙ hoc diſiunctum neceſſariũ vel non neceſſariũ poteſt inferre in bona ꝯña hũc terminũ neceſſariuꝫ nec valet iſta conſequentia neceſſarium antecedit ad neceſſariũ ergo neceſſarium vel non neceſſariũ antecedit ad neceſſariũ : nec ibi arguiť a parte diſiuncti ad totũ diſiunctuꝫ: diſiunctũ em̃ quando ſtat materialiter perdit rationeꝫ diſiuncti. Sed petes tenendo ly vel ſignificatiue et alias duas partes materialiter quomodo illud totale ſubiectum ſupponit / ⁊ pariformã eſſet queſtio de hac ꝓpõne ly homo vel ly animal eſt dictio diſſillaba. Ad iſtud reſpondet. Hieronimus pardo ꝙ illud totũ diſiunctuꝫ ſupponit ꝑſonaliter tñ partes diſiuncti materialiter ſupponũt. Sed iſtud non valet ſtando in diffinitione que cõmuniter dari ſolet de ſuppoſitiõe perſonali illud em̃ diſiunctũ non ſtat confuſe pro ſuo ſignificato vltimato ⁊ per conſequens nõ ſupponit ꝑſonaliter poſtq̃ etiã nulla ps illi⁹ diſiũcti ſupponit ꝑſonaliter immo due ei⁹ ptes ſupponũt materialiter. maior eẽt apparẽtia dicere ꝙ totũ diſiũctũ ſupponit materialiter vel ſuppoſitione mixta nõ ex ſuppoſitione materiali ⁊ ꝑſonali ſꝫ ex ſuppoſitiõe materiali ⁊ termino ſignificatiue tẽto. Et elige alterũ iſtoꝝ qñ redit in idem ⁊ omnino ſtat ad nomẽ dicere vnũ vel aliud.

Hieronimus pardo.

¶ Ad confirmationē reſpōdetur ꝙ hec eſt diſtinguenda omnes homines vel aſini ſunt aſini. ſi eīm ly omnes collectiue tentū cadat preciſe in primaꝫ partē tunc ly vel diuiſiue tenetur ⁊ illa ꝓpō eſt vera/ ꝙ ſi ly omnes cadat in totum tunc ly vel cōplexiue tenetur ⁊ illa propoſitio eſt falſa quēadmoduꝫ et iſta omnes homines vel aſini ſunt homines vel aſini ſigno ſemper cadē te in totum ⁊ nego ſuaꝫ contradictoriam eē falſam immo hec eſt vera nō omnes homines vel aſini ſunt aſini. Et ad illō qō tāgis de deſcēſu ⁊ de ſuppoſitione illi⁹ termini homines vel aſini poſtea reſpōdebiť. Multa alia de diſiunctis cōplexiue captis dici poſſent ſed diuerſis in locis videbunť: intētionis eīm mee nunc eſt dumtaxat aſſignare modū qui ſit fundamentum cognoſcēdarum veritatum huiuſmodi ꝓpoſitionum. Et hec de difficultate ſecunda.

Pro itellectu hui⁹ tertie difficultatis eſt aduertēdū ꝙ ly vel dicitť teneri diuiſiue qñ denotat aliquid cōpetere vel nō cōpetere alicui parti diſiuncti/ ⁊ ly vl' captū hoc mō quoad aliq̄ ſe habet ſicut ly ⁊ diuiſiue tētū. Et debet mutari in ly ⁊ vel negari in altera cōtradictoriarū vt ſuo loco videbiť ⁊ ſecundū hoc iſte ꝓpōnes ſunt diſtinguēde ſortes vel chimera non eſt hō omnis hō vel aſinus eſt aſinus iſte hō vel aſin⁹ ē aſinus. Nā ſi ly vel cōplexiue in omnib⁹ his teneať ipe ſunt falſe. Ultima q̄dē ſingulariſando totū ſubiectū ꝓ homine ſi aūt ly vel in eis diuiſiue teneať oēs ille ſunt cōcedēde ꝑ primaꝫ eīm denotatur ꝙ ſortes nō eſt hō vel ꝙ chimera nō eſt hō ꝑ ſecūdā vero denotať ꝙ omnis hō eſt aſinus vel ꝙ aſinus eſt aſin⁹ nō enim cadit ly omnis in totū diſiunctum ſi ly vel diuiſiue teneatur nec ꝓnomē demonſtratiuum totuꝫ diſiunctū ſingulariſabit ſi ly vel diuiſiue teneať. Unde breuiter pono regulā generalem ꝙ nunq̄ ly vel accipitur diuiſiue qñ coniungit inter partes diſiuncti qō quidem diſiunctum accipitur vnica acceptione.

¶ Contra predicta prīo pricipaliter argniť ſic. Si dicta eēnt vera ſequerenť duo cōtradictoria ſimul vera in aliquo caſu. Sequela ſic ꝓbať et accipio iſtas duas contradictorias oē aīal oīs hō vel oē brutū eſt aliqō aīal nō oīs hō vel oē brutū eſt. ⁊ pono caſum ꝙ ſortes et brunellus ſint ſolum in mundo iſto poſito ſic arguo vel affirmatiua eſt vera vel non ſi ſecundum ſequitur ꝙ dantur duo contradictoria ſimul falſa. Si primum ſic arguo bene ſequitur oē aīal oīs hō vel oē brutuꝫ ē igiť oīs hō vel oē brutū oē aīal eſt cōſequēs eſt falſuꝫ vt patet per ſuā diſiunctiuā oīs homo omne animal eſt vel omne brutū omne aīal eſt. Conſequentia vero tenet ab equiualentibus.

¶ Et cōfirmatur ſi dicta eſſent vera ſequeretur hanc eſſe cōcedēdaꝫ omnis ꝓpō vel eius cōtradictoria eſt vera illo diſiuncto accepto diuiſiue. Sed probo ꝙ nō bene ſequiť omnis ꝓpoſitio vel ei⁹ contradictoria eſt vera hō eſt aſinus eſt propoſitio vel eius contradictoria ergo hō eſt aſinus eſt aſinus ē vera. Cōcluſio eſt falſa non minor ergo maior.

¶ Ad primū pricipale cōmuniter reſpōderi ſolet ꝙ in caſu poſito iſta ꝓpō eſt vera oē aīal omnis hō vel omne brutū eſt iſta tamē eſt falſa omnis homo vel oē brutuꝫ omne animal eſt ⁊ negatur ꝙ ille ꝓpoſitiones equiualeāt. Et ad ꝓbationē dicitť ꝙ illō diſiūctū diuiſiue captū/ nō ſupponit eodē mō in illis duab⁹. Nā in prima ſtat cōfuſe tm̄ in ſcđa vero nō. Nō eīm eſt incōueniēs ꝙ illud diſiunctū habeat vnā ſuppōnē diſtinctā a ſuppōnibus partiū. Sꝫ iſtud nō capio q: ſi in prima ꝓpōne diſiunctū ſupponit cōfuſe tm̄ ſequitur ꝙ in ſcđa accipiť vnica acceptione ⁊ ideo cōplexiue ibi teneť ⁊ nō diuiſiue. dictū eīm eſt ꝙ nūq̄ ly vel teneť diuiſiue qñ poniť inter partes diſiūcti qō quidē diſiunctū accipitur vnica acceptione. Propterea aliter reſpondeo ad argumentū cōcedendo ꝙ oēs termini eodē mō ſupponunt in illis duabus formaliter ⁊ equalēter tamē ille ꝓpōnes nō equiualent eo ꝙ nō ſunt ꝓbabiles rōne vni⁹ ⁊ eiuſdē ſigni prima eīm ꝓbabilis ē rōne ſigni vlis nec reducēda ē ad diſiūctiuā niſi prīo deniť ſingulares ſub ſubiecto. Scđa vero prīo ꝓbabilis ē rōne de ly vl' ⁊ imediate dꝫ reduci ad diſiūctiuā ⁊ iſtō ſumme notādū ē q: i multis alijs impedit equiualentiaꝫ ꝓpōnū vn̄ iſte due ꝓpōnes nō equiualēt ſortes ab oī hoīe ꝑter ſortē differt ſortes differt ab hoīe ꝑter ſortē. prīa eīm ē vera ⁊ ſcđa falſa ꝓpter ſuam ſcđaꝫ exponētē oīs hō preter ſortē ē nec ē dāda alia ratio niſi q: ille due ꝓpōnes nō ſunt ꝓbabiles rōe eiuſdē ſigni ⁊ hoc etiam ſumme notetur in alijs.

¶ Ad cōfirmationē reſpōdetur hāc eſſe veram omnis propoſitio vel eius contradictoria eſt vera ⁊ quando dicis ex ea ſequitur falſum ſic arguendo omnis propoſitio vel cuis contradictoria eſt vera homo eſt aſinus eſt propoſitio vel eius contradictoria ergo homo eſt aſinus eſt propoſitio vera. Concluſio eſt falſa non minor ergo maior. Dico ꝙ conſequentia nihil valet illud enim ꝙ ſumitur pro medio in neutro premiſſarum diſtribuitur ⁊ de his plura dicentur in primo priorum. Et hec de tertia difficultate ⁊ ꝑ cōſequens de tertia parte principali.

¶ Sequitur quarta pars.

Hec quarta pars duab⁹ difficultatibus terminabitur in prima breuiter ⁊ ſuccincte videbimus an ſunt plures ſpecies ꝓpoſitiōis ypothetice ꝙ̄ tres ſupre aſſignate. In ſcđa vero difficultate ſuccīcte admodū videbiť quid reqrať ad veritatē taliū hypotheticaꝝ ſuppoſito ꝙ plures ſint ꝙ̄ ſ aſſignate. Et etiam comparabuntur iſte ſpecies inter ſe. Pro expeditione prime difficultatis.

¶ Arguitur prīo ꝙ ſint plures ſpecies iſta ē ypothetica ſol lucet ergo dies ē ⁊ tm̄ nec eſt ꝯditionalis nec copulatiua nec diſiūctiua vt ſatis clarū ē ex diffinitionib⁹ datis igiť aſſignāde ſunt plures ſpecies ꝙ aūt illa ꝓpō ſit ypothetica patet q: ipſa eſt ꝓpō ⁊ nō eſt cathegorica igiť eſt ypothetica.

¶ Scđo arguitur ad idē iſta eſt ypothetica quia deus eſt mundus eſt ⁊ non cōtinetur ſub aliqua ſpecierum aſſignatarum igitur preter ſpecies poſitas ponende ſunt alie.

¶ Tertio ſic hec ꝓpoſitio ſortes currit ꝙ̄uis plato non currit eſt ypothetica ⁊ tamē nō cōtinetur ſub aliqua ſpecie ergo propoſitum.

¶ Quarto ſic iſta ꝓpoſitio nō ſi homo eſt animal eſt que eſt contradictio conditionalis affirmatiue eſt propoſitio ypothetica ⁊ tamen non cōtinetur ſub aliqua ſpecie data ꝙ ſic probo. Si contineretur ſub aliqua ſpecie maxime cōtineretur ſub cōditionali ſed ipſa non contineť ſub conditionali igiť ꝙ non contineatur ſub cōditionali ſic probo in ea nō denotatur illatio alicuius partis ex alia ergo ipſa nō ē cōditionalis. Cōſequētia ē clara q: ille ē mod⁹ ſignificandi conditionalis.

¶ Quinto ⁊ vltimo arguitur ſic oēs iſte ꝓpoſitiões ſunt hypotheticē ſortes currit vbi plato currit / ſortes diſputabit qn̄ ipſe erit prior ſorte. Sortes eſt tantus quantꝰ est plato ſortes eſt talis qualis eſt plato ⁊ tn̄ nulla earū ↄtinet̃ ſub aliq̄ ſpē igit̃ plures ſunt ſpēs aſſignādē ꝙ oēs iſte ꝓpoſitiões ſunt hypotheticē patʒ qꝛ q̄libet earū equalet hypotheticē. In qualibet etiā cōiungunt̃ cathegoricē per aliquā notā. Pro ſolutione huius difficultatis ⁊ horum argumentorum.

¶ Aduertendū eſt ꝙ communiter loquētes dicūt ꝙ plures ſunt ſpecies ꝓpoſitiōis hypotheticē ꝙ tres predicte. Et dicūt ꝙ rōnalis ⁊ cauſalis ſūt ꝓpoſitiōes hypotheticē ⁊ includunt̃ ſub ↄditionali qꝛ rōnalis ⁊ cauſalis ſunt cōſequentie ſicut ⁊ cōditionalis vlterius tamen dicunt ꝙ alie propoſitiones de quibus mentio habita eſt in tertio argumento principali in quarto ⁊ in quinto non ſunt propoſitiones hypotheticē ſed cathegoricē. De temporalibus etiā dictuʒ fuit queſtione octaua ꝙ ſunt cathegoricē ⁊ per hoc patʒ ſolutio ad ſingula argumenta. Primum enim ⁊ ſcōm concludunt verum: alia autem tria non.

¶ Cōtra predicta arguit̃ primo principaliter ⁊ primo arguit̃ probando ꝙ ꝓpoſitiō expletiua veʒ illa que ſumit denominationē ab iſta nota licet vel ab iſta nota quāuis ſit propoſitio hypothetica. Et ſic arguo ꝓpoſitiō copulatiua dicit̃ eſſe hypothetica qꝛ in ea cōiungunt̃ due cathegoricē per vnā notā copulatiōis ſʒ ita bene cōiūgunt̃ due cathegoricē ꝑ notam expletiōis igit̃ talis ꝓpoſitiō expletiua eſt hypothetica.

¶ Et confirmat̃ nunq̄ aliqua ꝓpoſitio in ſuppōne perſonali poteſt ſubijci ſed ſi propoſitio expletiua ſit cathegorica ſequit̃ ꝙ in tali ꝓpoſitiōne ſubijcit̃ aliqua propoſitio: igitur nō eſt dicendū ꝙ aliqua talis ſit cathegorica ⁊ idē argumentū poterit fieri ad probandū ꝙ propoſitiones locales ⁊ temporales ſunt hypotheticē ⁊ non cathegoricē.


Paulus venetus. ¶ Ad primū pricipale reſpōdet paulus venetꝰ ꝙ note que poſſūt cōiungere ꝓpoſitiōnes ſunt in multiplici dr̄ia. Quedā enim note nō poſſūt ↄiungere ꝓpoſitiōes de per ſe intelligibiles. Quedā lʒ poſſint cōiungere ꝓpoſitiōnes de per ſe intelligibiles includūt tn̄ aliqd̄ ſincathegoreuma habēs ſe per modū redditiui quedam aūt note ⁊ cōiungūt ⁊ nihil includūt: exemplum primi de nota expletiōis nō enim cōgrue poſſumus dicere lʒ ſortes currit ſortes nō mouet̃. Sed ↄgrue dicit̃ licet ſortes currat ſortes nō mouet̃ mō patʒ ꝙ ly ſortes currat nō eſt ꝓpoſitiō per ſe intelligibilis. Similiter nō poſſumꝰ ↄgrue dicere ſortes attēte aduertit ne ſibi cōcluditur ſed recte dicitur ne ſibi cōcludatur ſortes attente aduertit. Exemplū ſecundi de nota cauſali locali vel temporali. Unde licet iſte note poſſunt cōiungere propoſitiones per ſe intelligibiles. tamen includūt aliud per modum redditiui. Naʒ ly quia includit ly idō ly vbi includit ly ibi ly quando includit ly tunc: verbi gratia. Senſus huius ꝓpoſitiōis qꝛ homo eſt aīal ē eſt iſte qꝛ homo eſt ideo aīal eſt. Similiter ſenſus huiꝰ propoſitionis vbi tu fuiſti ego fui eſt iſte vbi tu fuiſti. ibi ego fui: ⁊ eodem modo dicatur de nota temporali. Exemplum tertij vt nota copulatiua diſiunctiua ⁊ cōditionalis ⁊ rationalis. Poſſunt enim cōiungere propoſitiones per ſe intelligibiles nec includūt aliquod ſincathegoreuma ſuppoſita hac diſtinctiōe dicit paulus venetus ꝙ nulle note primi ⁊ ſecundi ordinis poſſunt conſtituere propoſitionem hypotheticam ſed ſolum note tertij ordinis conſtruere poſſunt propoſitionem hypotheticam ita ꝙ ſcḋm paulum venetum propoſitio expletiua cauſalis localis ⁊ temporalis ſunt cathegoricē. Et licet communiter dicatur ꝙ cauſalis ſit hypothetica: probo tamen ꝙ ſit cathegorica.

¶ Et ſic arguo hec propoſitio qꝛ ſol lucet dies eſt eſt cathegorica igit̃ quelibet talis cauſalis eſt cathegorica ↄña eſt clara ⁊ aſſumptū probo iſta eſt cathegorica dies eſt qꝛ ſol lucet igit̃ ⁊ iſta qꝛ ſol lucet dies eſt. ↄña eſt clara qꝛ idē eſt iudiciū de illis duabus. ꝙ aūt illa ſit cathegorica patʒ ⁊ hic eſt bona cōuerſio. Exiſtēs qꝛ ſol lucet eſt dies ergo dies eſt exiſtēs qꝛ ſol lucet. Sed cathegorica nō pōt cōuerti niſi in cathegoricā igit̃ ↄñs ē ꝓpoſitiō cathegorica. ⁊ ꝑ ↄñs iſta ē cathegorica. Dies ē qꝛ ſol lucet qḋ reſtabat ꝓbādū. Similiter mō cōiter ſolet ꝓbari ꝙ expletiua ⁊ tēporalis ſūt ꝓpoſitiones cathegoricē ⁊ tn̄ illi qui iſtā probationē adducunt dicūt cauſalē eſſe hypotheticā expletiuā vero et tēporalē eſſe cathegoricas in quo eſt manifeſta repugnātia quia illud ꝙ argumentū cōcludit de vno etiaʒ cōcludit de reliquo: iſtis tamen nō obſtantibus teneo cuʒ cōi modo ꝙ cauſales ſunt hypotheticē: expletiue vero locales ⁊ temporales ſunt cathegoricē.

¶ Ad confirmationem reſpondeo cōcedēdo ꝙ ꝓpoſitiō expletiua ſit cathegorica ⁊ nego ꝙ in ea ſubijciatur vna totalis ꝓpoſitio vnde in iſta propoſitione licet ſortes eſſet epiſcopus ſortes nō eſſet ſacerdos non ſubijcitur vna totalis ꝓpoſitio ſed ſubiectuʒ illius propoſitionis eſt ly ſortes ⁊ hoc totum ſacerdos licet ſortes eſſet epiſcopus eſt predicatuʒ ita ꝙ ſenſus illius propoſitionis eſt iſte ſortes non eſſet ſacerdos lʒ eſſet epiſcopus. Si aliquis vellet dicere propoſitiōes expletiuas temporales ⁊ locales eſſe hypotheticas nō poterit conuinci dummodo conſequenter reſpōdeat ⁊ propterea vtramq̄ viam reputo probabileʒ. Et hec de difficultate prima.

In hac ſecunda difficultate videndum eſt quid requiritur ad veritatē rationalis: ſimiliter ⁊ cauſalis. Unde ad veritateʒ rationalis due conditiones requiruntur. Prima conditio ꝙ conſequentia ſit bona defectu cuius conditionis iſta rationalis ē falſa ſortes currit ergo plato diſputat. Secunda conditio eſt ꝙ antecedens eiꝰ ſit verum ⁊ conſequens ſimiliter. Defectu cuius conditiōis iſta rationalis eſt falſa homo eſt aſinus ergo deus eſt: dato ꝙ ſit bona conſequentia. ¶ Ad veritatem auteʒ cauſalis iſte due conditiones requiruntur ⁊ cum hoc requiritur alia videlicet ꝙ cauſa quare ita eſt ſicut ſignificatur per antecedens ſit cauſa quare ita eſt ſicut ſignificatur per conſequens. Defectu cuius cōditiōis iſta cauſalis eſt falſa qꝛ dies eſt ſol lucet. Sʒ hec eſt vera qꝛ ſol lucet dies eſt. Ex iſtis ſequitur ꝙ arguendo a rationali ad cauſalem valet ↄña quia ibi arguit̃ a ꝓpoſitione habente pauciores cauſas veritatis ad propoſitionem habentem plures: ſimiliter a rationali ad conditionalem copulatiuam ⁊ diſiunctiuam valet cōſequentia ⁊ cum cauſalis inferat rationalem ſequitur ꝙ a cauſali ad conditionalem ad copulatiuam diſiūctiuam formaliter valet modus arguendi. Et ex iſto ſequitur vlterius ꝙ rationalis negatiua ⁊ cauſalis affirmatiua nullo modo compatiuntur ſe in veritate quia tunc darentur duo contradictoria ſimul vera: vt autē intelligatur qualiter iſte propoſitiones ſe habent adinuicem pono hanc figuram.

¶ Sequitur figura.



Cauſalis affirmatiua
Cōtrarie ſecūdū legē
Diſiūctiua negatiua
Rationalis affirmatiua
Cōtrarie ſecūdū legē
Copulatiua negatiua
Cōditionalis affirmatiua
Contra di ctorie
Cōditionalis negatiua
Copulatiua affirmatiua
Subcōtrarie ſecūdū legē
Rationalis negatiua
Diſiūctiua affirmatiua
Subcōtrarie ſecūdū legē
Cauſalis negatiua
Subalterne

que ſic declaratur. Cauſalis affirmatiua ⁊ cauſalis negatiua realiter cõtradicunt. cauſalis autem affirmatiua ⁊ rationalis negatiua legem contrariarum participant quia eis repugnat veritas non autem falſitas ꝙ illis propoſitionibus repugnet veritas ꝓbatur ſic q: detur oppoſitum ꝙ ambe ſint vere tunc cauſalis affirmatiua eſt vera ⁊ cauſalis affirmatiua infert rationalem affirmatiuam igitur rationalis affirmatiua eſt vera ⁊ rationalis negatiua etiam eſt vera ⁊ per cõſequẽs dãtur cõtradictoria vera/ ꝙ autem illis propoſitionibus non repugnet falſitas ꝓbatur iſte ſunt ſimul falſe quia dies eſt ſol lucet nõ dies eſt ergo ſol lucet. Cauſalis autem affirmatiua ⁊ conditionalis negatiua etiã participãt legem contrariarum quia cauſalis affirmatiua infert conditionalem affirmatiuam et per conſequens eis repugnat veritas non autem repugnat eis falſitas/ igitur legem contrariarum participant ⁊ eodẽmodo faciliter probari poteſt/ ꝙ cauſalis affirmatiua ⁊ copulatiua negatiua aut diſiunctiua negatiua participant legem contrariarũ. Rationalis autem affirmatiua ⁊ cauſalis negatiua legem ſubcontrariarũ participant nam eis repugnat falſitas de forma non autem veritas. Si enim ambe ille eſſent falſe et rationalis affirmatiua ſequitur ad cauſalem affirmatiuam ⁊ ita darentur contradictorie ſimul falſe illis autẽ ꝓpoſitionibus non repugnat veritas iſte enim ſunt ſimul vere dies ẽ ergo ſol lucet non quia dies eſt ſol lucet. Rationalis autem affirmatiua ⁊ rationalis negatiua realiter contradicunt. Rationalis autem affirmatiua ⁊ conditionalis negatiua aut copulatiua negatiua ⁊ diſiunctiua negatiua legem contrariarum participant ꝙ eodemmodo probari poteſt ſicut probatum eſt de cauſali affirmatiua. Conditionalis autem affirmatiua ⁊ cauſalis negatiua legem ſubcontrariarum participant nam eis repugnat falſitas non autem veritas ꝙ eis repugnet falſitas clarum eſt poſtꝙ̃ conditionalis affirmatiua ſequitur ex cauſali affirmatiua et ita ſi conditionalis affirmatiua eſſet falſa cauſalis affirmatiua eſſet faſa ⁊ ita darentur contradictoria ſimul falſa eis autem non repugnat veritas nã iſte ſunt ſimul vere. Si dies eſt ſol lucet non quia dies eſt ſol lucet ⁊ eodemmodo probatur ꝙ conditionalis affirmatiua ⁊ rationalis negatiua legem ſubcontrariarũ participant. Conditionalis autẽ affirmatiua ⁊ conditionalis negatiua realiter contradicũt conditionalis autem affirmatiua ⁊ copulatiua negatiua nullam legẽ participant alique due tales ſunt ſimul vere alique etiam tales ſunt ſimul falſe. Exemplũ primi: iſte due ſunt ſimul vere ſi homo ẽ aſinus homo eſt rudibilis nõ homo eſt aſinus ⁊ homo eſt rudibilis. Exemplum ſecũdi iſte ſunt ſimul falſe. Si ſortes currit plato diſputat non ſortes currit ⁊ plato diſputat. Uolo enĩ ꝙ ſortes currat ⁊ etiam plato diſputet ⁊ eodemmodo faciliter probari poteſt ꝙ conditionalis affirmatiua ⁊ diſiũctiua negatiua nullam legem participant. Copulatiua vero affirmatiua ⁊ cauſalis negatiua legem ſubcõtrariarum participant ſimiliter copulatiua affirmatiua ⁊ rationalis negatiua. Copulatiua autem affirmatiua ⁊ conditionalis negatiua nullam legem participant. Sed copulatiua affirmatiua ⁊ copulatiua negatiua realiter contradicunt copulatiua vero affirmatiua ⁊ diſiunctiua negatiua legem contrariarum participant. Diſiunctiua autem affirmatiua cũ cauſali negatiua ⁊ cum rationali negatiua ⁊ cum copulatiua negatiua legem ſubcontrariarum participant. Facile ẽ autem comparare affirmatiuas ad affirmatiuas ⁊ negatiuas ad negatiuas.

**¶ Contra predicta arguit̃ ſic iſta ra**tionalis eſt vera homo eſt aſinus ergo homo eſt rudibilis ⁊ tñ nec eius antecedens eſt verum nec eius conſequens ergo illud non requiritur ad veritatem rationalis conſequentia eſt clara ⁊ aſſumptum probat̃. Nã conſequentia eſt neceſſaria ⁊ illa conſequentia ẽ illa ꝓpoſitio rationalis ergo illa ꝓpoſitio rationalis eſt neceſſaria. Conſequentia tenet expoſitorie ⁊ maior probatur quia illa conſequentia eſt bona omnis autẽ cõſequentia bona eſt neceſſaria/ ⁊ per conſequẽs illa cõſequentia eſt neceſſaria: ⁊ ſi illa ꝓpõ eſt neceſſaria ſeq̃tur ꝙ ipſa eſt vera quod reſtabat probandum.

**¶ Et confirmat̃ iſta cauſalis eſt ve**ra q: deus eſt mundus eſt ⁊ tamen illa conſequẽtia nõ valet ergo ad veritatem cauſalis non requiritur bonitas cõſequentie cuius oppoſitum dictum eſt ꝙ autem illa cauſalis ſit vera patet quia deus eſt cauſa quare mũdus eſt ſi enĩ deus non eſſet mũdus non eſſet. Idẽ argumentũ poteſt fieri de iſta ꝓpoſitione quia pater tuus eſt tu es: cuius veritas patet a cõmuni modo cõcipiendi/ ⁊ tamen clarũ eſt ꝙ illa conſequentia nihil valet ⁊ per conſequens non requiritur bonitas conſequentie ad veritatem cauſalis.

**¶ Ad primum reſpondetur negan**do ꝙ illa rationalis ſit vera et nego hanc conſequentiam. hec conſequentia eſt neceſſaria ⁊ hec conſequẽtia ẽ hec propoſitio ergo hec propoſitio eſt neceſſaria nam nõ cõcluditur maior extremitas de minori ꝓpter ea ſic oportet cõcludere hec propoſitio eſt conſequentia neceſſaria quod cõcedo ⁊ ita aliqua rationalis falſa eſt bona conſequentia. Poſſes facere argumentum de iſta rationali hec cõſequentia eſt bona ergo homo eſt aſinus ſed ſufficit eam declaraſſe

**¶ Ad confirmationẽ reſpondet pau**lus venetus ꝙ ille propoſitiones ſunt cõcedende ⁊ vlterius dicit ꝙ ad veritatem cauſalium non requiritur bonitas ꝯñe vide quadrageſimum octauum caput dubij primi. Unde hic eſt aduertendum ꝙ iſta cõiunctio quia vel aliqua ſibi ſimilis in cõmuni mõ loquendi triplicit̃er accipitur. Uno modo vt denotat cauſam eſſendi ⁊ conuertibilitatem mutuam ⁊ hoc pacto accipitur a logicis ⁊ accipimus hic in propoſito. Secundo mõ accipitur illa coniunctio vt denotat ſolum cauſam eſſendi et non conuertibilitatem mutuam: et in hoc ſenſu conceduntur tales ꝓpoſitiones quia deus eſt mundus eſt quia deus eſt creature ſunt quia ſortes ẽ plato eſt ſuppoſito ꝙ ſortes ſit pater platonis. Et in hoc ſenſu non ex qualibet cauſali ſequitur conditionalis aut rationalis cõpoſita ex ſimilibus partibus illiꝰ cauſalis nõ enim ſequitur quia deus eſt creature ſunt ergo ſi deus eſt creature ſunt ſuppoſito ꝙ ly quia ſolum denotet cauſam eſſendi. Tertio modo accipitur illa nota quia vt ſolum denotat conuertibilitatem mutuam ⁊ non cauſalitatem propriam ⁊ in hoc ſenſu conceditur iſta propoſitio quia creature ſunt a deo deus eſt dominus creaturum. Similiter ⁊ iſta quia aliqua res in diuinis generat filium aliqua res in diuinis eſt pater. Manifeſtum enim eſt ꝙ vbi ly quia denotaret cauſalitatem ille propoſitiones eſſent negande ⁊ ſecundum hanc acceptionẽ vt dicit petrus de Aliaco in ſuo principio ſecundi ſententiarum poſſumus concedere hãc propoſitionem diuina voluntas eſt lex obligatoria q: vult aliquid ad aliqualiter eſſe vel non eſſe teneri. Et licet communiter loquentes vtantur hac triplici ſignificatione de ly quia logicus tamen vtatur preciſe illa nota coniunctionali in prima eius acceptione.

Paulus venetus.

Petrus de aliaco.

❡ **Secundo principaliter arguiť ſic** iſta cauſalis eſt falſa aĩal eſt quia homo eſt ⁊ tamẽ ei cõueniunt omnes conditiones quas diximus eſſe reqſitas ad veritatem cauſalis igitur ille conditiones nõ ſufficiunt: conſequentia eſt manifeſta ⁊ probo aſſumptum. Iſta eſt vera nullum animal eſt quia homo eſt: igitur hec eſt falſa animal eſt quia homo eſt tenet conſequentia ⁊ ꝙ illa ſit vera patet per aſcenſum ſub illo termino animal diſtributo nec hoc animal eſt quia hõ eſt nec hoc animal eſt quia homo eſt quouis aĩali demõſtrato iſta eſt falſa hoc animal eſt quia hõ eſt ⁊ per ꝯñs ſua oppoſita eſt vera quod infert propoſitum.

❡ **Et confirmať ⁊ pono caſuȝ ꝙ nul**lum ſit aĩal reſpirans tũc accipio hanc cauſalem quia nullum aĩal hȝ pulmonẽ nullũ animal reſpirat ⁊ arguo ſic illa cauſalis eſt vera ⁊ tñ non cõueniunt ei oẽs cõditiones poſite requiſite ad veritateȝ cauſalis ⁊ per ꝯñs dicta nulla cõſequentia eſt manifeſta ⁊ probo aſſumptũ ⁊ primo ꝙ illa cauſalis ſit vera pȝ ex Ariſtotele primo poſterioꝝ dicente ꝙ ſicut affirmatio eſt cauſa affirmatiõis ita negatio cã negationis. Sicut enim habere pulmonẽ eſt cauſa reſpirãdi ita nõ habere pulmonẽ eſt cauſa nõ reſpirãdi ⁊ per ꝯñs illa cauſalis poſita eſt vera: minorem tamen ſic probo cauſa quare eſt ſicut ſignificatur per antecedens illius cauſalis nõ eſt cauſa quare ita eſt ſicut ſignificatur per conſequẽs illius enim quod non eſt nihil eſt cauſa cum igitur nullum ſit animal reſpirans ſequitur ꝙ eius nihil eſt cauſa ⁊ per conſequens nihil eſt cauſa quare ita eſt ſicut ſignificatur per conſequens.

❡ **Ad ſecunduȝ principale reſpõdeť** cõcedendo hanc cauſalem animal eſt quia hõ eſt ⁊ nego hanc eſſe veram nullum animal eſt quia hõ eſt ſiue illa negatio nominalis cadat preciſe in primã cathegoricã ſiue in totum ſequens. Et ad ꝓbationẽ quã facis aſcendẽdo ſub illo termino animal dico ꝙ ſicut in conditionali omnes termini ſupponunt immobiliter ſiue precedãt ſiue ſequantur notã conditionalem ita ⁊ in cauſali immobiliter ſupponunt ⁊ ſicut nõ licet ſub illis terminis aſcendere aut deſcẽdere ita neqȝ ſub eis licet ſubſumere. Hinc fit hanc conſequentiam nõ valere quia homo eſt riſibile eſt ſed omnis homo eſt animal igitur quia animal eſt riſibile eſt.

❡ **Ad confirmationẽ reſpõdetur cõ**cedendo hanc cauſalem quia nullum animal hȝ pulmonem: nullum animal reſpirat ⁊ nego ꝙ ei non conueniant omnes cõditiones poſite eſſe requiſite ad veritatem cauſalis ⁊ ad probationem dico ꝙ ſolum probas per eam nihil eſſe proprie cauſam effectiuam illiꝰ quod non eſt. Unde habere pulmonem eſt cauſa huiꝰ effectus quod eſt reſpirare: ⁊ ſi illa cauſa eſt illud cauſatum eſt. Et ſi illa cauſa non eſt illud cauſatum non eſt. Et illud ſufficit ad veritatem illius cauſalis date. Pariforma dicatur de hac cauſali quia tu non es aſinus tu non es rudibilis.

❡ **Tertio principaliter arguiť ſic ad** veritatẽ cauſalis nõ requiriť ꝙ cauſa quare ita eſt ſicut ſignificatur per aññs ſit cauſa quare ita eſt ſicut ſignificatur per ꝯñs igitur male dictum eſt. ꝯña eſt manifeſta ⁊ probo aſſumptũ ⁊ peto a te ꝗd ſit cauſa quare ita eſt ſicut ſignificatur per aññs eſſe cauſam quare ita eſt ſicut ſignificatur per ꝯñs vel eſt antecedens eſſe cauſam illatiuam conſequentis ⁊ hoc dici non poteſt quia tunc iſta cauſalis eſſet vera quia ſortes eſt aſinus ſortes eſt rudibilis. Et ſi dicas ꝙ eſt antecedẽs eſſe cauſam illatiuam conſequentis in propoſitionibus veris adhuc hoc dici non poteſt quoniam tunc iſte cauſales eſſent concedende quia dies eſt ſol lucet quia plato generatur a ſorte ſortes generat platonem / quia tu es effectus dei deus eſt cauſa tui. Et conſtat illas cauſales eſſe negandas attamen illa antecedentia ſunt cauſe illatiue illorum conſequentiũ. Dici cauſam quare ita eſt ſicut ſignificatur per antecedens eſſe cauſam quare ita eſt ſicut ſignificať per ꝯñs eſt aññs in aliquo genere cauſe eſſe cauſam ꝯſequentis vel aliquid aliud ⁊ non poteſt dici quid ſit illud igitur illud ſimpliciter non requiritur ad veritatem cauſalis.

❡ **Et ꝯfirmatur aliqua eſt cauſalis** falſa cui conueniunt ſingule conditiones requiſite ad veritatem cauſalis igitur ille conditiones poſite non ſufficiunt: conſequentia eſt clara ⁊ probo aſſumptum ⁊ accipio hanc cauſalem neceſſario q: ſortes eſt pater platonis plato eſt filius ſortis ⁊ ſuppono veritatẽ antecedentis ⁊ conſequentis illa cauſalis eſt falſa cũ nec ſortes neceſſario ſit pater platonis nec plato filius ſortis ⁊ tamen illa conſequentia eſt bona ⁊ per cõſequẽs importatur cauſa ob quam ita eſt ſicut ſignificať per conſequens igitur

❡ **Ad tertium principale reſpondeť** per propoſitiones.

❡ **Prima propõ cauſam quare ita ẽ** ſicut ſignificatur per antecedens eſſe cauſaȝ quare ita eſt ſicut ſignificatur per cõſequẽs nõ eſt antecedẽs eſſe cauſam illatiuaȝ cõſequẽtis hec ꝓpõ probata ẽ inter arguẽdum ſiue procedatur cũ propoſitionibus veris ſiue cum falſis illud dici non poteſt vt dictum eſt.

❡ **Secunda propõ cauſam quare ita** eſt ſicut ſignificatur per antecedens eſſe cauſaȝ quare ita eſt ſicut ſignificatur per cõſequẽs nõ eſt ipſuȝ antecedens habere aliquaȝ cauſalitatẽ reſpectu cõſequentis hec propoſitio ob facilitateȝ probatione non eget.

❡ **Tertia propõ cauſaȝ quare ita eſt** ſicut ſignificatur per antecedens eſſe cauſam quare ita eſt ſicut ſignificatur per cõſequẽs nõ eſt ſignificatũ antecedẽtis eſſe cauſam ſignificati cõſequẽtis ꝓbať iſta propõ hec cauſalis eſt vera q: ſortes eſt homo ſortes eſt animal ⁊ tamen ſignificatuȝ antecedẽtis nõ eſt cauſa ſignificati conſequentis nam ſignificatum antecedentis eſt ſortem eſſe hominem ⁊ ſignificatum conſequentis ſortem eſſe animal ſortem aũt eſſe hominem ẽ ſortes exiſtens homo ⁊ ſortẽ eſſe animal eſt ſortes exiſtens animal ⁊ per cõſequẽs eadẽ res eſt ſignificatum antecedẽtis ⁊ cõſequentis nihil aũt eſt cauſa ſuipſius ⁊ per conſequens ſignificatum antecedentis illius cõditionalis non eſt cauſa ſignificati conſequentis.

❡ **Quarta ꝓpoſitio multe ſunt cau**ſales in quibus ſignificatum antecedentis eſt cauſa ſignificati conſequentis probať hec propoſitio hec cauſalis eſt vera quia deus eſt cauſa huius inſtantis hoc inſtans eſt effectus dei ⁊ ſignificatũ antecedẽtis eſt deꝰ: ſignificatum conſequentis eſt hoc inſtans conſtat aũt deum eſſe cauſam huius inſtantis.

❡ **Quinta ꝓpoſitio ad veritatẽ cau**ſalis vtendo ea in ſignificatione qua vtitur logicus requiritur ꝙ cauſa quare ita eſt ſicut ſignificatur ꝑ antecedens ſit cauſa quare ita eſt ſicut ſignificatur ꝑ conſequens ad hunc ſenſum ꝙ ſignificatum antecedentis arguitiue ſit cauſa ſignificati cõſequentis nõ ꝙ oporteat ſignificatũ antecedentis realiter diſtingui a ſigni.

ſicato cōſequentis ſicut cauſa proprie dicta diſtinguitur a ſuo proprio effectu ſed quia in antecedēte includitur aliquid ratione cuius arguimus ita eſſe ſicut ſignificatur per cōſequens. Iſta cauſalis eſt vera quia homo eſt rationalis homo eſt riſibilis includit enim in antecedente ſortem habere animam rationalem ex hoc autem quia ſortes habet animam rationalē ſortes eſt riſibilis vt conſtat.

Paulus venetus.

¶ Ad confirmationē reſpōdet paulus venetus quadrageſimooctauo dubij primi concedendo illam cauſalem eſſe falſam ⁊ cōcedit ꝙ aliqua cauſalis affirmatiua eſt falſa ⁊ tamen prior propoſitio eſt cauſa illatiua poſterioris ⁊ cuilibet illarū reſpōdet pro ſignificato aliquid ex parte rei. Diſtinguatur ſ illa propō penes hoc ꝙ ly neceſſario poteſt cadere in totū quod ſequitur ⁊ ſic ipſa non eſt cauſalis ſed poti⁹ modalis compoſita aut ly neceſſario determinat copulā antecedentis ⁊ non cōſequentis aut econuerſo aut copulam antecedentis ⁊ conſequentis quemadmodum prius dictum fuit in alijs ⁊ ſecundum hoc facile eſt reſpondere ad illam propoſitionem.

¶ Forte petis de veritate iſtarū cauſalium. quia homo generat hominem homo generatur ab homine quia ſol producit ſuum lumen in hoc medio hoc obiectū producit ſuas ſpecies in medio quia hoc agens in hoc medium producit calorem in iſtud aliud medium producitur calor a calore producto ab illo agente quia ſortes cum bonis ambulat ſortes eſt bonus. Reſpondeo ꝙ deciſio harum cauſalium magis dependet ex philoſophia quam ex logica/ dico tamen ꝙ quemadmodum cauſe ſunt in multiplici differentia ita ly quia poteſt dicere diuerſas cauſalitates clarum eſt ꝙ in iſtis cauſalibus quia homo habet materiam homo eſt corruptibilis quia deus conſeruat mundum mundus conſeruatur a deo quia homo eſt rationalis homo eſt riſibilis ly quia non ſemper dicit eandē cauſalitatem dico igitur ꝙ ſi in prima ly quia dicat cauſam efficientem totalem falſa eſt illa cauſalis cum homo ⁊ ſol generent hominem: ſi dicat cauſā efficientem partialem non excludendo alias ipſa eſt vera. Pariformiter dicitur ad aliam in alia vero poteſt dicere aut cauſam mediatam aut immediatā. In alia vero poteſt dicere cauſam occaſionalem ⁊ non cauſā efficientem proprie dictam ⁊ ſecundum hoc facile eſt iudicare de veritate illius propoſitionis et ſimilium. Ex his patet quot ſint ſpecies ypothetice ⁊ quid requiratur ad veritatem talium ypotheticarū. Epilogādo hāc queſtionē nonā dr ꝙ diffinitio philoſophi de enūciatiōe vna cōiunctione cōpetit cuilibet contento ſub diffinito ⁊ ſolum tali ſufficienter etiā explicat naturā diffiniti ⁊ propterea ipa eſt bona ⁊ ſic patet quid ſit dicendum. ¶ Et hec de queſtione nona.

¶ Sequitur textus.

Eſt aūt vna oratio enūciatiua affirmatio deide negatio ¶ Affirmatio vō ē enūciatiō alicuius de aliquo. ¶ Negatio vero enūciatio alicui⁹ ab aliquo

¶ Hec eſt quarta pars huius primi capituli ſecundi tractatus in qua philoſophus ponit ālam diuiſionē enunciationis vne ⁊ ponit diffinitiōes mēbrorum illi⁹ diuiſionis littera eſt clara vt tamen maior pateat ipſi⁹ intelligentia moueo hanc queſtionem.

Utrū diuiſio enunciationis vne in affirmationem ⁊ negationem cum diffinitionibus membrorū illius diuiſionis ab Ariſtotele recte ſit aſſignata Pro ſolutione huius queſtionis

¶ Aduertendū eſt ꝙ modus aliquorum eſt dicere ꝙ negatio ⁊ affirmatio ꝓprie ſolum reperiuntur in ꝓpōibus que ſunt enūciationes vne ſimpliciter ⁊ non inter enunciationes q̄ ſunt vne coniunctione/ ⁊ ita vt dicūt ꝓ diuiſo oportet accipere ly enūciatio vna ſimpliciter. ⁊ licet hoc ſit contendere de nomine tamen illud non valet quia quemadmodū enūciatio vna coniunctione eque proprie eſt enunciatio ſicut enunciatio vna ſimpliciter. Ita eque proprie eſt affirmatio ⁊ negatio. Et licet diffinitiones Ariſtotelis de affirmatione ⁊ negatione videantur preciſe competere enunciationibus vnis ſimpliciter: tamen poſtq̄ pro diuiſo preciſe ponit philoſophus ly enunciatio vna exponere poſſumus illas diffinitiones vt competant tam enunciationibus vnis coniunctione q̄ enunciationibus vnis ſimpliciter ⁊ hoc ſic affirmatio ē enūciatio alicuius de aliquo: hoc eſt affirmatio eſt enunciatio cuius copula principalis vel principalior pars copule nō negatur ⁊ hoc explicite aut implicite/ hoc dixerim propter ſecundā cathegoricam huius copulatiue homo eſt animal ⁊ ecōuerſo. Negatio vero ē enūciatio cuius copula principalis vel principalior pars copule explicite vel implicite negat᷑ patet itaqꝫ ꝙ enūciatio vna coniunctione eque bene poteſt dici affirmatio aut negatio ſicut enūciatio vna ſimpliciter. Qualiter autem iſte diffinitiones veniant intelligende patebit ex ſolutionibus argumentorum.

¶ Contra predicta p̄io p̄cipaliter arguitur ſic. diuiſum huius diuiſionis verificat᷑ de aliquo de quo nullum membrorū diuidentiū verificatur igitur diuiſio nulla. ꝯña eſt clara ⁊ aſſumptū probat᷑. Iſta oratio ſortes eſt vel nō eſt eſt enunciatio vna ⁊ tñ nec eſt affirmatio nec negatio igitur maior eſt clara ⁊ minorem probo quia detur oppoſitum ⁊ quero quod illorum. Si dixeris ꝙ ſit affirmatio ſic arguo. ſi ipſa eſſet affirmatio hoc ideo eſſet quia ly eſt in primo loco affirmatur ſed ly eſt in ſecundo loco poſitum eſt pars copule eque principalis ſicut ly eſt in primo loco ⁊ negatur ergo pari ratione concedendū erit illā enunciationem eſſe negationē ⁊ ſic eadē propoſitio vniuoce erit affirmatio ⁊ negatio quod eſt falſum ⁊ per ꝯñs dicendum erit illam enunciationem nec eſſe affirmationem nec negationem quod erat probandum.

¶ Et confirmat᷑ iſta enunciatio chimera que nō currit mouetur nec eſt affirmatio nec negatio igitur propoſitū minor probatur ſic/ ⁊ primo ꝙ ſit negatio illa propoſitio cōmuniter negatur ab omnibus etiā ſi ipſa eſſet negatio ipſa eſſet vera eo ꝙ vnū eius extremum non ſupponit igitur dicendum eſt ꝙ ipſa non eſt negatio/ ꝙ autem ipſa non ſit affirmatio ſic probo negatio precedit copulam eius principalem igitur ipſam negat tenet conſequentia per illud dictū cōmune negatio eſt malignantis nature ⁊c. ⁊ vltra ſequitur copula principalis illius enunciationis negatur igitur illa enūciatio non eſt affirmatiua relinquitur ergo ꝙ enunciatio propoſita nec eſt affirmatio nec negatio quod reſtabat probandum.

¶ Ad primum principale varij ſunt modi reſpondendi ſed inter ceteros vnus eſt nunc cōmunis ꝙ ꝓpoſitio propoſita eſt mixte qualitatis Unde

pꝛopoſitio mixte qualitatis eſt affirmatiua ⁊ negatiua copulatim ſed nec eſt affirmatiua nec negatiua/ ⁊ iſta enunciatio pꝛopoſita ex quo eſt mixte qualitatis ē affirmatiua ⁊ negatiua ⁊ tamē nec eſt affirmatiua nec negatiua. Et tunc ad diuiſionem philoſophi dicitur ꝙ hoc totū debet ſumi pꝛo diuiſo enunciatio vna ſimplicis qualitatis.

**Contra iſtum modū dicēdi ſic arguo** ⁊ pono ꝙ nulla ſit pꝛopoſitio negatiua immo nō ſint niſi iſte due enunciationes in mūdo chimera ē vel non eſt/ hec enunciatio eſt affirmatiua ⁊ negatiua demōſtrando pꝛimā. Tūc quero de veritate ſecunde ſi dicatur ꝙ eſt vera vt dicūt qui dant hanc ſolutionem ſic arguo. Scđa pars illius copulati nō ſupponit igiť nec to. ū copulatum tenet ꝯña per dicta in ſecunda difficultate ſecunde partis queſtionis precedentis.

**Tū ſecūdo bene ſequitur hec enūciatio** eſt affirmatiua ⁊ negatiua igitur hec enūciatio eſt hec ꝓpō affirmatiua ⁊ hec negatiua/ vel hec pꝛopoſitio eſt hec affirmatiua ⁊ hec negatiua tenet ꝯña ꝑ deſcenſum ſub partibus illius copulati ⁊ breuiter ꝗcquid demōſtraueris inuenies ꝯñā falſum. Poteſt inſuper alia via pꝛobari falſitas illius pꝛopoſitionis ponendo loco partiū illius copulati diffinitiones illarū partium. Si enim demōſtrando pꝛopoſitionem mixte qualitatis hec ſit vera hec pꝛopoſitio eſt affirmatiua ⁊ negatiua erit ⁊ hec vera hec pꝛopoſitio eſt pꝛopoſitio cuius pꝛincipalis copula vel pꝛincipalioꝛ pars copule non negatur ⁊ pꝛopoſitio cuius pꝛincipalis copula aut pꝛincipalioꝛ pars copule negatur quod apud ſane intelligentem conſtat eſſe falſum.

**Tertio arguo ſic iſta ꝓpoſitio ſoꝛtes** eſt vel nō eſt non eſt mixte qualitatis igitur male dictum eſt. ꝯña eſt clara ⁊ pꝛobo aſſumptū illa pꝛopoſitio ſimpliciter eſt affirmatiua igitur ipſa nō eſt mixte qualitatis. ꝯña eſt nota ⁊ añs pꝛobo ly eſt pꝛimo loco poſitum eſt pars eque pꝛincipalis copule ſicut ly eſt in ſecundo loco vt fatentur ipſi ⁊ cum hoc ly vel eſt etiam pars copule: igitur hoc totū eſt vel eſt pars magis pꝛincipalis ꝙ̄ ly eſt in ſecundo loco ⁊ per conſequens pꝛincipalioꝛ pars copule illius pꝛopoſitionis affirmatur ⁊ per conſequens illa pꝛopoſitio eſt affirmatiua ⁊ nō mixte qualitatis quod erat pꝛobandū. Propter hec argumenta dico ꝙ pꝛopoſitio aſſumpta erat affirmatiua ⁊ non mixte qualitatis: concedo tamen aliquam pꝛopoſitionem eſſe mixte qualitatis vt videbitur in ſequentibus dico igitur pꝛopoſitionē hanc chimera eſt vel non eſt ⁊ hanc quodlibet eſt vel non eſt ⁊ omnes ſimiles eſſe pꝛopoſitiones affirmatiuas.

**Contra hanc ſolutionē multipliciter** inſtatur pꝛimo ſic ſi iſta eſſet affirmatiua chimera ē vel non eſt ſequeretur ꝙ illa eſſet falſa quod eſt falſuꝫ ſequela pꝛobatur illa pꝛopoſitio eſt affirmatiua vt dictum eſt ⁊ ſubiectū eius non ſupponit igitur eſt vna affirmatiua de ſubiecto non ſupponente. ⁊ per ꝯñs ipa eſt falſa per regulam communeꝫ. Omnis affirmatiua cuius vnum extremum non ſupponit eſt falſa.

**Secūdo ſic ſi illa pꝛopoſitio eſſet** affirmatiua ſequeretur ꝙ due pꝛopoſitiones eſſent cōtradictoꝛie quarū vtraqꝫ eſſet affirmatiua ꝯñs eſt abſurdum ⁊ contra philoſophum qui vt in ſequentibus videbitur determinat ꝙ affirmationes non contradicunt quia dicit ꝙ contradictio eſt affirmatio ⁊ negatio oppoſite ⁊c̄. Sequelam tamen ſic pꝛobo iſta eſt affirmatiua ſoꝛtes eſt vel non eſt ⁊ ita eſt ſua cōtradictoria ſoꝛtes non eſt ⁊ eſt ⁊ ſecunda etiam realiter eſt affirmatiua ergo pꝛopoſitum ꝙ ille pꝛopoſitiones contradicant clarum eſt quia ly eſt in ſecundo loco negatur in pꝛima: in ſecunda vero affirmatur ⁊ pꝛimum ly eſt in pꝛima affirmatur ⁊ in ſecunda negatur ⁊ ly vel debite mutatur in ly et igitur inter illas pꝛopoſitiones debita eſt contradictio: ꝙ autem pꝛima ſit affirmatiua iaꝫ dictum eſt: ⁊ ꝙ ſecunda etiaꝫ ſit affirmatiua pꝛobatur hoc totum ⁊ eſt: eſt pꝛincipalioꝛ pars copule ⁊ illud totum affirmatur viſo ꝙ negatio non cadit niſi in pꝛimū ly eſt igitur ſecunda eque bene eſt affirmatio ſicut pꝛima ⁊ ita habetur ambas eſſe affirmatiuas.

**Tertio ſic nulla eſt pꝛīcipalioꝛ ps** copule huius pꝛopōnis chimera eſt vel nō eſt ig. male dictū eſt ꝙ pꝛincipalioꝛ pars illius copule affirmať Conſequentia eſt clara de ſe ⁊ aſſumptum ꝓbo detur oppoſitum ꝙ aliqua pars ſit pꝛincipalioꝛ pars copule illius pꝛopoſitionis ⁊ ſic arguo. Si eſſet aliqua pars pꝛincipalioꝛ maxime eſſet iſta pars eſt vel. Et tunc ſic arguo bene ſequitur ly eſt vel eſt pꝛincipalioꝛ pars huius copule ergo nulla alia pars illius copule eſt pars eque pꝛincipalis ſicut eſt illa pars quod eſt falſum: nā ly vel eſt eſt pars eque pꝛincipalis ſicut ly eſt vel.

**Ad pꝛimū iſtoꝛū conſequenter ad** ſolutionē datā reſpōdetur cōcedendo hāc eſſe affirmatiuā chimera eſt vel nō eſt/ ⁊ nego ꝙ propterea ſequatur ipam eſſe falſam ⁊ qñ dicis ipa eſt affirmatiua cuius ſubiectū nō ſupponit: cōcedo igiť ipa eſt falſa nego ꝯñam ⁊ dico ꝙ regula cōis intelligitur de pꝛopoſitione affirmatiua vbi non ſic ſumitur copula ſub diſiunctione ad copulam verbalem negatam.

**Ad ſecundū reſpondetur concedē**do ſequelam vꝫ ꝙ due pꝛopoſitiones affirmatiue ꝯdicūt dictū eſt eñ in q̄ſtione p̄cedenti ꝙ copulatiua affirmatiua ⁊ diſiūctiua affirmatiua ꝯſtitute ex partibꝰ cōtradicētibꝰ cōtradicūt ſꝫ q: dices hoc nō eſſe ad ꝓpoſitum q: q̄ſtio eſt de cathegoꝛicis ideo aliter verifico illatū iſte cōtradicūt deus eſt non deus eſt ⁊ ambe ſunt affirmatiue ⁊ breuiter cōcedo ꝙ ꝓpoſitiones date realiter cōtradicunt ⁊ ſunt ambe affirmatiue etiam in ſenſibus ꝯdictoꝛijs ⁊ nego ꝙ illud ſit cōtra philoſophum qualiter autem diffinitio cōtradictionis data a philoſopho ſit intelligenda poſtea patebit.

**Ad tertiū iſtoꝝ reſpondetur conce**dēdo ꝙ illa pꝛopō ſit affirmatiā ⁊ nego ꝙ nulla ſit pꝛincipalioꝛ ps copule illiꝰ pꝛopōnis imo dico ſicut dictū eſt ꝙ ly eſt vel eſt pꝛincipalioꝛ ps copule ad hūc ſenſū ꝙ nulla ps copule illiꝰ ꝓpōnis q̄ nō includit aliquaꝫ partē illiꝰ eſt eq̄ pꝛincipalis ſicut illa vnde lꝫ ly vel eſt ſit pars eq̄ pꝛincipalis tñ q2 includit partē alteriꝰ partis. Ideo nō minus pꝛia pars dicit eſſe pꝛīcipalioꝛ ps copule ptꝫ igitur quō oēs iſte enūciationes que cōiter dicuntur mixte qualitatis ſunt affirmatiue ⁊ quomodo due affirmatiue inter ſe contradicunt.

**Foꝛte iterum dices ſi ille due affir**matiue de quibus dictū eſt cōtradicūt ſequitur ꝙ negatiua aliq̄d ponit in eſſe cuius oppoſitū cōiter aſſeritur. Sequela tamen ſic pꝛobať iſta pꝛopoſitio nō ſoꝛtes eſt vel nō eſt ſimpliciter eſt negatiua poſtq̄ pꝛincipalioꝛ pars copule videlicet ly eſt vel negatur ſed illa negatiua aliquid ponit in eſſe ergo pꝛopoſitum. Minoꝛ pꝛobatur illa pꝛopoſitio cōuertitur cum hac affirmatiua ſoꝛtes nō eſt ⁊ eſt poſtq̄ vni ⁊ eidē ꝓpōni contradicant: ſed iſta pꝛopoſitio ſoꝛtes non eſt ⁊ eſt aliquid ponit in eſſe vt notum eſt: igitur et iſta aliquid

ponit ineſſe non ſortes eſt vel non eſt ⁊ ſic habetur ꝓpoſitum ꝙ aliqua negatiua aliquid ponit ineſſe.

¶ Ad hanc replicam reſpondet concedēdo hāc eē negatiuā nō ſoꝛs ē vel nō ē/ ⁊ vlteri⁹ cōcedo ꝙ ipſa aliquid ponit ineē ⁊ dico ꝙ dictum cōmune. Nulla negatiua aliquid ponit ineſſe debet intelligi de enunciatiōe negatiua ſimplicis copule nec adhuc vniuerſaliter habet verū iſta ē negatiua tātuz hō non currit ⁊ tñ aliquid ponit ineſſe ſed de hoc alibi.

¶ Ad confirmationem reſpondetur ꝙ illa enūciatio chimera que nō currit mouet ſimplr ē affirmatiua dato ꝙ negatio ꝓponat copule principali illius enūciationis ⁊ nego hāc cōſequētiam negatio pꝛeponitur copule pꝛincipali huius enūciationis igitur negat pꝛincipalem copulā illius enūciationis/ ſed opoꝛtet aſſumere in antecedente ⁊ virtus ei⁹ nō eſt impedita nec ligata ne trāſeat vltra terminū cui addit. Modo in enunciatione data negatio efficitur pars ſubiecti ⁊ virtus eius nō trāſit vltra ſubiectū/ et dato ꝙ ſit ꝓpinquioꝛ copule pꝛincipali ꝗ̄ eēt ſi poneretur in pꝛīcipio enūciationis hoc tñ nō arguit ꝙ nūc neget illā copulā ſicut ⁊ tūc negaret nec applicare poteſt illud oē agēs foꝛtius agit in pꝛopinquum ꝗ̄ in diſtans q: eſſet valde impertinens pꝛopoſito.

¶ Secundo pꝛincipaliter arguit ſic hec enunciatio ſoꝛtes eſt vel non poſſibiliter eſt nec eſt affirmatio nec negatio igitur diuiſio nulla pꝛobatur aſſumptum pars copule que affirmatur ē eque pꝛincipalis ſicut pars copule que negatur ⁊ ecōuerſo igit qua ratione ipa ē affirmatiua etiā ipa erit negatiua/ ⁊ etiam qua ratiōe erit negatiua etiā erit affirmatiua ⁊ per cōſequēs dicēdū eſt ꝙ illa enūciatio nec eſt affirmatiua nec negatiua vel dicēdū erit ꝙ vniuoce ipa eſt affirmatiua ⁊ negatiua quod non eſt dicendum.

¶ Et cōfirmatur ſi dicta eſſent vera ſequeret ꝙ iſta eſſet affirmatiua ſoꝛtes eſt vel non eſt hō. Conſequentia eſt nota ex dictis falſitatem conſequentis tamen ſic pꝛobo ſi illa enūciatio eſſet affirmatiua ſequeretur ꝙ duo termini contradictoꝛij poſſent verificari de eodem termino ſingulari ſingulariter ſūpto quod eſt contra naturam terminoꝝ contradictoꝛioꝝ. Conſequentia tñ ſic pꝛobatur iſte due ſunt ſimul vere ſoꝛtes eſt vel non eſt homo ſoꝛtes eſt vel non eſt nō homo/ ⁊ ambe ille ſunt affirmatiue igitur illi duo termini contradictoꝛij vere ⁊ affirmatiue de eodem pꝛedicantur quod reſtabat pꝛobandum.

¶ Ad ſecundū pꝛincipale reſpondet Hieronimus pardo capite tertio in ſua medulla argumento tertio in contradictoꝛijs ꝙ demōſtrata aliqua enūciatione que habet duas partes copule eque pꝛincipales quarū altera negatur altera vero non ſicut cōtingit de enunciatione pꝛopoſita verum eſt dicere hec enunciatio eſt affirmatiua ⁊ etiam hec enunciatio eſt negatiua/ ⁊ ratio eius eſt quia bene ſequitur copula pꝛincipalis hui⁹ enūciatiōis affirmatur ergo hec enūciatio eſt affirmatiua ſimiliter ſequitur copula pꝛincipalis hui⁹ enunciationis negatur ergo hec enunciatio eſt negatiua. Dat analogiam ſi manus mea haberet duos gradus caliditatis ⁊ duos gradus frigiditatis tunc verum eſt dicere ꝙ man⁹ mea eſt calida ⁊ etiā verum eſt dicere ꝙ manus mea eſt frigida ergo a ſimili ſi aliqua enunciatio habeat duas copulas eque pꝛīcipales quarum vna affirmatur ⁊ alia negatur tūc ita erit ꝙ ipſa erit affirmatiua ⁊ ſimiliter ipſa erit negatiua. ¶ Et ex hoc coꝛrelarie infert ꝙ ex eo aliqua enūciatio dicitur mixte qualitatis quia de ea verum eſt dicere ꝙ eſt affirmatiua ⁊ etiam de ea verum eſt dicere ꝙ eſt negatiua. Dat aliud exemplum ſi aliquis homo haberet duos naſos quoꝛum vnus eſſet ſimus alter aquilus: tunc illo demonſtrato hec eſſet vera hic homo eſt ſimus ⁊ ſimiliter hec hic homo eſt aquilus ergo eodem modo videtur dicendum ꝙ ſi aliqua ꝓpoſitio haberet duas partes copule eque pꝛincipales quarum vna eſſet affirmatiua et alia negatiua ꝙ verum erit dicere ipſam eſſe affirmatiuam et etiam negatiuam. ¶ Sed hec rationes ſunt debiles de pꝛima patet quia tenendo qualitates eiuſdem ſpeciei cum contrarijs poſſe ſe compati dicendum eſt ꝙ ſi in manu tua fuerit equalitas graduum caliditatis ⁊ frigiditatis tunc neqꝫ man⁹ tua eſt calida neqꝫ frigida vt alias declaraui in tertio phiſicoꝛum cuz de hac materia tractaui. Ad aliud concedo ꝙ in illo caſu ille homo eſſet ſimus ⁊ etiam aquilus nec pꝛopterea ſequitur ꝙ enunciatio pꝛopoſita ſit affirmatiua ⁊ etiam negatiua ⁊ ratio eſt quia foꝛte quilibet naſus in illo caſu ſufficit denominare illum hominem eſſe talem ſed pars pꝛincipalis in iſto caſu ſufficit denominare illam pꝛopoſitionem immo ꝗ̄tum vna pars ſufficit ad denominationem tantum tollit alia et omnino idem eſt de tali enūciatione ſicut de coꝛpoꝛe cuius vna medietas eſt alba et alia nigra ꝗ̄tum ad hoc ꝙ ſicut a nulla illarum medietatum illud coꝛpus denominatur ita a nulla illarum partium copule illa enūciatio denominatur qualis. ¶ Aliter ergo reſpondeo concedendo ꝙ hec enunciatio ſoꝛtes eſt vel non poſſibiliter eſt nec eſt affirmatiua nec negatiua immo dico ꝙ ipſa eſt mixte qualitatis. Unde iſte terminus pꝛopoſitio mixte qualitatis ē terminus connotatiuus pꝛo enunciatione ſupponēs connotando ꝙ pars copule ipſius affirmatur et alia eque pꝛincipalis negatur modo iſte due partes vel ē/ poſſibiliter eſt/ ſunt eque pꝛincipales ⁊ vna affirmatur et alia negatur pꝛopterea illa pꝛopoſitio eſt mixte qualitatis ⁊ ſicut nullum memboꝛum huius diuiſionis de illa enunciatione verificatur ita nec diuiſuz huius diuiſionis de ea verificatur.

¶ Contra hanc ſolutionē dupliciter ſic arguo. Pꝛimo ſic ſi ſolutio eſſet vera ſequeret ꝙ eēt aliqua enūciatio que nō poſſet habere cōtradictoꝛiam oppoſite qualitatis qḋ eſt abſurdū licet enī dictū ſit argumēto p̄cedēti ꝙ due affirmatiue cōtradicere poſſūt nō tñ dictū eſt ꝙ nulla earuz poteſt habere cōtradictoriam oppoſite qualitatis immo de facto pōt habere. Sequela tñ ꝓbat in cōtradictoꝛia hui⁹ pꝛopoſitionis ſoꝛtes eſt vel non poſſibiliter eſt opoꝛz hoc totū ē vel negari ⁊ hoc totū poſſibilr ē affirmari igitur cōtradictoꝛia illi⁹ ꝓpōnis erit mixte qualitatis quemadmodum ⁊ illa pꝛopō ⁊ per cōſequēs ſua cōtradictoꝛia nullomodo poteſt eſſe oppoſite qualitatis.

¶ Secundo ſic iſta pꝛopoſitio ſoꝛtes eſt vel nō poſſibiliter eſt ſimpliciter ē affirmatiua ergo nō eſt mixte qualitatis conſequentia eſt clara et ꝓbo antecedens bene ſequitur pꝛincipalioꝛ pars copule illius enunciationis non negatur ergo ipſa eſt affirmatiua tenet conſequentia a diffinitione ad diffinitum ⁊ pꝛobo aſſumptum hoc totum eſt vel poſſibiliter ē pꝛincipalioꝛ pars copule ⁊ hoc totum non negatur igitur ꝙ hoc totum non negetur clarum eſt quia nulla negatio fertur ſuper illam totam partem.

¶ Ad pꝛimū iſtoꝝ concedo illatum videlicet ꝙ aliqua eſt enunciatio que non poteſt ha-

pere contradictoꝛiam oppoſite qualitatis:

¶ Ad ſecunduʒ nego ꝙ illa enuncia
tio ſit affirmatiua ⁊ concedo ꝙ hoc totum eſt vel poſſi
biliter eſt pꝛincipalioꝛ pars copule ⁊ nego ꝙ non ne/
getur ad ſenſum quem pꝛetendimus. Un̄ ad hoc ꝙ ali
qua enūciatio ſit affirmatiua requiritur ꝙ ſuper pꝛin
cipalē eius copulā nō feraꝶ negatio vel ſi copula eius
habeat plures ptes tūc requiriꝶ ꝙ ſup parte pꝛincipa
lioꝛē nō feraꝶ negatio nec etiā ſup aliquā partē ipſius
ad hoc autē ꝙ talis enūciatio ſit negatiua requiriꝶ ꝙ
ſup talē partē pꝛincipalioꝛē feraꝶ negatio ⁊ nō ſufficit
ꝙ feratur ſuper aliquam partem ipſius.

¶ Ad confirmationē reſpōdeꝶ cōce/
dendo hanc eſſe affirmatiuam ſoꝛtes eſt vel nō eſt ho/
mo. Et quādo dicis ſequeretur ꝙ duo termini cōtra/
dictoꝛij verificarētur de eodem. Cōcedo ſequelaʒ nec
hoc eſt cōtra naturam terminoꝛum cōtradictoꝛioꝛū ſʒ
cōtra naturā eoꝛū eſt ꝙ verificētur de eodem mediāte
ſimplici copula in pꝛopoſito autem verificantur de eo
dem mediante copula mixta.

¶ Tertio pꝛicipaliter arguiꝶ ſic ali/
qua ē enūciatio q̄ nec eſt affirmatiua nec negatiua igi
tur diuiſio nihil valet. Cōſequētia ē clara ⁊ pro ꝓba/
tione antecedētis ſumo hāc enūciationeʒ ſoꝛtes nō eſt
vel nō erit albꝰ vt pꝛima negatio cadat p̄ciſe in pꝛimā
copulā verbalē ⁊ ſcd̄a negatio in ſecūdā copulā verba
lē tūc ſic arguo illa enūciatio nec ē affirmatiua nec ne
gatiua nec mixte qualitatis igitur ꝙ ipſa nō ſit mixte
qualitatis clarū ē ſed ꝙ nō ſit affirmatiua ſic ꝓbo illa
copula totalis cōſtituiꝶ ex tribus partibꝰ quarū due
negātur vnica vero affirmatur igitur potius dicēda ē
illa pꝛopoſitio negatiua q̄ affirmatiua.

¶ Si foꝛte dicis ipſam eſſe negatiuā
ſic arguo nec pꝛincipalis copula eius negatur nec ſi/
militer eius pꝛincipalioꝛ pars igitur illa ꝓpoſitio nō
eſt negatiua/a negatione diffinitionis ad negationē
diffiniti ꝙ pꝛincipalis eius copula non negetur clarū
eſt ⁊ ꝙ pꝛincipalioꝛ pars copule nō negetur patet naʒ
iſta pars/eſt vel/nō negatur nec ſimiliter iſta pars vel
erit. Et clarū eſt ꝙ iſte due partes ē erit nō cōſtituūt ꝑ
tem pꝛincipalioꝛem quia non conſtituunt vnam partē
quemadmodum caput hominis ⁊ pes hominis nō cō
ſtituunt aliquam partem eius.

¶ Et confirmatur iſta enūciatio nō
homo non eſt animal nec eſt affirmatiua nec negatiua
ergo pꝛopoſitum. ꝙ illa nō ſit negatiua clarum eſt ex
communi logica: ſed ꝙ non ſit affirmatiua ſic pꝛobo co
pula illius pꝛopoſitionis negatur igitur non eſt affir/
matiua antecedens pꝛobo negatio poſita in pꝛinci/
pio enunciationis habet vim negandi illam copulam
ſed vis eius non impeditur igitur de facto negat illaʒ
copulam. Conſequentia eſt nota cum maioꝛe ⁊ mino/
rem pꝛobo ſi vis illius negationis impediretur maxi/
me impediretur a ſecunda negatione ſed ſecunda ne/
gatio non impedit pꝛimā qd̄ ſic pꝛobo q: dato oppoſi
to ſequitur ꝙ ſecūda negatio ageret ante ſe quod eſt
contra naturam talis ſincathegoꝛematis.

¶ Ad tertiuʒ pꝛincipale reſpōdeꝶ ꝙ
iſta enūciatio ſoꝛtes nō eſt vel nō erit albus eſt negati
ua perſuaſio adducta eſt inter arguēdū q: plures par
tes copule negantur vna vero duntaxat affirmaꝶ. Et
qn̄ dicis nec pꝛincipalis copula illiꝰ nec pꝛincipalioꝛ
pars copule negaꝶ igitur illa nō eſt negatiua. Cōce/
do antecedēs de virtute ſermonis quia ille due ptes

copule que negantur non conſtituunt vnam partem
⁊ hoc quia aliquid inter illas partes mediat. Sed ad
hoc ꝙ illa ſit negatiua ſufficit ꝙ partes copule negā
tur inter quas ſi nihil mediaret ipſe conſtituerent par
tem pꝛincipalioꝛem. Accipe analogiam de coꝛpoꝛe tri
pedali cuius pꝛima pedalitas eſt alba ſecunda nigra
⁊ tertia alba illud coꝛpus eſt album licet nulla pars q̄
eſt plꝰ q̄ medietas ſit alba ſufficit ꝙ aliq̄ partes ſunt
albe que ſi conſtituerent vnam parteʒ ipſa eſſet maioꝛ
q̄ medietas.

¶ Contra hanc ſolutionē arguiꝶ ꝓ/
bādo illud eſſe falſum quod dictum eſt videlicet ꝙ pꝛi
ma negatio poſſit cadere in pꝛimam copulam verba/
lem non cadendo in aliquid aliud ⁊ ſic arguo ſi hoc eſ
ſet verum ſequeretur ꝙ in iſta ſoꝛtes non eſt vel fuit ho
mo negatio poſſet cadere pꝛeciſe in pꝛimam copulaʒ.
Conſequentia eſt clara. Falſitatem tamen conſequen
tis pꝛobo ſic ſi poſſet cadere pꝛeciſe in pꝛimam copu/
lam tunc ſequeretur ꝙ pꝛedicatum illius pꝛopoſitio/
nis ſupponeret determinate vt claruʒ eſt ſed pꝛobo ꝙ
non ſi hoc eſſet verum ſequeretur ꝙ ſi ſoꝛtes nunc pꝛi/
mo eſſet ꝙ illa pꝛopoſitio eſſet vera. Nam aſcenden/
do ſub pꝛedicato ſtante determinate diſiunctiue mul
te inuenientur ſingulares vere tamen clarum eſt illaʒ
pꝛopoſitionem in caſu poſito eſſe falſam.

¶ Tum ſecundo ſequeretur ꝙ ſubie
ctum huiꝰ ꝓpōis chimera nō eſt vel ē ſupponeret pꝛo
quolibꝫ ente mūdi qd̄ nullꝰ cōcedit etiā dictū ē oppſi
pꝛobatur enim ſequela ſic ille terminus chimera veri
ficabilis ē de quolibet ente mūdi mediāte copula ſue
ꝓpōnis hec eni ē vera ſoꝛte demōſtrato hoc ē vel nō eſt
chimera ⁊ ꝑ ꝯ̄s ille terminꝰ chimera ꝓ ſoꝛte suppo/
nit nec valet dicere ꝙ negatio nō eſt pars copule ſʒ ꝙ
copula eſt ly eſt vel et ꝙ opoꝛtebat facere verificatio/
neʒ hoc modo hoc eſt vel eſt chimera q: volo ꝙ illa ne
gatio pꝛeciſe cadat in pꝛimā copulā ⁊ ꝙ vis eius vltra
illam nō tranſeat quod eſt poſſibile ſecundum dicta/
⁊ tunc ſic arguo illa negatio eſt pars copule igiꝶ in ve
rificatione opoꝛtet aſſumere illam negationem conſe
quētia eſt clara ⁊ aīs ꝓbo in iſta ꝓpoſitiōe ſoꝛtes qui
nō currit mouetur negatio eſt pars ſubiecti quia vis
illius non tranſit vltra illud igitur etiam negatio effi
citur pars copule quando vis eius vltra copulam nō
tranſit ſed de his in contradictoꝛijs.

¶ Ad confirmationem reſpondeꝶ ꝙ
iſta ꝓpō nō hō nō eſt animal eſt affirmatiua et dicitur
ꝙ pꝛima negatio impeditur a ſecūda/et bꝛeuiter dico
ꝙ ſcd̄a negatio impedit aliquid an̄ ſe poſituʒ ne agat
in illud qd̄ ſequiꝶ ſcd̄aʒ negationē ſʒ nō pōt impedire
pꝛimā ne agat in aliquid qd̄ p̄cedit ſcd̄aʒ negationē ⁊
ꝓpterea pꝛima negatio nō impediꝶ a diſtributione il/
lius termini homo ſed impeditur a negatione copule
⁊ a diſtributione pꝛedicati.

¶ Contra hāc ſolutionē dupliciter
Arguo ſic ⁊ capio iſtam mentalem hō nō eſt animal et
quero vel ly nō negat copulam ⁊ diſtribuit pꝛedicatū
vel non ⁊ clarum eſt ꝙ vtrūqꝫ facit ⁊ ſic arguo et pono
ꝙ intellectus addat adhuc vnā negationē pꝛeponēdo
eam toti pꝛopōi ⁊ tunc quero vel illa mētalis erit affir
matiua vel negatiua ſi ſecūdū ſolutio p̄cedēs eſt male
aſſignata. Si pꝛimuʒ ſic arguo illa negatio que pꝛius
negabat copulam vel adhuc eam negat vel non ſi pꝛi
mum adhuc illa pꝛopō eſt negatiua ſi ſecundum ſequi
tur ꝙ aliquis terminus mentalis cadit a ſua ſignifica
tiōe nā ſignificatio illiꝰ negatiōis ibidē erat negare ⁊

diſtribuere ſed illa negatio nõ amplius negat nec diſtribuit igitur cecidit a ſua ſignificatione.

## ¶ Secundo ſic ⁊ accepta hac mẽtali

non homo non eſt aial quero a te vel quelibet illarum negationum habet virtutem negandi copulã illius ppoſitionis vel non. Si primum: male dictum eſt ꝙ ſe impediunt immo potius ſe iuuant ⁊ longe melius negabitur copula ab illis duabus negationibus ſimul ꝙ ab vna illarum dumtaxat ſicut videmus contingere in alijs agentibus/ medium melius illuminatur a duobus corporibus luminoſis ꝙ ab vno preciſe immo vt dicit arguens eſt non intelligibile ꝙ quelibet illarum negationum habet virtutem negandi et ꝙ vna impediat aliam. Si vero dicatur ꝙ nulla illarum negationum habet virtutem negandi ſequitur ꝙ vna nõ impedit aliam ab illo enim quod non poteſt ab agente naturali fieri nihil poteſt illud impedire nullus diceret ꝙ aliquid poteſt impedire ignem a productione frigoris.

## ¶ Pro ſolutione harũ duarũ rõnuz

*Appollinaris offredus* Notandũ eſt ꝙ eſt vna opinio appollinaris offredi in tractatu ſuppoſitionum ꝙ nullus terminus alium diſtribuens eidem remanens immediatus a diſtributione impediri poteſt per alium precedentem vel ſequentem ita ꝙ accepta hac propoſitione omnis homo eſt animal ſi preponatur negatio aduerbialis et fiat hec enunciatio non omnis homo eſt animal adhuc ly homo diſtribuitur. Et ratio eius eſt quia ly omnis omnino eandem vim habet prepoſita negatione ⁊ ipſa remota ⁊ per conſequens negatio nullo pacto eius officium aut modum ſignificandi impedit antecedens autẽ arguitur quia ly omnis omnino eidem actui ſubordinatur ſiue preponatur negatio vel nõ. Et ſi aliquis non intelligens materiam dicat ꝙ iſta conſequentia non valet negatio non impedit modum ſignificãdi de ly omnis ergo ſicut diſtribuit remota negatione ita etiam diſtribuit prepoſita eadem. dicit Appollinaris ꝙ hec reſponſio non eſt digna argumento et ſubiungit ꝙ ridiculum eſt dicere aliquem terminum habere modum diſtribuendi ⁊ non diſtribuere non enim poteſt ly omnis eſſe actus diſtributiuus in mente niſi per eum intellectus diſtribuat ſiue precedat negatio ſiue non. Veniendo ad propoſituz patet ꝙ conſimiliter ad hanc opinionem erit dicendum ꝙ accepta hac mentali homo non eſt animal/ in qua negatio negat copulam ⁊ diſtribuit predicatum datoꝙ intellectus preponat negationem toti propoſitioni adhuc illa negatio negabit copulam ⁊ diſtribuet predicatum ſicut antea eoꝙ ab illo officio aut modo ſignificandi impediri nõ poteſt per negationem precedentem ⁊ ita erit hec mentalis non homo nõ eſt animal negatiua ſicut ⁊ iſta homo non eſt animal Inuenio quendam ſociorum meorum idem dicentem ⁊ mouetur duabus rationibus factis ⁊ conſequenter dicit ꝙ hec mentalis non homo non eſt animal equiualet huic omnis homo non ẽ animal ſed pro impugnatione huius opinionis ſufficit auctoritas omnium logicorum in oppoſitum. debent enim qui hanc fouent opinionem negare regulas cõmunes vt puta non eſt verius contradicere ꝙ toti propoſitioni negationem preponere ſimiliter quicquid mobilitat immobilitatum immobilitat mobilitatum et multas alias aut ſaltem eas tortuoſe exponere.

¶ Propterea confirmando me communi logice aliter reſpondeo vno tamen prius notato. Iſta negatio non triplicem habet ſignificationem puta diſtribuere negare et impedire et illa negatio quandoꝙ negat non diſtribuendo aut impediendo patet hic ſortes nõ eſt plato quandoꝙ impedit nec diſtribuendo nec negando vt hic non nullus homo eſt animal: quandoꝙ diſtribuit non negando vt hic non homo non eſt animal non autem poteſt diſtribuere quin impediat aut neget ⁊ quemadmodum dico de iſta negatione aduerbiali non ita poteſt dici de alijs ſignis diſtributiuis negatiuis/ iſto notato Reſpondeo ad argumenta ⁊ primo ad primum reſponde ꝙ iſta eſt affirmatiua non homo nõ eſt animal paritas enim negationum dicunt logici reddit propoſitionez affirmatiuam imparitas vero negatiuam ⁊ quando dicis accipiatur hec mentalis homo non eſt animal ly non in illa mentali negat copulam ⁊ diſtribuit predicatum fateor: preponat poſtea intellectus toti propoſitioni negationẽ aduerbialem admitto ⁊ tunc dico ꝙ copula illius totius propoſitionis nõ amplius negabitur intelligo in ordine ad illam nec etiam predicatum diſtribuetur ⁊ tunc qñ dicis ſequitur ergo ꝙ illa negatio cadet a ſua ſignificatione/ ſi intelligis ꝙ illa negatio non amplius ſignificat aliqualiter falſum eſt ⁊ nego conſequentiam immo tunc aliqualiter adhuc ſignificat videlicet impediendo. Si autem intelligas ꝙ non amplius actualiter ſignificat ſicut prius eo ꝙ non actualiter negat copulam nec diſtribuit predicatum concedo ꝙ illo modo cadit a ſua ſignificatione ⁊ breuiter vt prolixitatez verborum euitem pono breues propoſitiones.

## ¶ Prima propoſitio non eſt poſſibi

le terminum mentalem a qualibet ſua ſignificatione cadere hec propoſitio probatione non eget.

## ¶ Scda propoſitio aliquis termin⁹

mentalis a qualibet ſua ſignificatione poteſt cadere nam actus cui ſubordinatur ly omnis a qualibet ſua ſignificatione cadere poteſt ſignificat enim ille actus aliqualiter diſtributiue ⁊ ab illa ſignificatione cadere poteſt ⁊ etiam ab illa ſignificatione qua ſignificat impediendo poteſt cadere ⁊ non videtur habere aliquaz aliam ſignificationem igitur.

## ¶ Tertia propoſitio non ẽ poſſibile

illum terminum mentalem actualiter ſignificare omni modo quo ſignificare poteſt quando eñ ſignificat aliqualiter diſtribuendo non ſignificat aliqualiter impediendo ⁊ econuerſo cum iſta propoſitione ſtat bene ꝙ iſta negatio non in aliqua propoſitione diſtribuat impediat ⁊ neget patz in hac propoſitione non homo nõ ẽ animal eſt nõ iñ ſignificat ibi actualiter omni mõ quo ſignificare poteſt quia poteſt ſignificare impediendo aliam negationem ne neget copulam ⁊ illam ſignificationem ibi actualiter non habet.

## ¶ Quarta ppõ termin⁹ mẽtalis po

teſt variare ſuam ſignificationem propoſitio eſt clara ex dictis quia ly omnis aut ly nõ poteſt ſignificare aliqualiter impediendo dato ꝙ non taliter antea ſignificauerit actualiter.

## ¶ Ad ſecundã rationẽ reſpondeo ꝙ

quelibet iſtarum negationum in hac mentali non homo non eſt animal habet virtutẽ negandi copulam illius propoſitionis: et nego ꝙ ppterea male dictuz eſt illas negationes ſeſe impedire ⁊ nego ꝙ potꝰ deberẽt ſeſe iuuare ſimile ẽ de illis duabus negationibus ſicut de ſorte ⁊ platone ſuppoſito ꝙ ſint eque fortes ⁊ quolibet eorum volẽte a lapidem portare tũc ſe inuicem impediũt. Et ꝓ hoc patet ſolutio ad rationem appollinaris. Vñ ſi intellectus habeat hãc mentalẽ oĩs hõ ẽ aial tunc ille actus diſtribuit illuz terminũ hõ. &

autem preponat negationem tunc ille actus non amplius negat illum terminum hō eo ꝙ impeditur a negatione. Et quando dicis habet oīno eandē vim quā prius habuit concedo: ergo adhuc diſtribuit nego cōſequentiam. Simile eſt ſi aliquod corpus luminoſum illuminet aliquod mediū oct o pedū ⁊ ponatur aliqͥd corpus opacum immediate illius medij tunc illud luminoſum adhuc eandem virtutē habet quā prius habuit non tamē diffundit ſuum lumen vt prius ⁊ hoc ꝓpter impediens. Cōſimiliter dicatur in propoſito nec ex iſta ſolutione hēri poteſt ꝙ noticia alicuius rei poſſet remanere in anima nihil repreſentando. Diſcriminis cauſa eſt clara. ¶ Forte dicis ex dictis ſequitur ꝙ a proportione equalitatis fit actio quod eſt cōtra omnes naturaliter loquentes. Dico ꝙ hoc non eſt multum ad propoſitum. dico tamen ꝙ in naturalibus frequenter a proportione equalitatis fit impedimentū ſed non actio. Et hoc contingit in propoſito.

¶ **Quarto principaliter arguitur ſic** capio iſtā mentalē hō nō eſt animal ⁊ ſic arguo illa mentalis nec eſt affirmatiua nec negatiua igitur ⁊c. minorē ſic ꝓbo ⁊ primo ꝙ nō ſit affirmatiua clarū ē ⁊ ꝙ non ſit negatiua ſic ꝓbo due negationes precedūt copulā illius enūciationis igiᷣ illa enūciatio nō eſt negatiua. Conſequentia eſt clara ⁊ ꝓbo aſſumptū ille actus ſincathegoreumaticus diuidi poteſt in duas medietates quoad intentionē ⁊ quelibet illarū medietatū eſt vna negatio igitur due negationes precedūt copulā illi⁹ enunciationis ⁊ ex conſequenti ſequitur ipſam nō eē negatiuam ⁊ ſic habetur propoſitum.

¶ **Et confirmatur et accipio iſtam**

Nullus

ſcriptam homo eſt animal ⁊ volo ꝙ in tali figura: hō eſt aīal

Nullus

ſcribantur iſte due negationes nullus nullus vna ſurſum altera deorſū ⁊ ꝙ linealiter ꝓtrahanᷣ vſqȝ ad illā enūciationē iſto poſito ſic arguo illa enūciatio ſcripta nec eſt affirmatiua nec negatiua / ⁊ primo ꝙ nō ſit affirmatiua patet qꝛ copula illi⁹ ꝓpōis negaᷣ ſȝ ꝙ nō ſit negatiua patet qꝛ due negationes precedunt copulam illius propoſitionis ⁊ per conſequens ſeſe impediunt ⁊ tota copula manet non negata.

¶ **Ad quartum principale dicitur ꝙ** illa mentalis homo nō eſt animal eſt negatiua / ⁊ quādo dicis due negationes ponuntur ante copulam igiᷣ illa propoſitio eſt affirmatiua. Diſtinguo ꝙ ponuntur due negationes ante copulā vel eiuſdē ſpeciei ⁊ nō ſe impedientes ⁊ ſic concedo vel ꝙ ponantur due negatiōes diſtincte ſpecie ⁊ ſe impedientes ⁊ ſic nego vnde dico ꝙ eſt impoſſibile duas negationes eiuſdē rationis ⁊ ſpeciei ſe impedire. Et ꝓpterea qñcūqȝ aliq̄ negationes ſe impediunt oportet eas eſſe diuerſarū rationū ⁊ ſpecie diſtingui. Tunc autem negationes ſpecie diſtinguntur quando cauſantur a cauſis ſpē diſtinctis inuenio aliquos aliā dātes ſolutionē ⁊ dicūt hāc mentalem eſſe negatiuam hō non eſt animal. Et quādo dicitur due negationes precedunt copulā vel due negationes ſua exercentes officia in ordine ad illā ꝓpoſitionē ⁊ ſic negāt vel precedāt due negationes exercentes officiū vnius ⁊ ſic concedunt intellectus enim capit illas duas negationes vt ſint vna et non plures ⁊ ex illa inferunt ꝙ intellectus poteſt facere vnam propoſitionem falſam eſſe veram ⁊ vnā ꝓpoſitionē negatiuam eſſe affirmatiuam ſi intellectus habeat hāc mentalem homo non eſt animal ⁊ accipiat duas medietates illius negationis tanq̄ exercentes officium vnius tunc illa mentalis eſt negatiua / ⁊ ſi poſtea intellectus accipiat illas duas medietates tāq̄ duas negationes exercentes ſua officia tunc illa eadē ꝓpō erit affirmatiua. Sed iſtud dictum oīno eſt abſurdū quēadmodū eñi nō eſt in poteſtate intellectus facere ꝙ noticia repñtatiua vnius obiecti aliud repreſentet eodē mō nō eſt in poteſtate ipius facere ꝙ vna ꝓpoſitio nunc repñſentet falſe nunc vere nulla mutatione facta in re qꝛ cō naturaliter ſignificat enūciatio ſicut noticia repreſentat ſuū obiectū. Etiam nunq̄ due negationes cadunt in eādē copulam in ꝓpōne affirmatiua niſi ille negationes ſeſe impediant ⁊ nulle negationes poſſunt ſeſe impedire niſi diſtinguātur ſpecie ⁊ per cōſequens nō eſt in poteſtate intellect⁹ accipere illas duas medietates tanq̄ duas negationes ſua exercētes officia qꝛ tūc poſſet intellect⁹ eas facere ſpecie diſtigui ⁊ ſic aliquid curreret de ſpecie in ſpeciem quod eſt impoſſibile propterea ſtandum eſt in prima ſolutione.

¶ **Contra quā tamē ſic arguo ⁊ accipio** hāc ꝓpōnē hō nō eſt animal ⁊ volo ꝙ illa eadē negatio numero q̄ immediate cadit ī copulā ponatur in principio ꝓpōnis ⁊ cōſtituaᷣ iſta ꝓpō non homo non eſt animal. Tunc ſic arguo vel illa enūciatio eſt affirmatiua vel negatiua non eſt dicendū ſecūdū qꝛ vna negatio poſita in duob⁹ locis eſt tante virtutis ſicut due negationes ſicut declaraui in quarto phiſicorū ⁊ cū due negationes non reddant ꝓpōnē negatiuā ſequitur ꝙ neqȝ illa negatio poſita in duobus locis ꝓpōnē reddat negatiuā dicendū ergo erit illā ꝓpoſitionē eſſe affirmatiuā ⁊ ex illo ſic arguo illa negatio immediate poſita ante copulā non negat illam copulā igitur impeditur a negatione copule ⁊ non videtur a quo impediatur niſi a ſeipa igitur vna negatio impedit ſe ipſam ⁊ ꝑ ꝯñs a fortiori due negationes numero diſtincte ⁊ non ſpē ſeipſas poterunt impedire.

¶ **Ad hoc argumentu reſpondēt ali**qui ꝙ in caſu poſito illa ꝓpō eēt affirmatiua licet enī precedat vnica negatio copulā illius ꝓpōnis tñ ipſa exercet officia duarū negationū. Et vlterius concedūt in iſto caſu ꝙ eadē ꝓpoſitio ſibi ipi cōtradicat ⁊ ſimiliter ꝙ eadē negatio impedit ſe. ¶ Sed hec ſolutio nullius valoris eſt qꝛ vel intēdūt loqui de ꝓpōne mentali vocali vel ſcripta ſi de mentali caſus non erat admittēdus qꝛ nō pōt aliqua negatio in mente poni in duob⁹ locis ſi aūt intendūt loqui de ꝓpōe vocali aut ſcripta tunc nihil difficultatis eſt in argumento opȝ eñi recurrere ad mentalē cui talis ꝓpō ſubordinatur ⁊ ſi in tali mentali ponantur due negationes correſpōdentes illi vnice negationi poſite in duob⁹ locis tūc illa ꝓpoſitio eēt affirmatiua. Si aūt in illa mentali poneretur ꝓciſe vnica negatio tunc talis eſſet negatiua. Sed dices forte ꝙ intendis loqui de ꝓpōne mentali ⁊ ꝙ ad bonū ſenſum intelligis eandē negationem mentalē poni in duob⁹ locis ad hunc ſenſum videlicet ꝙ eandē negationē concipiat intellectus in principio ꝓpōnis ⁊ immediate ante copulā ei⁹ ſi ſic intelligas dico ꝙ adhuc illa ꝓpoſitio eēt negatiua ⁊ nullo pacto affirmatiua ſi enim ipſa eſſet affirmatiua hoc maxime eſſet quia illa negatio impediatur ⁊ non poteſt dici a quo impeditur niſi a ſeipſa ⁊ ita idem impediret ſe quod implicat contradictionem nec cadit in mentem alicuius ſane intelligentis. Et tūc ad argumētū dico ꝙ nō eſt ſimile de illa negatione poſita in duob⁹ locis ⁊ de duabus negationib⁹ qꝛ due bñ poſſunt ſe mutuo impedire vna tamen negatio impedire ſeipſam non poteſt.

¶ **Sed contra hoc tamen ſic arguo** ⁊ accipio hãc mentalē in intellectu ſortis hō nō ē aial ⁊ volo ꝙ illā eandē ponat etiā in intellectu platonis ſic tñ ꝙ medietatē illiꝰ negationis ꝓponat toti ꝓpōi alterā vō medietatē ꝓponat imediate copule tūc arguitur ſic ꝓpō platonis eſt affirmatiua q: ꝓpō platonis ſignificat oino ſicut iſta hō eſt aial ⁊ per conſequēs ille due negatiōes ſeſe impediunt ⁊ tñ ſunt eiuſdem rationis ⁊ ꝑ conſequens ille due negationes eiuſdez rationis bene poſſent ſe impedire.

¶ **Hoc argumētū ſufficienter ſolui** pōt ex dictis breuiter tñ dico ꝙ deus nō poſſet illo pacto vt imaginat̄ argumentū ponere illā negationem que eſt in intellectu ſortis in aīa platonis/ q: vt dictū eſt medietates illius negationis ſunt eiuſdē ſpēi ⁊ propterea vna non poteſt impedire aliam.

¶ **Ad cōfirmationē rñdet̄ ꝙ ī illo ca**ſu illa ꝓpō eſt negatiua dato ꝙ quelibet negationum cadat ſuper hãc ꝓpoſitionē hō eſt animal ⁊ nego ꝙ ille due negatiōes ſe impediūt. Ad hoc eñ ꝙ alique negationes ſe impediãt requiritur ꝙ vna illarū negationum neget totam compoſitionem cuius alia eſt pars modo clarum eſt ꝙ in caſu nulla illarum negationuz negat nullum hominem eſſe animal ſed quelibet earū negat preciſe hominem eſſe animal.

¶ **Quinto principaliter arguit̄ ſic** ⁊ pono caſum ꝙ in prima parte ꝓportionali alicuiꝰ hore ſortes habeat hãc mentalē hō ē aial ⁊ ꝙ in ſcđa parte ꝓportionali addat negationē copule iſtius ꝓpōis in tertia aūt parte ꝓportionali volo ꝙ remoueat iſtã negationē a copula in quarta aūt iterū addat ⁊ ſic ꝯſequēter per oēs partes ꝓportionales hore itaꝙ in qualibet parte ꝓportionali pari ſit addita negatio copule iſtius ꝓpoſitionis in qualibet aūt impari nō. Iſto caſu poſito ſic arguo iſta ꝓpō quā habebit ſortes in inſtanti terminatiuo hore nec erit affirmatiua nec negatiua nec mixte qualitatis ergo propoſitum.

¶ **Et cōfirmat̄ et pono aliquez intel**lectum infinite virtutis ⁊ pono ꝙ in prima parte proportionali addat negationē copule huius mētalis hō eſt aial in ſcđa parte ꝓportionali ꝙ addat adhuc aliā negationē priori remanēte in tertia parte ꝓportionali addat ſimiliter aliā negationē duabus prioribus remanentibus ⁊ ſic cōſequēter per oēs partes ꝓportionales hore ſic videlicet ꝙ iſte intellectꝰ in fine hore habebit mentalē añ cuius copulā erūt infinite negationes tūc accepta iſta mentali ſic arguo ipa nec eſt affirmatiua nec negatiua nec mixte qualitatis vt clarū eſt q: ipa ē de ſimplici copula ꝙ autez nec ſit affirmatiua nec negatiua patet q: iſte negationes nec ſunt in numero pari nec in numero impari igitur nō videt̄ eē dicendū ipſam eſſe affirmatiuam aut negatiuaz ⁊ ſic habetur diuiſionem poſitam nihil valere.

¶ **Ad quintuz principale reſpondet̄** ꝙ argumentū nihil cōcludit q: cū toto caſu poſito ſtat ꝙ iſta mētalis nō ſit in inſtāti terminatiuo hore ⁊ ſi velis ꝙ in inſtanti terminatiuo hore ſortes habeat iſtam mētalē dico ꝙ adhuc cū toto caſu ſtat ꝙ in iſto inſtāti iſta ꝓpō ſit negatiua q: poſſet in iſto inſtāti intellectꝰ ſortis addere negationē copule iſtius ꝓpōnis ⁊ ſi velis ꝙ in iſto inſtanti nihil faciat ſortes circa iſtā mētalē ita ꝙ in iſto inſtāti nullā ei addat negationē tūc dico ꝙ ī iſto inſtāti iſta ꝓpō mētalis erit affirmatiua q: nulla erit negatio addita copule ſue ꝓpoſitionis quia quelibet negatio que qñꝙ addet̄ copule iſtius ꝓpōis addet̄ ei in aliqua parte ꝓportionabili hore ⁊ nulla talis manebit ei addita ī inſtāti terminatiuo hore vt claret ⁊ ſi nūc eſſemꝰ in inſtāti terminatiuo hore tūc verū eēt dicere immediate ante hoc fuit hec propō affirmatiua ⁊ imediate ante hoc fuit negatiua ad bonū ſenſuz ⁊ tñ nunꝙ̄ ſimul ⁊ ſemel fuit affirmatiua ⁊ negatiua

¶ **Ad confirmationē reſpondent pe**trus mantuanus in materia equipollentiarū ⁊. Paulus venetus in magna logica in materia de q̄ntitate ꝓpoſitionū ſi eēt aliquis intellectus infinite virtutis ⁊ haberet hãc mētalē hō eſt animal ⁊ poneret infinitas negationes ante eius copulā tūc ibi nō eſſet enūciatio et per conſequens nec affirmatio nec negatio immo eſſet negatio ⁊ nō ſolum eſt hoc verum de infinitis negationibus verum etiā de finitis non nulliꝰ hō nō currit nō eſt enunciatio immo nugatio ꝓpter cōiūctionē immediatā plurium ſincathegorematum ſimiliū ſed dicendo nō nullus hō non eſt aial ibi non eſt nugatio q: licet ille negationes ſint immediate tñ ipe non ſunt ſimiles. ¶ Sed nunc cōiter loquētes dicunt hãc ſolutionem non ſatiſfacere. Propterea aliter dicunt ad argumentū ⁊ primo dicunt ꝙ talis ꝓpō eſt mixte qualitatis eo ꝙ nō eſt maior rō ꝙ ipſa ſit affirmatiua q̄ negatiua ſed iſtud nihil valet q: illa ꝓpō eſſet ſimplicis copule mō nunꝙ̄ ꝓpō ſimplicis copule eſt mixte qualitatis. Secūdo aliter reſpondent ⁊ dicūt ꝙ talis propoſitio eſt affirmatiua ⁊ rationē aſſignant q: quelibet negatio ibi poſita eſt impedita ⁊ ita a nulla negatione ibi poſita poſſet copula illa negari.

Petrus mātuanus.

Paulus venetus.

¶ **Sed contra hunc dicēdi modū ar**guitur ſic. ſequeret̄ ꝙ darentur cōtradictoria ſimul vera ꝙ eſt abſurdum. Sequelam tñ probo ſic ⁊ volo ꝙ ille intellectus infinite virtutis habeat hãc mentalē hō eſt aial ⁊ volo ꝙ poſtea ponet infinitas negationes inter ſubiectum ⁊ copulam et volo ꝙ illa propō que ibi cōſtituatur ſit a deinde volo ꝙ ille intellectus preponat toti propōni vnam negationē ⁊ vocetur illa propoſitio b iſto poſito ſic arguo a ⁊ b contradicunt q: non ē verius contradicere q̄ toti propoſitioni negationē ꝓponere ⁊ a ⁊ b propōes ſunt ſimul vere quod ſic probo ⁊ primo ꝙ a ſit propō vera patz q: eſt vna affirmatiua cuius extrema ſupponunt pro eodez extra inſtantias cōes ⁊ per conſequēs ipſa eſt vera ꝙ b ſit vera conſimiliter probo q: b eque eſt affirmatiua ſicut a nā infinite negationes ponuntur ante copulā b quaruz quelibet eſt impedita nam illa negatio poſita in principio licet non ſit impedita a diſtributione ſubiecti falte ē impedita a negatione copule ⁊ per ꝯñs b ꝓpoſitio equiualebit huic quilibet homo eſt aial ⁊ ſic clariſſime habet̄ duarum contradictoriarum veritas.

¶ **Secūdo ſic arguo ⁊ volo ꝙ ꝑdica**to huius ꝓpōis ſortes eſt hō preponant̄ infinite negationes infinitanter capte ⁊ cōſtituat̄ ibi enūciatio que vocet̄ a ⁊ quero vel illa ꝓpō eſt vera vel falſa. Si dixeris eā eē verā tūc ꝓponēdo negationez copule efficies propoſitionem falſam ſed hoc ſtare nō poteſt quia addendo vnam negationem illis infinitis negationibus ⁊ arguendo ab affirmatiua ad negatiuaz predicato variato penes finitū ⁊ infinitū erit añs verū ⁊ per ꝯñs ipſum conſequens erit verum ⁊ nō falſum. Si vero dicatur ꝙ a ꝓpoſitio eſt falſa tūc arguatur a negatiua ad affirmatiuaz predicato variato penes finitū ⁊ infinitū ⁊ antecedens erit verū ergo ⁊ cōſequens. Claret ergo apud intelligentē hanc ſolutionē eē nullā propterea ſto in ſolutione pauli veneti ⁊ petri mantuani quia in

fallibiler ita reſpondendum eſt ad argumentum.

¶ Sexto principaliter arguit ſic aliqua ē enūciatio negatiua ⁊ tn̄ eiꝰ copula nec negat a negatiōe nec negationibꝰ igr̄ diffinitio enūciationis negatiue nō ē recte aſſignata. Cōſequentia tenet ⁊ aſſumptū ꝓbo intellectꝰ pōt affirmare copulā alicuius ꝓpōnis abſq aliquo ſigno ergo eodē mō pōt intellectus negare copulā alicuius ꝓpōnis abſq aliqua negatione tenet conſequentia q: nō videtur potior ratio in vno ꝙ̄ in alio aſſūs autem eſt clarum apud omnes.

¶ Confirmat ſi diffinitio negatiōis eſſet bene aſſignata ſequeret ꝙ iſta eēt negatiua nullꝰ hō nō ē aīal qḋ ē falſuʒ. Sequela ꝓbat ſic copula illꝰ ꝓpōnis negat igit illa ꝓpō eſt negatiua. Tenet conſequentia ex diffinitiōe ⁊ aſſumptū ꝓbat copula ꝑiacētis illꝰ ꝓpōnis negat ⁊ illa eadē eſt copula illius ꝓpōnis igit copula illius propoſitionis negatur ⁊ per conſequens ipſa eſt negatiua quod erat probandum.

Hentiſber Paulus venetus.

¶ Ad ſextū principale reſpōdēt Hētiſbar primo ſophiſmate ⁊ paulus venetus in magna logica ꝙ nulla negatio negās ponit in mēte. Unde dicunt ꝙ quēadmodū eſt vnus actus vnitiuus ꝑ quem predicatū vnitur ſubiecto ita eſt vnus actus diuiſiuꝰ mediante quo predicatū diuidit a ſubiecto. Volūt dicere ꝙ accepta iſta vocali hō nō eſt aīal hoc totū nō ē nō ſubordinat actui negatiuo ⁊ vni copule verbali ſʒ hoc totuʒ ſubordinat vni ſincathegoreumatico actui diuiſiuo ſicut ly eſt vni actui vnitiuo ⁊ q: nō habemus nomē in voce illi actui correſpōdēs iō vtimur circūlocutiōe quēadmodū intellectꝰ hn̄ pōt formare ſimplicē cōceptū cui ſubordinat hoc totū corpus animatū ⁊ q: non habemus tale ſimplex in voce ideo illud exprimimus per illud compoſitū propterea aliter diffiniūt negationē ꝙ̄ dictū ſit ⁊ hoc ſic. Negatio eſt enūciatio in qua verbū principale explicite vel implicite negatur per negationē vel ipſmmet eſt actus negādi que particula ponitur propter negationes mentales.

¶ Contra hāc opinionē multipliciter arguo. ¶ Primo ſic ⁊ accipio hāc vocalē nullꝰ hō ē aīal. Et ſic arguo illa enūciatio ē negatio ⁊ tn̄ in mētali illꝰ ꝓpōnis nō ponit vnꝰ actꝰ ſimplex diuiſiuus igr̄ dicta nulla. Cōſequētia ē clara ⁊ maior ſimiliter ⁊ minor ē ꝓbo ſic ſi in mētali cui ſubordinat illa propō ponat talis ſimplex actꝰ cū ille debʒ mediare īter ſubiectū ⁊ ꝑdicatū ſequit ꝙ ſubiectū mētalis nō ſtabit cōfuſe ⁊ diſtributiue qḋ eſt falſum poſtꝙ̄ ſubiectum vocalis confuſe ⁊ diſtributiue ſupponit.

¶ Secundo ſic arguo in hac vocali hō nō eſt aſinus ly nō ⁊ ly eſt ſunt partes orationis diſtincte ergo i intellectu correſpōdēt eis partes orationis cōſimiliter diſtincte ⁊ ꝑ cōſequēs nō pōt eis correſpondere vnus actus ſimplex. Tum etiaʒ q: non videtur cuius partes orationis eſſet ille actus.

¶ Tertio ſic ſi non eſſet ponenda negatio negās i mēte ſeq̄ret ꝙ eēt aliqua affirmatio mētalis que nō poſſet habere cōtradictoriam quod eſt falſum ⁊ cōtra philoſophum capite ſequenti dicenteʒ ꝙ omni affirmationi eſt negatio oppoſita. Sequelā tamen probo ſic. Et accipio hanc mentalē tātum homo eſt animal ⁊ ſic arguo ipſa non poteſt habere contradictoriā niſi per prepoſitioneʒ negationis vt claret q: ſi poſtponatur ſubiecto non prouenit contradictio et ſi intellectus preponat negationem toti propoſitioni iam dabis negationem negantem in mente.

¶ Quarto ſic. ſi nō ſit ponēda negatio negās in mēte pariformia nullꝰ aliꝰ actꝰ ſincathegoreumaticꝰ erit in mēte ponēdꝰ qḋ cōſtat eē falſuʒ et etiā eſt cōtra ſic opinātes cōſequētia tn̄ patet q: conſimilis omnino ratio videtur in vno ⁊ in alio.

¶ Quīto ſic arguo data hac opiniōe ſequitur ꝙ ſubiectū huius ꝓpōnis ſupponit antechriſtus nō eſt hō qḋ negat ab omnibus. Sequela ſic declaratur ſubiectū illius propōnis poteſt verificari de aliquo mediante copula ſue propoſitionis igitur pro aliquo ſupponit tenet ꝯña ⁊ antecedens ꝓbatur demonſtrando antechriſtum ad intellectum hec eſt vera hoc non eſt antechriſtus ⁊ ibi accipio copulaʒ talis ꝓpoſitionis ſi enim ſic debet fieri verificatio hoc eſt antechriſtꝰ iā non acciperetur copula illius propoſitionis nec aliqua ei ſimilis relinquitur ergo ꝙ eo mō oporteat facere verificationem ⁊ ſic habetur ſubiectuʒ ſupponere quod reſtabat probandum.

¶ Sexto ſic argumentor data hac opinione ſequitur ꝙ dantur duo contradictoria que nō ſunt ſimiliū copularū qḋ eſt contra conditionē vere cōtradictionis. Sequela tn̄ probatur. Iſte due mētales cōtradicūt quilibet hō eſt animal aliquis hō nō eſt aīal vt dicit communis logicorū ſchola. Et tn̄ dicēdum eſt ſecundū hāc opinionē eas nō habere conſimiles copulas. in prima quidem copula ē actꝰ vnitiuus in ſecūda vero actus diuiſiuus. Et per conſequens cōſimiliuʒ copularū nō ſunt ille mentales cōtradictorie.

¶ Ad primū iſtorum reſpondeo dupliciter. Primo dico ꝙ iſta vocalis nullꝰ hō ē aīal ſubordinat vni mētali i qua nulla ponit negatio negans q: nulla talis reperibilis ē in mēte ſʒ in mētali illꝰ ꝓpōis vocalis ponit vnꝰ actꝰ diuiſiuꝰ ꝑ quē intellectꝰ diuidit ꝑdicatū a ſubiecto ⁊ ille actus negatiuus facit predicatū talis mētalis ſtare diſtributiue ⁊ ꝯcedo vlterius ꝙ ille actus negatiuus diſtribuit terminum precedentem ⁊ ita aliquod ſignum agit ante ſe.

¶ Secūdo dico ꝙ iſta vocalis nullꝰ hō eſt aīal ſubordinat vni mentali in qua ponit actus diuiſiuus ſʒ ſubiectū illius mētalis nō diſtribuitur ab eo immo diſtribuit a ſigno vniuerſali affirmatiuo ꝑcedente. Dico enim illam vocaleʒ huic mentali ſubordinari quilibet homo non eſt animal.

¶ Ad ſecundum dicit ꝙ ly non et ly ē in voce ſunt diſtincte ptes oratiōis in mēte aūt nō ſūt. Aliud tibi nihil dico q: tā grāmaticaliter arguis.

¶ Ad tertiū reſpondeo negādo ꝙ illa mentalis tn̄ homo eſt animal non poteſt habere cōtradictoriam ⁊ dico ꝙ ipſa poteſt habere contradictoriam in qua ponetur actus diuiſiuus immediate ante copulam. Et dico ꝙ ille actus agit ante ſe puta in ſignum excluſiuum ⁊ eius ſubiectum.

¶ Ad quartū reſpondeo negādo ꝙ ex eo q: nō ē ponēda negatio negās in mēte nullꝰ aliꝰ ſincathegoreumaticus actus ſit in mente ponendus ⁊ argumentum a ſimili claudicat vno pede.

¶ Ad quintuʒ dupliciter reſpondeo primo cōcedēdo ꝙ ſubiectū illius mētalis ſupponit et logici qui illud negāt dicerēt ꝙ in illa mētali ponitur negatio que nō eſt pars copule qḋ negandū eſt ſecundū hāc opinionē. Secundo reſpōdeo negādo ſubiectū ſupponere ⁊ dico ꝙ ad hoc ꝙ aliquis terminus ſupponat requirit ꝙ mediante copula ſue ꝓpoſitionis ante

conſimili ſi ipſa fuerit act⁹ vnitiuus de aliquo poſſit
verificari: vbi aũt copula talis ꝓpoſitionis fuerit act⁹
diuiſiu⁹ oportet facere verificationẽ cũ actu vnitiuo.

¶ Ad ſextũ reſpondetur cõcedendo
illatũ ⁊ nego illud eſſe incõueniens: hec aũt opinio licz
cõſequenter valde bene poſſit defendi. tñ q: nũc logi-
ca cõis eſt in oppoſitũ idcirco aliter reſpõdeo primuz
tamen dicendi modum non aſpernando. Et dico q᷑ lz
intellect⁹ poteſt aliquã copulã affirmare ſine aliquo
ſigno non tamen poteſt negare copulaz ſine ſigno: q:
ad affirmãdũ copulã ſufficit actus verbalis vnitiuus
ſed ad negandum copulam requiritur negatio cadẽs
ſuper illum actum vnitiuum.

¶ Ad cõfirmationẽ breuiter reſpon
deo q: materia illa prius tacta eſt ꝙ licet copula illi⁹
ꝓpoſitionis negetur hoc tñ non eſt in ordine ad illaz
propoſitionem ſed in ordine ad ſuã preiacentem hoc
tamen nõ ſufficit ad determinandum illam eſſe nega-
tiuam. Epilogando patet diuiſionem datã eſſe bonã
Diffinitiones etiam membrorꝫ diuidentium recte eſſe
aſſignatas. Et hec de queſtione decima.

Quoniã autẽ enũciare ẽ et
qđ eſt non eſſe ⁊ quod non
eſt eſſe ⁊ qđ eſt eſſe ⁊ qđ nõ
ẽ nõ eſſe. ⁊ circa eaq̃ extra
tẽpus preſẽs ſunt. Similiter cõtigit
eſſe qđ quis affirmauerit negare et
qđ quis negauerit affirmare. Qua-
re manifeſtũ eſt qm̄ oĩ affirmationi
oppoſita eſt negatio et oĩ negationi
affirmatio. Et eſt contradictio affir
matio ⁊ negatio oppoſite. Dico aũt
opponi eiuſdem de eodem non equi
uoce ⁊ quecunqꝫ cetera talium ꝯtra
ſophiſticas argumentoruz determi
nauimus importunitates.

¶ Hec eſt prima pars ſecũdi capituli ſecũdi tractat⁹
in qua phũs incipit de oppoſitionib⁹ enunciationũ
pertractare vt patet ex littera diffinit oppoſitionem
contradictoriã ⁊ dicit vlterius ꝙ omni affirmatiõi eſt
negatio oppoſita ⁊ ecõtra omni negationi eſt affirma
tio oppoſita ⁊ illa verba non ſunt accipienda vt dicãt
actum ſed vt dicant aptitudinem. Et veritas iſtorum
magis clarebit in ſequentibus cum ſpecialiter de vna
quaqꝫ ſpecie oppoſitionis ſimiliter ⁊ de lege determi
nabimus. Poſtea philoſophus ponit aliquas condi-
tiones generales requiſitas ad omnem oppoſitionez
cum dicit/dico autem opponi ⁊c̃. Propterea pro ma
iori elucidatione queritur

Vtrum conditiones quas tã
git phũs generaliter ad omnẽ oppoſitio
nẽ requirunt᷑. Pro huius queſtionis deci
ſione declarãda eſt primo varia acceptio
huius termini oppoſitio poſiti in queſtio
nis titulo. Secundo inquirendum eſt que ſunt ille cõ
ditiones de quibus fit queſtio.

¶ Quantum ad primũ notandũ eſt
ꝙ iſte terminus oppoſitio poteſt dupliciter accipi pri
me intentionaliter ⁊ ſecunde. Prime intẽtionaliter ac
cipitur cuz rebus ad extra attribuitur: verbi gratia di
cimus oppoſitionem eſſe inter calorem ⁊ frigus albe-
dinem ⁊ nigredinem nõ aũt inter earum ſpecies. Quã
do aũt ſecunde intentionaliter accipitur hoc ĩterũ du
pliciter q̃nqꝫ enim ſoluz terminis attribuitur. Aliqui
enim termini relatiue opponuntur aliqui priuatiue
aliqui contrarie: aliqui contradictorie: de hac autem
oppoſitione non eſt ſermo in propoſito. Secundo mo
do capitur ly oppoſitio vt eſt paſſio propoſitionuz de
oppoſito modo enunciandi ⁊ de hac oppoſitione ſolũ
intendimus loqui in propoſito aliam acceptionẽ op
poſitionis videbis in ſecundo de qua nunc ſubticeo.

¶ Quoad ſecundũ eſt notandũ mul
tas eſſe cõditiones requiſitas ad hoc ꝙ alique ꝓpões
opponant᷑. ¶ Prima eſt ꝙ participent vtroqꝫ termio
ſm eundem ordinem. vnde alique ſunt ꝓpõnes q̃ nul
lo termio participãt hoc eſt nullo extremo vt iſte due
hõ eſt aſinus deus eſt ⁊ tales propõnes nullo mõ op-
ponunt᷑. Alique vero ſunt propoſitiones que vno tan
tum termino participant ⁊ tales etiã nunꝙ opponũt᷑
Aliq̃ vero vtroqꝫ termino participant. Et ille ſunt in
duplici differentia quedam participant vtroqꝫ termĩ
no ordine ecõuerſo vt cõuertens ⁊ cõuerſa et tales nõ
opponunt᷑. Alie vero vtroqꝫ termino participant ſm
eundem ordinem ⁊ tales opponuntur licet aũt hec cõ
ditio ſit voluntaria tñ quia patres noſtri eam aſſigna-
uerunt ideo tenenda eſt. Infero correlarie aliquas ꝓ
poſitiones eſſe oppoſitas ⁊ tamen ſinonima affirmatĩ
ue equiualenti ne nõ opponitur correlarium claret ⁊
hanc conditionem innuit philoſophus cũ dicit q̃ eiuſ
dem de eodẽ. Secunda cõditio eſt quã philoſoph⁹ in
nuit per ſecundã particulam nõ equiuoce videlicet ꝙ
omnes termini vniuoce accipiantur defectu cuius cõ
ditionis iſte ꝓpõnes nullã ſpeciem oppõnis partici-
pãt ego curro ego nõ curro quarũ prima profert᷑ a ſor
te currẽte ſecũda vero a me ſcribẽte q: ly ego equiuo
ce accipit᷑. Similiter iſte ꝓpoſitiões nõ opponuntur
ſortes ẽ vltra põtẽ ⁊ ſortes nõ ẽ vltra põtẽ poſito cm̄
ꝙ ſortes ſit in falliis ⁊ plato exiſtẽs ꝓpe eũ ꝓferat ne-
gatiuã Ego vero q̃ ſum in collegio beluacen̄. proferã
affirmatiuã. Si enim aliqua ſpecie oppõnis oppo-
neret᷑ maxie oponerent᷑ ſpecie contradictionis ſz hoc
nõ q: ãbe ſunt ſimul vere ⁊ rõ hui⁹ eſt q: ly vltra equĩ
uoce tenet᷑ nã apud me tm̄ vz ſicut ex illa parte demõ
ſtrando partẽ in qua nõ ſum et apud platonem tan-
tum valet ſicut ex illa parte demonſtrando partem in
qua ego ſum. ¶ Tertia conditio quam innuit philo
ſophus cũ dicit ⁊ quecunqꝫ cetera taliũ. ⁊c. eſt hec ꝙ
oẽs termini teneant᷑ eque ample eque reſtricte ⁊ codẽ
mõ appellare defectu prime particule iſte nõ oppo-
nunt᷑ ſortes hõ alb⁹ fuit ſortes nõ fuit hõ alb⁹. defe-
ctu ſcđe particule iſte nõ opponunt᷑ nullus hõ currit
hõ currit q: ly hõ in negatiua ſolũ ſtat ꝓ maſculis ĩ af
firmatiũa aũt tã ꝓ marib⁹ ꝙ̃ ꝓ mulierib⁹ accipit᷑. de-
fectu tertie particule iſte nõ opponuntur album vide-
bat᷑ a ſorte nõ videbat᷑ albũ a ſorte dato ꝙ ly album
ſupponat pro eo ꝓ illo qđ fuit ⁊ lz prima ꝯditio talit᷑
poſſet exponi ꝙ iſte cũ ea cõcederẽt: melius ẽ tñ iſtas
cõditiões ſigillatim ſic expõere q̃ aũt ſint ſpecies op-
poſitiõis in ſequẽtib⁹ dicet᷑. ¶ His breuiter notatis
ponitur ꝯcluſio reſpõſiua ad titulũ queſtionis. Cõdi
tiones quas tangit philoſophus generaliter ad oẽm
oppoſitionẽ requirunt᷑. Hec ꝯcluſio probat᷑ q: ſi aliq̃
illarũ cõditionũ deficiat aliquibus propoſitionibus
tales nullo modo opponunt᷑ vt declaratum eſt: ⁊ per

cõſequens ille cõditiones generaliter requiruntur.

¶ Contra predicta primo principaliter arguit ſic. Et primo cõtra primã coditionẽ ꝓbãdo ꝙ nõ oportet ꝓpõnes que opponuntur vtroqȝ extremo participare. Et ſic arguo iſte due opponũt quilibet eſt bonus iudex eorũ q̃ nouit ⁊ aliquis hõ nõ eſt bonus iudex eoꝝ que nouit ⁊ nõ participãt vtroqȝ termino nã ly quilibet hõ eſt ſubiectũ affirmatiue et nõ negatiue. ¶ Forte dices ꝙ ly hõ eſt ſubiectũ affirmatiue ſȝ tũc ſic arguo hoc totũ aliquis hõ eſt ſubiectũ negatiue eo ꝙ ly aliquis eſt pars ſubiecti poſtq̃ eius vis non tranſit vltra ipſum et ly hõ eſt ſubiectum affirmatiue igitur ſubiectum affirmatiue et ſubiectum negatiue non ſunt ſinonima ⁊ per cõſequens ille propoſitiones nõ participant vtroqȝ termino ⁊ tamẽ opponunt poſtq̃ ſunt contradictoria igitur illa prima cõditio non requiritur ad oppoſitionem.

¶ Et cõfirmatur alique propoſitiones opponuntur ⁊ tamen nõ participant in extremis igitur illa prima conditio non eſt generaliter ad omnem oppoſitionẽ requiſita. tenet cõſequentia ⁊ probatur antecedens exceptis his duabus copulatiuis omne animal eſt ſubſtantia ⁊ econuerſo nullum animal eſt ſubſtantia et econuerſo et ſic arguo ly econuerſo ſumptum in prima copulatiua et ly econuerſo ſumptũ in ſcd̃a opponunt nã cõtrariant ⁊ nõ participãt in extremis q: nulla habẽt extrema igitur.

Johannes do:p. Johannes duns.

¶ Ad primum principale reſpõdet iohannes do:p. ꝙ in hac enunciatione data ly aliq̃s nõ eſt pars ſubiecti ⁊ idem aſſerit eũ tenuit doctor ſubtilis queſtiõe duodecima ꝑdicamẽtorũ circa predicamẽtũ ſubſtãtie. Et mouet argumẽto facto ⁊ tenet ꝑ regula generali ꝙ nullũ purũ ſincathegoꝛeuma poſitum in principio totius ꝓpoſitiõis a quo tota ꝓpõ capit ſuã q̃ntitatẽ eſt pars ſubiecti: et ita ſignũ particulare pronomẽ demõſtratiuũ poſitũ in principio ꝓpoſitionis nõ ſunt partes alicuius extremi vñ pronomẽ demõſtratiuũ cadit in ꝑdicatũ nõ quidẽ ſingulariſando ipſum ſȝ ſi cadit ſupra predicatũ ꝙ rõne ipſius denotat predicatũ ineſſe ſubiecto ſingulariter ꝓ vno eius ſuppoſito. pari forma dr̃ de illo ſigno particulari aliquis: ⁊ licet iſtud dicat ſiue oppõm nõ ſequit̃ ꝓpterea aliqua diſpꝛopoꝛtio in partib⁹ vniuerſi tñ nõ plȝ iſte mod⁹ dicẽdi. ¶ Tum q: eodẽ mõ dicẽdum eſſet ꝙ ly oẽs collectiue ſumptũ in principio ꝓpõnis nõ eſſet pars ſubiecti qd̓ eſt ꝯtra opinionẽ. Sequela tñ ꝓbat̃ q: ſicut vis ei⁹ cadit in predicatũ ad hũc ſenſum q: rõne illius ꝑdicatũ denotat toti collectioni ſuppoſitoꝛum ſubiecti cõpetere/ d: etiã pari facilitate ꝙ acceptis his duab⁹ hõ currens eſt animal hõ qui eſt oĩs hõ eſt aĩal ꝙ ly currẽs in prima nõ eſt pars ſubiecti q: rõe illius termini denotat predicatũ ꝯpetere ſubiecto pro homie currẽte ⁊ nõ ꝓ quouis hoĩe indifferẽter/ ſimiliter ꝙ ly omnis in ſecuda nõ eſſet pars ſubiecti candem ob cauſam Etiã q: nũc cõmunis logica eſt in oppoſitũ ꝓpterea ꝓpter derelinquo hunc dicendi modũ et aliter reſpondeo ad argumẽtũ principale cõcedendo illas propoſitiones adductas eſſe oppoſitas et concedo ſimiliter ꝙ ſubiectum negatiue eſt hoc totum aliquis homo et ly homo eſt ſubiectum affirmatiue nec inconuenit duas propoſitiones opponi licet componuntur ex diuerſis extremis et hoc qñ diuerſitas prouenit ex parte alicuius ſigni/ et ex illo ſufficiẽter claret q̃liter interpretãda veniat prima cõditio poſita.

¶ Contra hanc ſolutionẽ arguitur ſic. Ex ſolutione data ſequit̃ has duas ꝓpoſitiones eſſe oppoſitas ſoꝛtes vidẽs omne aſtrum currit. ſoꝛtes videns aſtrum non currit quod liquet eſſe falſum Et per conſequens ſolutio data eſt nulla Sequela tñ hoc pacto oſtenditur. Si ille enunciationes non opponerentur hoc non eſſet quia non cõponunt̃ ex eiſdem extremis ſed hoc non impedit poſtq̃ hoc ſolum prouenit ratione ſigni vt dicit ſolutio.

¶ Ad hec reſpondeo negando illas ꝓpõnes opponi vñ eſt aduertẽdũ ꝙ dupliciter ꝓuenire poteſt diuerſitas extremoꝛũ rõne alicuius ſigni. Primo poteſt ꝓuenire diuerſitas aliquoꝛũ extremoꝝ rõne ſigni qd̓ quidẽ ſignũ nõ variat acceptionẽ illoꝛũ extremoꝝ vt in iſtis q̃libet hõ eſt aĩal aliq̃s hõ nõ eſt animal quarũ extrema ſunt diuerſa rõne illius ſigni particularis ſȝ ipſum nõ mutat acceptionẽ illoꝛũ extremoꝛũ. Nã eodem mõ tenent̃ ſubiecta affirmatiue et negatiue. Secundo mõ poteſt prouenire diuerſitas aliquoꝝ extremoꝛũ rõne ſigni ratione cui⁹ talia extrema nõ capiunt̃ ꝓ eodẽ vt accidit in propoſitionibus his ſoꝛtes vidẽs oẽ aſtrũ currit ſoꝛtes vidẽs aſtrũ non currit iſto breuiter notato dico ꝙ diuerſitas extremorum rõne ſigni prouenient primo mõ oppoſitionẽ nõ impedit ſȝ bñ diuerſitas ſecundo mõ ⁊ ex illo diſcriminis cauſa clareſcit ⁊ per idem rñdere potes ad vnũ ſimile an iſte opponantur aliquis homo eſt animal et quilibet homo nõ ẽ animal vt intellectus reſtringat virtutẽ illi⁹ ſigni vniuerſalis ne tranſeat vltra ſubiectũ: ⁊ breuiter dicitur ꝙ non. ⁊ ratio diuerſitatis de ſigno particulari ⁊ vniuerſali eſt qm̃ ad ſignum particulare eſſe partem extremi non ſequitur diuerſa extremoꝛum acceptio Ad ſignum autẽ vniuerſale eſſe partem extremi oppoſitum ſequitur.

¶ Ad confirmationem reſpondetur ꝙ argumentum nihil aliud probat niſi ꝙ due enunciationes oppoſite que carent extremis non participant in extremis et conditio poſita intelligitur de oppoſitis enũciationibus que extremis nõ carẽt. ⁊ licet ille enunciationes explicite non participant extremis bene tamen implicite vt patet ex eoꝛum mentalibus quibus ille ſuboꝛdinantur.

¶ Secundo principaliter arguitur ſic cõtra eandẽ ꝯditionẽ iſte propoſitiões opponunt̃ deus eſt ſummum bonũ hõ eſt animal et tñ nõ participant in extremis igitur cõditio nulla ꝯſequentia ẽ manifeſta ⁊ probo antecedẽs bñ ſequit̃ ille enunciationes ſunt oppoſite ergo ille enunciatiões opponunt̃ tenet ꝯſequẽtia ⁊ ꝓbo aſſumptũ ille enũciationes ſũt enũciatio oppoſita ⁊ enũciatio oppoſita igit̃ ille enunciationes ſunt enunciationes oppoſite valet modus arguẽdi ꝑ regulã. Singulare geminatum equiualet plurali ⁊ probo antecedẽs ille enunciationes ſũt enũciatio oppoſita huic null⁹ de⁹ eſt ſummũ bonũ ⁊ enũciatio oppoſita huic oĩs hõ non ẽ animal igitur ille enunciationes ſunt enunciatio oppoſita ⁊ enunciatio oppoſita. ⁊ per cõſequẽs ille enunciationes opponuntur licet extremis nõ participent.

¶ Confirmatur iſte enunciationes opponunt̃ Soꝛtes eſt vltra pontes ſoꝛtes non eſt vltra pontes caſu retento qui poſitus eſt in ſecunda cõditione et tñ ly vltra equiuoce tenet̃ vt ibidẽ dictum eſt. igitur oppoſitio non impedit aliquẽ terminũ equiuoce teneri cuius oppoſitũ aſſerit ſecunda cõditio. et per cõſequẽs illa conditio eſt male poſita: ꝯña eſt manifeſta: ⁊ ꝙ ille propoſitiones opponant̃ probo ſic: cũ

ualẽtes illarũ duarũ enunciationũ opponuntur ⁊ per ꝯ̃ſequẽs ille enunciationes: ꝯſequẽtia eſt manifeſta et aſſumptũ ꝓbo ille due enunciationes equiualent iſtis ſortes nõ eſt ex altera parte põtiũ et ſortes eſt ex altera parte põtiũ nã propoſitio ꝓlata a platõe equiualet negatiue ⁊ propoſitio ꝓlata a me equiualet affirmatiue. Et ꝙ ille opponantur patet nã ſunt realiter ꝯtradictorie ſecũda enĩ nõ videtur verius poſſe habere cõtradictoriã ꝙ̃ preponẽdo negationẽ toti et cũ non refert preponere aut poſtponere negationem termino ſingulari vt habetur in ſecundo ſequitur ꝙ ille enũciationes realiter ſunt cõtradictorie et per cõſequẽs et due prime quod erat probandum.

¶ Ad ſecundum principale reſpondetur dupliciter. Primo cõcedẽdo iſtas enũciatiões nõ participare in extremis deꝰ ẽ ſummũ bonũ hõ ẽ̃ animal ſʒ nego ꝙ ille enũciationes opponantur ⁊ ad ꝓbationẽ ille enũciatiões ſũt oppoſite igitur ille enũciationes opponuntur ꝯcedo ꝯſequẽtiã añtẽ nego nec valet hec ꝯſequẽtia iſte enũciatiões ſunt enunciatio oppoſita et enunciatio oppoſita igitur iſte enunciationes ſunt enunciationes oppoſite ⁊ ratio eſt q: variatur relatio extrinſeca in intrinſecam. vnde eſt

¶ Aduertendũ ꝙ quando in aliqua ꝓpoſitiõe ponitur aliq̇s terminꝰ relatiuus eq̇parãtie reſpectu aliquoꝝ terminoꝝ copulatim ſumptoꝝ explicite aut implicite. tũc illud relatiuũ reſpicit preciſe illud extremũ explicitũ ita ꝙ denotatur relatio illorum terminoꝝ inter ſe verbigratia de aliq̇bꝰ dicã hec ſunt equalia aut hec ſũt fratres ꝑ illas ꝓpoſitiones denotatur ꝙ illa ſint eq̃lia inter ſe et ꝙ illa demõſtrata ſint fratres inter ſe. Veniẽdo ad ꝓpoſitũ dico hãc eſſe falſam iſte enũciatiões ſũt oppoſite q: ex quo ly oppoſite eſt relatiuũ equiparãtie ſenſꝰ illiꝰ ꝓpoſitionis eſt iſte. Iſte enũciationes ſũt oppoſite inter ſe ita ꝙ vna earũ ſit oppoſita alteri qđ cõſtat eſſe falſũ. Notãter dixi de relatiuo equiparãtie q: regula nõ hʒ verũ de relatiuo ſuperpõnis aut ſuppoſitiõis q: talia relatiua indifferẽter reſpiciũt extremũ explicitũ aut implicitũ verbigratia ad hoc ꝙ iſta ſit vera ſortes et plato ſunt dñi aut hec ſortes et plato ſũt ſerui ſufficit ꝙ ipi ſint dñi vel ſerui aliquorum aut alicuiꝰ nec requiritur ꝙ inter ſe talem habeant denominationem.

¶ Contra hanc ſolutionem dupliciter arguo. primo ſic. bene ſequitur iſte enunciationes opponuntur aliquibus enũciationibus igitur iſte enũciatiõibꝰ opponuntur tenet ꝯſequẽtia nã ex oppoſito ſequitur oppoſitũ. Nã bñ ſequitur iſte enũtiationes non opponuntur igitur iſte enũciatiões nõ opponuntur aliq̇bꝰ Si eñ ille enũciatiões non opponuntur ſequitur ꝙ nullo modo opponuntur ⁊ ſi nullo mõ opponuntur ſequitur ꝙ nõ opponuntur aliquibus ⁊ ita habetur valor cõſequẽtie ſʒ ꝙ antecedẽs ſit verũ probo manifeſte nã iſte enunciationes opponuntur iſtis nullus deus eſt ſummum bonũ oĩs hõ nõ eſt aĩal ⁊ ꝑ ꝯñs opponũtur aliquibꝰ.

¶ Secũdo ſic arguo demõſtrãdo ſortem qui eſt frater platonis et brunellum qui eſt frater fauelli. Iſta eſt concedenda iſti ſunt fratres nec ibi eſt aliqua talis relatio intrinſeca vt dictũ eſt igitur pari ratione ⁊ hec erit concedenda iſte enunciationes ſunt oppoſite tenet conſequentia q: non videtur potior ratio in vno ꝙ̃ in alio ⁊ aſſumptũ probo aliqui ſunt patres qui nõ ſunt patres inter ſe ⁊ ſimiliter aliqui ſunt filij qui nõ ſunt filij inter ſe igitur eodẽ mõ aliqui ſunt fratres qui non ſunt frates inter ſe.

¶ Ad primũ reſpondetur negãdo hãc conſequentiam iſte enunciationes opponuntur aliq̇bꝰ enunciationibus igitur iſte enunciationes opponuntur variatur enĩ extrinſeca relatio in intrinſecaʒ ⁊ nego ꝙ ex oppoſito ſequatur oppoſitũ nõ enĩ ſequitur iſte enũciationes non opponuntur ergo iſte enũciationes nõ opponuntur aliquibus ſtat enĩ ꝙ iſte enũciationes nullo mõ opponantur ⁊ tamen ꝙ opponantur aliquibꝰ.

¶ Ad ſecũdũ dico ꝙ iſta eſt negãda iſti ſunt fratres demõſtrãdo ſortẽ ⁊ brunellũ ⁊ quãdo dicas aliqui ſunt patres qui nõ ſunt patres inter ſe et ſimiliter aliqui ſunt filij qui nõ ſunt filij inter ſe ergo eodẽ mõ aliqui ſunt fratres q̇ nõ ſunt fratres inter ſe. Conceſſo antecedẽte nego cõſequentiã ⁊ ratio diſcriminis ſufficiẽter põt haberi ex dictis q: iſte terminus pater ⁊ ſimiliter iſte terminus filius non ſunt relatiua equiparantie ſicut ille terminus frater nec ẽ hic q̃renda ratio q̃re de aliquibꝰ relatiuis aliter dicatur ꝙ̃ alijs niſi ꝑ cõmunẽ modũ cõcipiendi ⁊ modũ cõmuniter ita loquentiũ. ¶ Secũdo aliter reſpondeo ad argumẽtũ principale cõcedendo ꝙ ille enũciationes ꝓpoſite opponuntur dato ꝙ non participant in extremis. Et ad cõditionẽ poſitã reſpondeo ꝙ ipa eſt intelligenda de enunciationibus que opponuntur inter ſe quales nõ ſunt ille de quibus ſit ſermo. Et conſequenter ad ſolutionẽ dicendũ eſt ꝙ alique enũciatiões opponuntur cõtradictorie ⁊ tamẽ ille eedẽ cõuertuntur ſemper in eodeʒ ſenſu procedendo conſimiliter conceditur ꝙ aliq̃ due enũciationes ſunt neceſſarie ⁊ tamẽ formaliter repugnant ⁊ ſimiliter aliqua ſunt equalia ⁊ ſimilia ⁊ tamen q̃dlibet eorũ eſt inequale ⁊ diſſimile alteri ſiquis hec noluerit concedere ſtet in prima ſolutione.

¶ Ad confirmationeʒ reſpondetur negando ꝙ iſte enunciationes opponantur caſu retẽto ſortes non ẽ vltra pontes ſortes eſt vltra pontes. Cauſa aũt quare non opponantur iã dicta eſt. Et vlteriꝰ nego ꝙ equiualentes earũ opponantur. Et quãdo dicis iſte opponuntur ſortes non eſt ex altera parte põtiũ ſortes eſt ex altera parte pontiũ. Si ly altera capiatur indiffinite tantũ valẽs ſicut aliqua cõcedo ſed tũc alie nõ equiualent illis. Sed ſi ly altera capiatur relatiue tunc ille enunciationes nõ ſunt oppoſite nã ſenſus negatiue eſt ſortes non ex altera parte pontiũ ab iſta demõſtrando partẽ in qua eſt plato qui profert negatiuã ſenſus autem affirmatiue ẽ ſortes ẽ ex altera parte põtiũ ab iſta demõſtrãdo partẽ in qua ego ſum qui ſum in collegio beluacenſi ⁊ in illo ſenſu alie equiualent illis ſed nõ opponuntur in illo ſenſu vt claret.

¶ Tertio pricipaliter arguitur ſic ⁊ hoc cõtra tertiã conditioneʒ ⁊ ſic argumentor: iſte due enunciationes opponuntur homo currit nullus homo currit ⁊ tamẽ ille terminus homo nõ tenetur eque reſtricte in vna ſicut in alia vt conceſſuʒ eſt igitur illa cõditio non vniuerſaliter ad omnem oppoſitionẽ requiritur. Conſequentia eſt nota ⁊ probo antecedens iſte due opponũtur homo currit nõ homo currit ⁊ negatio nominalis eque bene diſtribuit terminũ cui additur pro quolibet ſuo ſignificato ſicut negatio aduerbialis igitur in negatiua diſtribuitur ly homo a negatione nominali pro quolibet ſuo ſignificato tam pro viris ꝙ̃ pro mulieribus ſicut in alia negatiua diſtribuitur a negatione aduerbiali ⁊ per conſequens ille enunciationes opponuntur ſicut ⁊ alie.

¶ Confirmatur iſte due opponũtur ſortes homo fuit ſortes non fuit homo: et tamen ille

terminus homo non tenetur eque ample in vna ſicut
in alia: igit̃ tertia cõditio eſt nulla. Sequela claret et
ꝓbo aſſumptũ ⁊ prio minor: ẽ ille termin⁹ homo in af
firmatiua ſtat ꝑ hoïe q̃ eſt vel fuit quẽadmodũ in iſta
ſortes hõ eſt vel fuit ⁊ in negatiua ly homo ſtat ſolum
pro homine qui fuit: ⁊ per ꝯñs non tenetur eq̃ ample
in illis duab⁹ ſ; ꝙ ille ꝓpõnes opponantur ꝓbo af/
firmatiua equiualet huic ſortes fuit hõ: ſed illa reali
ter ꝯtradicit illi negatiue ⁊ ꝑ ꝯñs ⁊ iſta ſortes hõ fuit
illi negatiue opponitur quod erat probandum.

¶ Ad tertium principale reſpõdet̃
negando ꝙ propoſitiones aſſumpte opponant̃ ⁊ hoc
quia eis deficit tertia conditio quam neceſſarium eſt
ponere. Et ad probationem concedo ꝙ iſte due oppo
nuntur homo currit non homo currit: ⁊ nego ꝙ pro/
pterea ſequatur alias eſſe oppoſitas: ⁊ vlteri⁹ dico ꝙ
negatio aduerbialis pro aliquibus diſtribuit illũ ter
minum pro quibus illa negatio nominalis eundẽ ter
minum non diſtribuit ⁊ ratio eſt q: cũ hoc ꝙ illa ne/
gatio nominalis eſt ſignũ diſtributiuũ etiã eſt ſignum
reſtrictiuũ reſtringẽs illũ terminũ ad ſtandum preciſe
Jacobus faber pro maſculis dicit Jacobus faber ꝙ puerile eſt cõten
dere illas non eſſe oppoſitas eo ꝙ nullus coarctat ho
minẽ ad viros dũtaxat ⁊ dicit ꝙ eſt res nimirũ digna
ſophiſmati quo Tyreſias primus tactis ſerpentibus
hunc in modũ proponens nullus homo ſum pertur/
baret minus inſtitutos auditores. Tyreſias enim the/
banus vt pulchre effingit ouidius in tertio methamor
phoſeos cum forte duos angues coeuntes percuſſiſ/
ſet in feminam fuit conuerſus: ⁊ ſi tunc dixiſſet ſe nul
lum eſſe hominem certe nõ perturbaſſet bene inſtitu/
tos auditores ſ; eos perturbaſſet qui logices ignari
nunꝙ aliq̃d recte intelligere voluerunt: quiq; cũ que
ſtio eſt de logica huiuſmodi fabulis volumina ſua im
plet. Sed circa vnũ quod ibi tangebatur inter arguẽ
dum verũ videlicet negatio diſtribuit terminũ ꝓ quo
libet ſuo ſignificato. Aduerte ꝙ illud põt dupliciter
intelligi. vnomõ ſic ꝙ negatio diſtribuit terminũ pro
oĩ illo quod ſignificat capiendo ſignificare vt eſt ſupe
rius ad ſupponere ⁊ hoc eſſet falſu; q: termin⁹ nõ di
ſtribuit̃ pro aliquo niſi ꝓ illo ſupponat nõ: q̃libet enĩ
termin⁹ pro quolibet ſuo ſignificato ſupponit. Unde
ſubiectũ hui⁹ nõ hõ currit nõ diſtribuit̃ pro antixp̃o
l; antixp̃m ſignificet. Alio mõ poteſt intelligi ꝙ nega
tio diſtribuit terminũ ꝓ quolibet ſuo ſignificato hoc
eſt pro quolibet pro quo ſupponit ⁊ hoc eſt verum.

¶ A confirmationẽ reſpondetur ne
gando ꝙ iſte enunciationes ſortes hõ fuit ſortes non
fuit hõ opponuntur ſaltem quoad modum enũciãdi.
Et nego ꝙ affirmatiua equiualet huic ſortes fuit hõ
immo ſi inſtans ꝓñs ſit primũ inſtans eſſe ſortis conce
do hanc ſortes homo fuit alia negata.

¶ forte dicis bene ſequit̃ ſortes ho/
mo fuit ergo ſortes fuit a propoſitione de eſt tertio ad
iacente ad propoſitionem de eſt ſecũdo ⁊ ſi ſortes fuit
ſortes fuit homo ſi igr̃ ſortes homo fuit ſortes fuit ho
mo. Tum ſecundo illa enũciatio ſortes homo fuit eſt
de preterito ⁊ nunꝙ habuit vnam de preſenti veram:
igitur in caſu ipſa eſt falſa.

¶ Ad hec breuiter reſpondeo ꝙ non
ſequitur ſortes homo fuit ergo ſortes fuit q: arguitur
ab amplo ad nõ amplũ ſed debes inferre ergo ſortes
eſt vel fuit eo ꝙ vtrumq; extremum ampliatiue ſtat.

¶ Ad aliud reſpõdeo cõcedendo ꝙ
illa de p̃terito nunꝙ habuit vnã de preſenti verã ⁊ re
gula cõis que multas patitur inſtantias vt videbitur
alibi eſt intelligenda de propoſitione de p̃terito i quo
nõ vtrumq; extremum ſtat ampliatiue. Epilogando
hanc queſtionẽ patet conditiones quas ponit philo/
ſophus eſſe generaliter ad omnem oppoſitionem re/
quiſitas. De conditionibus ſpecialibus videbitur in
ſequentibus.. Et hec de queſtione vndecima.

¶ Textus.

Quoniã autẽ ſunt hec qui/
dem rerũ vniuerſalia illa
vero ſingularia dico aũt
vniuerſale qđ de plurib⁹
predicari natũ ẽ. Singulare vero qđ
nõ vt homo quidẽ vniuerſale eſt pla
to vero eoꝝ que ſunt ſingularia. Ne/
ceſſe eſt autem enunciare cum ineſt
aliquid aut nõ aliquando quidẽ ali
cui eorum que vniuerſalia ſunt ali/
quando aũt que ſingularia ſunt.

¶ Hec eſt ſecunda pars huius capitis in qua philo/
ſophus ponit duas diuiſiones. Quarum prima eſt re
rum quedã ſunt vniuerſales quedã ſingulares. Poſt
ea diffinit philoſophus illa membra vt claret in litte
ra. ¶ Secũda diuiſio eſt hec. Enunciationum quedã
eſt de ſubiecto vniuerſali alia eſt de ſubiecto ſingula/
ri. Poſuit aũt philoſophus has duas diuiſiões priuſ
q̃ aſſignaret ſpecies oppoſitionis tanꝙ ad earum co
gnitionem conducentes: idcirco vt clarior pateat in/
tellectus eorum moueo hanc queſtionem.

Utrum ille due diuiſiões re/
cte aſſignentur earumq; membra conueni
enter a philoſopho diffiniantur.

¶ Pro ſolutione hui⁹ q̃ſtio
nis. Notandũ eſt ꝙ illa prima diuiſio. Rerũ q̃da ſunt
vniuerſales quedam vero ſingulares ab aliquibus ex
ponitur prime intentionaliter ⁊ hoc ſic. Reru; alique
ſunt plures res ⁊ quelibet earũ Alique vero non ſunt
plures res ⁊ q̃libet earũ ita ꝙ per rẽ vniuerſalẽ intel/
ligunt rẽ que eſt plures res ⁊ quelibet earũ vt eſt eſſen
tia diuina aut rẽ cui non repugnat q̃tũ eſt ex ſe pluri
b⁹ poſſe cõicari vt eſt humanitas. Et ex illo facile pa
tet quid per rẽ ſingularẽ intelligant ſed hec expoſitio
prorſus eſt impertinens propoſito. Quapropter dico
ꝙ illa diuiſio eſt itelligẽda de reb⁹ que ſunt ſigna ſeu
termini vt patet ex diffinitionibus mẽbroꝝ hui⁹ diui
ſionis itaq; ſenſus erit. Terminorũ ali⁹ cõmunis ali⁹
ſingularis. Et diffinit philoſophus hec mẽbra dicẽs
ꝙ vniuerſale eſt quod de pluribus natum eſt predica/
ri vt hõ / ſingulare vero qđ non vt plato. Et ex illo pa
tet ꝙ aliter hic accipitur ille terminus vniuerſale ꝙ
in predicabilib⁹. Nã in ꝓpoſito ⁊ terminus cõplexus
⁊ equiuocus bene reputantur vniuerſalia. Secunda
vero diuiſio ex prīa nota euadit. Tunc ponitur cõclu
ſio reſpõſiua ad titulum queſtionis. Due ille diuiſio/
nes earũq; mẽbra recte aſſignãtur ⁊ diffiniũtur a phi
loſopho hec concluſio ꝓbatur per Ariſtotelem ponẽ
tẽ in textu illas duas diuiſiones.

¶ Cõtra predicta prio principaliter
arguitur ſic. Et hoc contra primam diuiſionem aliq̃s
eſt terminus ⁊ tamen nec eſt vniuerſalis nec ſingula/
ris igitur prima diuiſio eſt nulla: conſequentia eſt cla

ra ⁊ probo aſſumptuꝫ. Iſtud ſincathegoꝛeuma omnis eſt terminus ⁊ tamẽ nec eſt terminus vniuerſalis nec ſingularis ꝙ ly oĩs ſit terminus nulli cadet in dubiuꝫ ſed ꝙ non ſit terminus vniuerſalis patet per philoſophum in textu ſequẽti dicentẽ ꝙ ly omnis non eſt vniuerſale ſed ꝙ vniuerſaliter ſignificat ⁊ ꝙ non ſit terminus ſingularis pꝛobatione non eget.

¶ Et ꝯfirmatur quilibet terminus eſt vniuerſalis igiẗ nullus eſt terminus ſingularis ⁊ ꝑ cõſequens diuiſio eſt nulla tenet cõſequentia/ ⁊ antecedens ſic probo ſi aliq̃s eſſet terminus qui non eſſet terminus vl̃is maxime eſſet iſte terminus plato ſꝫ probo ꝙ nõ ille terminus ſuboꝛdinatur termino cõmuni igitur ⁊ ille eſt terminus cõmunis. Cõſequẽtia eſt manifeſta ⁊ aſſumptum pꝛobo ille terminus plato ſuboꝛdinatur conceptui non vltimato repꝛeſentanti omnes conſimiles voces: igitur ille conceptus non vltimatus cui vox illa ſuboꝛdinatur eſt terminus vniuerſalis ⁊ ꝑ conſequens ⁊ illa vox eſt terminus vniuerſalis ⁊ quẽadmodum de illa voce pꝛobatur itidem ⁊ de quolibet pꝛobari poterit ⁊ per conſequens quilibet terminꝰ eſt vniuerſalis quod erat probandum.

¶ Ad pꝛimũ pꝛincipale reſpondent aliqui ꝯcedendo ꝙ iſtud ſincathegoꝛeuma omnis nec eſt terminus vniuerſalis nec ſingularis nec ex illo argui poteſt hanc diuiſionem nihil valere ⁊ ratio eſt q: ſicut nullum membꝛũ huiꝰ diuiſiõis verificatur de illo ſincathegoꝛeumate ita neq̃ diuiſum illius diuiſionis de illo ſincathegoꝛeumate verificatur. vnde pꝛo diuiſo nõ eſt accipiẽdus hic terminꝰ terminꝰ in cõi ſꝫ hoc totum terminus cathegoꝛeumaticꝰ: modo illud diuiſum de illo ſincathegoꝛeumate non verificatur. ¶ Sꝫ hec ſolutio non valet quod ſic pꝛobo iſte pꝛopoſitiones huc eſt huc homo eſt eſt dictio diſſillaba homo eſt ſpecies ſunt pꝛopoſitiones cathegoꝛice: igitur vniuerſales particulares indiffinite aut ſingulares/ non eſt dandum quartum membꝛum ⁊ quodcunq̃ aliud deẗ habetur ꝙ ſubiecta illarum pꝛopoſitionũ ſunt termini vniuerſales ⁊ tamen non ſunt termini cathegoꝛeumatici igitur non recte accipis illud pꝛo diuiſo. Nec valet ſi dicas ꝙ accipis pꝛo membꝛo diuidente ly terminus cathegoꝛeumaticus qui eſt vniuerſalis: quia tunc peto vt des diuiſionem taliter ꝙ cuilibet quod ẽ terminus vniuerſalis aut ſingularis competat diuiſũ ⁊ tunc non poteris accipere hoc diuiſum terminꝰ cathegoꝛeumaticus. Propterea ab alijs iterum ſic reſpõdetur ꝙ pꝛo diuiſo opoꝛtet accipere iſtum terminum terminus in tota ſua cõitate ſed nec iſtud competẽter dictum eſt: q: diuiſum cõpetit illi ſincathegoꝛeumati omnis ea rõne qua ſincathegoꝛeuma eſt ⁊ tamen nullum illoꝝ membꝛoꝝ ſub illa rõne illi conuenit. Pꝛopterea dico ꝙ pꝛo diuiſo opꝫ accipere hoc totum terminus ſignificans aliquid vel aliqua accipiendo large ſignificare ⁊ tunc de nullo verum eſt dicere ꝙ eſt terminus vl̃is aut ſingularis ſecundũ aliquã ſignificationẽ qui ſecũdũ illã ſit terminꝰ ſignificãs aliquid vel aliqua ⁊ de quocũq̃ termino verũ eſt dicere ꝙ ſignificet aliq̃d vel aliqua de illo verificaẗ alterũ illoꝝ mẽbꝛoꝝ ⁊ ex illo patet ꝙ ille terminꝰ huc eſt cõis: licet nõ ſit cathegoꝛeummaticus Secundo patꝫ quõ illud ſincathegoꝛeuma omnis nec eſt terminus vl̃is nec ſingularis ſecundũ talẽ ſignificationem q: non ſignificat aliq̃d vel aliqua ſecundum talem ſignificationem.

¶ Ad confirmationem reſpõdetur cõcedendo ꝙ quilibet terminus eſt terminus vniuerſalis ſicut argumẽtũ enim ꝓbat ille terminꝰ plato eſt terminꝰ vniuerſalis cũ illo tamẽ bñ ſtat quẽlibet terminũ eſſe ſingularẽ Vñ iſte terminꝰ hõ lꝫ ſit terminꝰ vl̃is etiã eſt terminꝰ ſingularis qđ ſic oſtẽdiẗ q: ſuboꝛdinaẗ cõceptui qui eſt terminꝰ ſingularis: nã ſuboꝛdinatur noticie intuitiue illius termini vocalis aut ſcripti ⁊ per ꝯñs ⁊ ille terminꝰ homo eſt ſingularis. Et ex iſto ſequiẗ ꝙ iſtud ſincathegoꝛeuma oĩs eſt terminus cõis ⁊ etiã ſingularis nec hoc eſt contra dicta in ſolutione pꝛecedẽtis argumenti q: illud eſt ſꝫ ſignificationem nõ vltimatã. Vñ notes ꝙ ly oĩs duplici cõceptui ſuboꝛdinatur ⁊ etiã vni actui pꝛimo poteſt ſuboꝛdinari cõceptui repꝛeſentatiuo oĩm ſimiliũ vocũ oĩs eo ꝙ illa vox oẽs ſimiles voces ſignificat ⁊ ſm hãc ſignificationeꝫ ille terminus omnis eſt terminus vniuerſalis. ¶ Petrus mantuanus tenet oppoſitũ huiꝰ in pꝛincipio ſuarũ ſuppõnũ ſꝫ motiuũ eius eſt debile ⁊ ad ipm reſpondebo in pꝛedicabilibus. Secũdo poteſt ſuboꝛdinari vni conceptui mediante quo illa vox diſtincte ſe repñtat ⁊ ille cõceptus eſt noticia intuitiua illiꝰ termini ⁊ ſm hãc ſignificationeꝫ ille terminus omnis eſt ſingularis. Tertio poteſt ſuboꝛdinari vni actui diſtributiuo vt in mentali huius omnis homo eſt animal ⁊ nec eſt terminus vniuerſalis nec ſingularis ſm hãc ſignificationẽ vt pꝛiꝰ dictũ eſt. Et eadẽ mõ iſti termini hõ plato tribus cõceptibꝰ pñt ſuboꝛdinari ⁊ ita ſcđm diuerſas acceptiões ſunt termini vniuerſales ⁊ ſingulares. Et ex iſto patet ꝙ illa cõſequentia facta ẽ nulla quilibꝫ terminꝰ ẽ vl̃is igiẗ nullꝰ ẽ terminꝰ ſingularis

Petrus mãtuanus.

¶ Contra hanc ſolutionẽ arguitur ſic. Ex ea ſequitur ꝙ hec pꝛopõ ſoꝛtes currit eſſet indiffinita cuꝫ in ea ſubijcitur terminus cõis ſimiliter ꝙ hec ꝓpõ homo currit eſſet ſingularis cũ in ea ſubijciatur terminus ſingularis. Quia hec ſunt ꝯ cõem logicã igitur ſolutio data eſt minus bene data.

¶ Ad hanc replicã reſpondetur negando ꝯñam ⁊ rõ eſt quia licet in hac pꝛopõne ſoꝛtes currit ſubijciatur terminꝰ cõis tñ in illa ꝓpõne nõ accipitur ſm ſignificationẽ illaꝫ ſm quam eſt terminus communis. Et ex illo facilis patet ratio quare hec nõ ſit dicenda ſingularis homo currit.

¶ Secundo pꝛincipaliter arguitur ſic. Si aliquis eſſet terminus ſingularis maxime eſſet iſte terminꝰ plato ſecundũ ſignificationẽ vltimatam ſed hoc nõ quod ſic pꝛobo ille terminus ſecundũ talẽ ſignificationem natus eſt pꝛedicari de pluribus igiẗ eſt vniuerſalis ſecundum taleꝫ ſignificationem ⁊ per cõſequẽs non eſt ſingularis ſcđm talem ſignificationẽ Conſequentia eſt manifeſta et pꝛobo antecedẽs. Omnes hee pꝛopoſitiones ſunt vere ſoꝛtes imaginarie ẽ plato/ Cicero imaginarie eſt plato/ Liuinus imaginarie eſt plato ⁊ in omnibus his pꝛopoſitionibus vere pꝛedicaẗ iſte terminus plato ⁊ per ꝯñs natus eſt ille terminus de pluribus pꝛedicari.

¶ Si foꝛte dicas hoc eſſe mediante copula de imaginarie et ꝙ hoc non ſufficit ad terminum eſſe vniuerſaleꝫ ſic arguo omnes iſte pꝛopoſitiones ſunt vere homo eſt plato/ animal eſt plato/ ſubſtantia eſt plato et per conſequens ille terminus plato natus eſt de pluribus pꝛedicari.

¶ Confirmatur ad idem in omnibꝰ his pꝛopoſitionibus ſoꝛtes eſt plato iohannes eſt plato pꝛedicatur iſte terminus plato igitur natus eſt de pluribus pꝛedicari/ ꝙ ſi dicas hoc non eſſe vere. Sic arguo omnes iſte ſunt vere ſoꝛtes non eſt plato iohãnes nõ eſt plato ⁊ in illis vere pꝛedicaẗ iſte terminus

plato ꝙ ſi dicas hoc eſt negatiue ſed non affirmatiue ſic argumentoꝛ: iſte pꝛopoſitiones ſunt vere ſoꝛtes eſt vel non eſt plato cicero eſt vel non eſt plato ⁊ ille pro‑ poſitiones ſunt affirmatiue vt dictuꝫ eſt queſtione de caua: igitur ille terminus plato natus eſt pꝛedicari de pluribus vere ⁊ affirmatiue ⁊ per conſequens eſt ter‑ minus vniuerſalis ſm talem ſignificationem videli‑ cet vltimatam quod reſtabat pꝛobandum.

¶ Ad ſecundum principale commu nis ſolet dari reſponſio ꝙ licet iſte terminus plato po teſt pꝛedicari de pluribus ſm ſignificationem vltima tam mediante copula de imaginarie: hoc tamen non arguit ipſum eſſe terminuꝫ vniuerſalē ſm talem ſigni ficationem quia ad terminum eſſe vniuerſalem requi ritur ipſum poſſe pꝛedicari de pluribus mediante co pula non ampliata aut ampliatiua.

¶ Forte dicis iſte propoſitiones cōi‑ ter ſolent reputari indiffinite ſoꝛtes imaginarie eſt aſi nus plato imaginarie eſt aſinꝰ ⁊ per ꝯñs ſubiecta il‑ larum ꝓpoſitionū ſunt termini vniuerſales ⁊ tñ clarū eſt ſubiecta illarū ꝓpoſitionū nō poſſe ꝑ̄dicari de plu ribus niſi mediante copula de imaginarie ⁊ per ꝯñs dicendū eſt ꝙ ad terminū eſſe cōmunē ſufficit ꝙ natus eſt pꝛedicari de pluribus mediante quacunqꝫ copula illud fuerit ⁊ per ꝯñs ſolutio nulla. Propter hanc re‑ plicā aliqui recedētes a cōi mō dicūt ꝙ ſubiecta illaꝝ ꝓpoſitionū ſunt termini ſingulares ⁊ ꝙ ille ꝓpōnes nō ſunt indiffinite ſed ſunt ſingulares. Sꝫ iſtud nō vꝫ q: ſubiectis illarū ꝓpōnū in oꝛdine ad copulas ſuaꝝ ꝓpōnū nō repugnat de pluribꝰ poſſe pꝛedicari ⁊ per ꝯñs in oꝛdine ad tales copulas illi termini ſunt vni‑ uerſales. Dico igit̄ ꝙ extrema huiꝰ ꝓpōis ſoꝛtes ima ginarie eſt plato poſſunt mediante illa copula de plu ribus ꝑ̄dicari ⁊ propterea in oꝛdine ad illaꝫ copulam ſunt termini vniuerſales ⁊ quōlibet illoꝝ extremoꝝ ſi‑ gnificat omnia entia mundi in oꝛdine ad illā copulaꝫ tamen ſubiecta illarū ꝓpoſitionū ſoꝛtes eſt hō plato eſt hō ſunt termini ſingulares ſm illā ſignificationeꝫ ſm quā ibi accipiunt̄: non eñ poſſunt de pluribus ꝑ̄ dicari in oꝛdine ad copulam ſm quā ibi accipiunt̄. Di co igitur reſolutoꝛie quēlibet terminū ſingularē eſſe cōmunē in oꝛdine ad copulam de imaginarie/ oppoſi tū huius valde pꝛobabiliter poſſet defenſari ſed quia iſta ſunt magis cōfoꝛmia cōi logice ideo ſto in ſolutio ne hac ꝓ nunc eñ ſuppono dandā eſſe ampliationem ad quinqꝫ ampliationē īmꝫ ⁊ tempoꝝ ⁊ ſuppoſitoꝛuꝫ nam alibi videbitur quid veritatis illud cōtineat. Et ad replicam quando dicis iſte terminus plato natus eſt ꝑ̄dicari de pluribus in oꝛdine ad copulā de pꝛeſen ti cū iſt ſint vere hō eſt plato aīal eſt plato: rñdeo ꝙ lꝫ iſte terminus plato verificetur de pluribꝰ mediāte co pula de pꝛeſenti hoc tñ nō eſt pꝛo pluribꝰ volo dicere licet iſte terminus plato pꝛedicet̄ vere de pluribꝰ ter minis hoc tñ non eſt pꝛo diuerſis ſuppoſitis illoꝛum terminoꝛum ſed ſemper pꝛouenit verificatio ꝓ eodē Modo ad terminū eſſe vniuerſalem requirit̄ ꝙ natus ſit pꝛedicari de pluribus ⁊ pꝛo pluribus.

¶ Ad confirmationem reſpondetur ſicut reſponſum eſt inter arguendū ⁊ ad illā vltimā re plicā qua dicis omnes iſte ſunt vere ſoꝛtes eſt vel nō ē plato/ cicero eſt vel nō eſt plato fateoꝛ ⁊ etiā cōcedo il las pꝛopoſitiones eſſe affirmatiuas ſꝫ hoc non ſufficit ad terminū eſſe vniuerſalē ſꝫ requirit̄ ꝙ poſſit de plu ribus ⁊ pꝛo pluribus pꝛedicari vere ⁊ affirmatiue me diante copula ſimpliciter affirmatiua ⁊ non mixta.

¶ Cōtra hāc ſolutionē arguitur pꝛo bando ꝙ ille terminꝰ plato pōt pꝛedicari de pluribꝰ mediante copula ſimpliciter affirmatiua et nō mixta ⁊ ſic arguo demōſtratis tribꝰ hoibus quoꝝ quilibꝫ vo catur plato hec pꝛopoſitio eſt vera quilibꝫ iſtoꝝ ē pla to ⁊ ex illa ſic arguo vel pꝛedicatū in illis eſt terminꝰ ſingularis vel terminus vniuerſalis ſtās cōfuſe tantū nō eſt dicendū pꝛimū q: tūc illa pꝛopoſitio eſſet falſa ⁊ per ꝯñs dicendū eſt ꝙ eſt terminꝰ vniuerſalis ⁊ hoc ſꝫ ſignificationē vltimatā ꝙ aūt hec ſit vera quilibꝫ iſto rum eſt plato pꝛobatur pꝛimo ſic/ quia eſt vna vniuer ſalis affirmatiua cuius ſubiectū pꝛo nullo ſupponit quin pꝛo illo ſupponat pꝛedicatum: nam quouis iſto rum trium demōſtrato hec eſt vera hoc eſt plato ⁊ per conſequens illa pꝛopoſitio eſt vera. Secundo pꝛoba tur illa propoſitio per aſcēſuꝫ iſte iſtoꝝ eſt plato ⁊ iſte iſtoꝛum eſt plato ⁊ ſic de ſingulis: igitur quilibet iſto rū eſt plato antecedens eſt verum igitur ⁊ cōſequens.

¶ Hoc argumentum mouet Paulū venetū in ſua lo gica ad tenendū ꝙ iſte terminus plato ſit terminꝰ vni uerſalis etiam ſm ſignificationem vltimatā. Ad quod tñ aliter reſpōdetur pꝛeſuppoſita vna diſtinctiōe q̄ eſt hec duplex eſt ꝯceptus cui pōt ſuboꝛdinari iſte termī nus vocalis ſoꝛtes ſeu ſcriptus vnus eſt conceptꝰ me re ſubſtantialis nullo pacto cōnotās talem vocationē aut nominationē ſiue aliquā ſimilitudinē extrinſecaꝫ iuxta illud dictū cōmune ſoꝛtes fuit ſoꝛtes antequā vo caretur ſoꝛtes iuxta quō bene ſtat ꝙ cognoſcam ſoꝛtem licet non ſciam ipm vocari tali nomine ſimiliter ꝙ ſci‑ uerim iſtum hominē eſſe ſoꝛteꝫ antequā vocaret̄ hoc no mine ſoꝛtes. Alter vero conceptus cui ſuboꝛdinari po teſt iſte terminꝰ vocalis aut ſcriptus ſoꝛtes ē cōceptꝰ cōnotatiuus nominis ⁊ ſimilitudinis extrinſece ita ꝙ ly ſoꝛtes tñ valet ſicut hoc cōplexū vocatū ſoꝛtes. Et hoc mō ſoꝛtes poſſet deſinere eſſe ſoꝛtes ipo nō deſinē te eſſe hoie vt alias ꝓbaui in tractatu de incipit ⁊ de ſinit. Suppoſita hac diſtinctiōe dicit̄ ꝙ iſta ꝓpoſitio quilibet iſtoꝝ eſt ſoꝛtes eſt diſtinguenda q: vel in illa pꝛopoſitiōe accipitur iſte terminus ſoꝛtes pꝛimo mo‑ do ⁊ ſic illa eſt falſa. Si ſecundo modo ſic illa ꝓpoſitio eſt vera ⁊ ita cōmuniter apud vulgares accipit̄ et de iſtis plura dixi in pꝛedicabilibus capite de indiuiduo ⁊ plura dicturus ſum in libꝛis elenchoꝛum circa falla ciam equiuocatiōis/ idcirco pꝛo nūc bꝛeuiter trāſeo lꝫ in argumento adhuc manſerint aliqua puncta. Paulus venetus.

¶ Tertio principaliter arguitur ſic iſti termini ſol mundus ſm philoſophuꝫ ſunt vniuer ſalia ⁊ tñ illi termini nō poſſunt de pluribus ꝑ̄dicari igitur diffinitio vniuerſalis eſt mala. Cōſequentia eſt clara cū maioꝛe ⁊ minoꝛ ꝓbat̄: nā naturaliter nō poſ‑ ſunt eſſe plures mundi vt ipſe philoſophus pꝛobat in de celo ⁊ mundo ⁊ per ꝯñs neqꝫ plures poſſunt eſſe ſoles ⁊ per cōſequens illi termini nō poſſunt de plu‑ ribus pꝛedicari quod erat pꝛobandum.

¶ Cōfirmatur ſi diffinitio vniuerſa lis eſſet bene poſita ſequeretur ꝙ iſte terminus ſcal‑ da eſſet vniuerſalis quod eſt contra omnem logicam pꝛobatur tamen ſequela ſic. Ille terminus natus eſt pꝛedicari de pluribus: nam ſupponit pꝛo illa aqua que nunc eſt in illo alueo et pꝛius ſupponebat pꝛo il la aqua que fuit in illo alueo tempoꝛe Archiducis Philippi regis Caſtelle et poſtea ſupponet pꝛo alia aqua. Igitur ille terminus natus eſt de pluribus pꝛe dicari. Similiter arguere potes de hoc termino Jo‑ hannes pꝛobando eum eſſe terminum vniuerſalem: Nam nunc ſupponit pꝛo Johanne. xxiij. annoꝛum et

prius ſupponebat pro iohanne.xij. annorum ⁊ per cõſequens ſucceſſiue ſaltem poteſt de plurib⁹ predicari Alia etiam via poteſt probari ꝙ ille termin⁹ iohannes ſimul ⁊ ſemel poteſt de pluribus predicari nã põt predicari de totali compoſito ex materia ⁊ forma iohãnis ⁊ ſi b ſit totum reſiduũ iohannis dempta manu tũc etiam hec eſt vera b eſt iohannes ⁊ per conſequens ille terminus iohãnes de pluribus poteſt predicari ⁊ ꝑ conſequens terminus eſt vniuerſalis omnia hec ſunt contra communem logicam igitur dicta nulla.

¶ **Ad tertiũ principale communiter** ſolet reſponderi ꝙ licet iſti termini naturaliter loquẽdo non poſſunt de pluribus predicari tamẽ nati ſunt de plurib⁹ predicari nã ꝙ̃tũ eſt ex impoſitione illorum terminorũ non repugnat eis poſſe de pluribus predicari hanc autem ſolutionem ſic explicant aliqui ſi per poſſibile vel impoſſibile eẽnt plures ſoles aut mũdi iſte terminus ſol ⁊ ſimiliter iſte terminus mũdus oẽs illos ſignificarent abſq; noua impoſitione ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ illi termini ſint vniuerſalia. ¶ Sed iſtud videtur minus ſufficienter dictũ quia tunc ſequeretur ꝙ iſte termin⁹ plato eſſet termin⁹ vniuerſalis intelligo ſecundũ ſignificationem vltimatam quod eſt falſum. Sequela patet quia non repugnat illi termino ꝙ̃tum ẽ ex eius impoſitione poſſe ſupponere pro pluribus quia ſi plures eſſent ſortes iſte terminus ſortes ſignificaret oẽs illos mediante conceptu quo nunc ſignificat iſtũ Nec valet dicere ꝙ iſta conſequentia tenet ſolum per locũ extrinſecum videlicet quia antecedens illius eſt impoſſibile vt aliqui dicunt propterea aliter explico ſolutionem datam ⁊ dico ꝙ illi termino non repugnat ꝙ̃tum eſt ex ſua impoſitione poſſe predicari de pluribus qui ſic ſe habet ꝙ per eius cõceptũ nõ cõcipitur preciſe vna res ſed plures ſi termin⁹ fuerit in voce aut ſcripto. Si autem in mente fuerit dicas per quem nõ concipit preciſe vna res ſed plures diuiſim cum alijs cõditionibus intelligo. Et hoc voluit habere doctor ſanctus prima parte q̃ſtione.xiij.articulo nono vbi declarat ꝙ hoc nomẽ deus eſt appellatiuum eo ꝙ habet plurale ſcðm illud pſalmiſte. Ego dixi dij eſtis ⁊ in ſolutione ad ſcðm dicit ꝙ nomina non ſequũtur modũ eſſendi qui eſt in rebus ſed modũ eſſendi ſcðm ꝙ in cognitione noſtra eſt per quod nihil aliud intendit ꝙ̃ id quod nos explicuimus ſub alijs verbis clarioribus. Et ex iſto correlario ſequit̃ ꝙ licet iſte terminus chimera nõ ſit natus ꝑdicari de plurib⁹ tñ eſt vniuerſalis eo ꝙ ꝑ ei⁹ cõceptũ intelligun⁹ plura impoſſibilia diuiſim ſed iſte terminus iſta chimera ſingularis eſt.

Sanctus Thomas

¶ **Ad confirmationem cõmunis** ſolet dari reſponſio preſuppoſita quadam diſtinctione que eſt. Tribus modis aliquid dicit̃ eſſe idẽ. ¶ Primo mõ quando aliquid manet oĩno inuariatũ ſecundũ ſe ⁊ quodlibet ſui ſi partes habeat vt illa itelligẽtia que nunc eſt eſt eadẽ que fuit a mille annis et ſi ſortes maneret per vnã horã oĩno inuariatus ita ꝙ nihil deperdat de materia nec aliquid acquirat tunc in ſcða medietate hore ill⁹ eſt idem homo qui fuit in prima medietate hore. ¶ Scðo mõ aliquid dicit̃ eſſe idem quãdo manet altera pars eſſentialis oĩno inuariata altera vero variata. Exempli gratia iohannes.xxiij.annorũ eſt ille idẽ in ſecundo modo idẽptitatis qui fuit.xij. ⁊ ſic manet idem homo per totam vitam ſuam ¶ Tertio mõ aliquid dicit̃ eſſe idem qñ partes ſuccedunt in ſimili ſitu ⁊ figura dato ꝙ non maneat eadem pars principalis vt ſcalda qui nũc eſt dicitur eẽ ille idẽ qui fuit ab vno ãno ⁊ idẽ ſecana nũc eſt qui fuit a mille annis ſimiliter accepto aliquo igne ſi cõbuſto vno ligno aliũ ſubſtituatur ⁊ ſic deinceps quouſq; omnia prima conſumantur ſemper remaneret idem ignis numero vt dicit ſanctus. Thomas prima parte queſtione.cxix.articulo primo in reſpõſione ad quintũ de his aũt modis idemptitatis ꝑ amplius in libris de generatiõe ⁊ corruptione videbit̃ iſta diſtinctiõe ſuppoſita dicit̃ ꝙ ad terminũ eẽ vniuerſalẽ ſeu cõmunẽ nõ ſufficit ꝙ plura ſignificet capiẽdo ly plura vt opponat̃ primo mõ idemptitatis aut ſecundo modo ſed requiritur ꝙ ſignificet plura vt ly plura opponat̃ tribus modis idẽptitatis ⁊ ſic faciliter ſoluuntur argumenta. Nã ly ſcalda licet plura ſignificet illa tñ ſunt idem tertio mõ idemptitatis ⁊ ꝑ cõſequẽs nõ ſunt plura vt ly plura opponatur trib⁹ modis idẽptitatis. Eodẽ mõ faciliter ẽ reſpõdere de hoc terio iohãnes ſignificãte nũc iohãnẽ.xxiij. annorũ qui antea ſupponebat ꝑ iohãne duodeci annorũ quia illa ſunt idẽ ſcðo mõ idemptitatis hec diſtinctio multũ cõfert ad ſaluãdas aliquas ꝑpoſitiones cõmuniter cõceſſas ad diſſoluẽdos aliquos ſillogiſmos in quibus plurimi heſitauerũt ꝑpter iſtorum modorũ idẽptitatis ignorãtiam vt videbitur in priorib⁹ videtur tamẽ ꝙ iſti modi parum deſeruiunt ad cognoſcendũ quis termin⁹ dici debeat vniuerſalis aut ſingularis nã argumenta ꝑpoſita non petũt aliã difficultatẽ ꝙ̃ argumentũ cõmune prius factum ad ꝓbandũ ꝙ ly plato ſit terminus vniuerſalis in ſignificando plures homines taliter vocatos queadmodũ eñ dictũ eſt ꝙ equiuoce illos ſignificat pari forma in propoſito dicitur ꝙ iſte terminus iohannes licet ſignificet iohannẽ xxiij.annorũ ⁊ prius ſignificauerit iohannẽ duodecim annorum hoc tamen eſt equiuoce vnde dico ꝙ nullus conceptus repreſentans nunc iohannem.xxiij.annorum repreſentabit aliquẽ hominẽ qui habebit aliquã partem quam nunc non habet iſte iohannes aut aliquem hominem qui aliquã parẽ quã nunc iſte hꝫ nõ habebit. Valent tamen iſti modi vt dixi ad ſaluandum ꝑpoſitiones cõmuniter conceſſis cõcedimus de iohãne.xxiij.annorũ ꝙ eſt fili⁹ ſue matris ꝙ eſt natus Bãdaui ꝙ eſt baptiſatus ⁊ tales ꝑpoſitiones faciliter ſaluant̃ ꝑ iſtos modos idemptitatis. ¶ Arguo tamẽ cõtra dicta ꝓbando ꝙ ad terminũ eſſe vniuerſalem non requiritur ꝙ ſignificet plura vt ly plura opponat̃ tribus modis idemptitatis ſic videlicet ꝙ illa non ſint eadem aliquo modo idemptitatis. Et ſic arguo iſte terminus pars integralis ſortis eſt termin⁹ vniuerſalis nã debite immediate ei addi põt ſignum vniuerſale debite eñ dicimus quelibet pars integralis ſortis ẽ hõ ⁊ tamen non ſignificat plura que nõ ſunt eadẽ aliquo modo idemptitatis igitur ad terminũ eſſe vniuerſalẽ illud non requiritur. Cõſeq̃ntia eſt clara cum maiore ⁊ minorẽ probo ſic ſi ille termin⁹ ſignificaret plura ⁊c. quero q̃ ſunt illa ⁊ ſi aliqua poſſes dare maxime dares manum ⁊ caput ſortis. Sed cõtra illa nõ ſunt plura vt ly plura opponatur tribus modis idemptitatis immo ſunt eadem ſecundo modo idemptitatis nã illa ſunt eadem ſecundo modo idemptitatis in quib⁹ manet eadem pars eſſentialis omnino inuariata altera variata modo clarum eſt ꝙ caput ſortis ⁊ eius manus eandem omnino habent partem eſſentialem.

¶ **Ad iſtud reſpondet̃ ꝙ manus ⁊ caput** ſortis ſunt plura ⁊ nullo mõ idemptitatis eadẽ licet cõmunicẽt eadẽ parte eſſentiali qñ eñ aliqua ſecũdo mõ idemptitatis ſunt eadẽ tunc vnũ alteri ſuccedit quod non contingit in propoſito de capite et manu ſortis. Cõmuniter etiã loquentes nõ iudicarẽt illa eſſe eadem licet iudicent iohannẽ.xxiij.annorũ eſſe il

¶ Tuꝫ ſcđo q: ſi in quolibet inſtanti illius hore hec ſit falſa oē inſtās eſt inſtans in quolibꝫ inſtāti eiuſdē hore hec erit vera nullū inſtans ē inſtās q: aliās darenť cōtraria ſimul falſa in materia naturali extra inſtātias que cōiter ſolēt aſſignari ⁊ ſi in quolibet inſtāti illi⁹ hore hec ſit vera nullū inſtās eſt inſtās ⁊ etiā in quolibet tali iſta eſt vera aliqđ inſtans eſt inſtans vt cōſtat ⁊ ſic opus erit dare cōtradictoria vera.

¶ Tum tertio iſtud ſignum vꝫ nullus non exigit tria ſuppoſita ⁊ per ꝯñs nec ly omnis probať aſſumptū q: in quolibet inſtāti alicuius hore hec eſt vera nullū inſtās eſt ipſ ⁊ tñ in nullo tali inſtāti ly inſtans habet tria ſuppoſita ⁊ conſequētia eſt manifeſta q: iſta conſequentia eſt bona nullū inſtans eſt tempus: igitur omne inſtans non eſt tempus: ſi igitur in quolibet inſtanti alicuius hore antecedens eſt verum etiam ⁊ conſequens quod infert propoſitum. Reſpondeo igitur aliter ad argumentum negando ꝙ in quolibet inſtanti hore hec ſit falſa aliquod inſtans eſt omne inſtans et nego ꝙ iſtud ſignum vniuerſale omnis non poteſt addi termino niſi tria habeat ſuppoſita vt propoſitio ſit vera in qua ponitur. Nec illud pretendebat ipſe Philoſophus loquens etiam ibideꝫ de numeri ternarij perfectione inter alia ponit modum loquendi cōmuniter dicēriū ꝙ omne ⁊ totū nō proprie attribuunť paucioribus tribus nā iſtud ſignū omnis in plurali numero ſm communem dicendi modum non additur pronomini demonſtratiuo niſi ꝑ ipſum ad omne minus demonſtrētur tria indiuidua nō enim vulgariter dicimus demonſtratis duobus tantum omnes iſti ſed potius ambo iſti ſed demonſtratis tribus aut pluribus recte dicimus omnes iſti. Cū iſt illo Ariſtotelis dicto ſtat ꝙ illud ſignum omnis bene poſſumus adiūgere termino vniuerſali duntaxat habenti vnū ſuppoſitū patet itaqꝫ propoſitiones ꝯceſſas ob argumentum factum non eſſe negandas.

¶ Ad confirmationē reſpōdetur cōmuniter ꝙ ꝯcluſio poſita deberet intelligi dū illud vniuerſale non ſit terminus relatiuus reciproc⁹ ſimiliter dummodo ſubiectū talis affirmationis nō ſupponiť confuſe tantum q: ſicut argumentuꝫ probat quelibet illarum enunciationū eſt vera non obſtante ꝙ in qualibet earum predicetur vniuerſale vniuerſaliter.

¶ Secundo principaliter arguiť ſic iſta excluſiua eſt vera tantum homo eſt riſibilis ⁊ tamē eſt affirmatio in qua predicatur vniuerſale vniuerſaliter ſumptum igitur inſtantie adhuc poſite non ſufficiunt ⁊ per conſequens nullo pacto concluſio ſtat in veritate ꝙ illa excluſiua ſit vera declarant ſue exponentes ꝙ autem ſit affirmatio in qua predicať vniuerſale vniuerſaliter ſumptum probatione non eget.

¶ Forte dices ꝙ hoc nō ſit extra iſtātias datas quia ſubiectuꝫ illius affirmationis ſtat cōfuſe tantum.

**¶ Contra hoc ſic arguo iſta eſt vera** tantum b hō eſt riſibilis ⁊ tamē eſt affirmatio cuiꝰ ſubiectum non ſtat cōfuſe tantum: volo enī ꝙ ly b impediat illam ſuppoſitionē ⁊ cauſet ſuppoſitionē determinatam ⁊ pꝛedicatū eſt vniuerſale vniuerſaliter ſumptū vt conſtat: ⁊ ꝙ illa ſit vera patet per ſuas exponentes b homo eſt riſibilis ⁊ nihil non b homo eſt riſibilis ⁊ per conſequens adhuc dicta non ſufficiunt.

**¶ Confirmat iſte enūciatiōes ſūt vere** aliquid eſt nullꝰ hō aliqd eſt nullū aīal ⁊ quelibet earū eſt affirmatio in qua pꝛedicatur vlē vlr ſumptum etiā extra inſtantias datas ⁊ per ꝯñs cōcluſio poſita ⁊ dictū philoſophi nō habēt aliquo pacto verum.

**¶ Ad ſecūdū pꝛincipale reſpōdetur** concedēdo hanc excluſiuā eſſe veram tantū homo eſt riſibilis ⁊ dicatur ꝙ ex quo ſubiectū eius ſtat cōfuſe tātū ꝙ nō eſt extra inſtantias. Et ad replicā quā facis de hac ꝓpōne tantū b hō eſt riſibilis dico illā excluſiuā eſſe falſam ⁊ nego ſuas expонētes eſſe veras neq; debite eaꝫ expoñis ſed hoc pacto venit exponēda homo eſt riſibilis ⁊ ab aliquo hoīe nihil aliud eſt riſibile qꝛ per illam excluſiuam denotatur pꝛedicatum vni certo ſuppoſito ſubiecti cōpetere ⁊ nulli alteri ⁊ illō ideꝫ denotatur per illas exponētes: nā per ſecundā exponentē denotat̄ ꝙ a ſoꝛte nihil aliō eſt riſibile vel a platone aut aliquo alio certo ſuppoſito vel ſi vis illam excluſiuā reſoluere in ſingularia aut in ſecunda exponēte capere relatiuū idēptitatis non obuio ſed hec alibi magis ſunt diſcutienda propterea pertranſeo.

**¶ Ad cōfirmationē reſpōdetur cōce**dēdo illas affirmatiuas eſſe veras ⁊ dico ꝙ concluſio poſita eſt intelligēda dūmodo illud vniuerſale diſtribuat̄ a ſigno vniuerſali affirmatiuo. Dico igit̄ recolligendo omnes has inſtātias ꝙ ꝓpoſitio philoſophi que eſt noſtra cōcluſio ſic venit intelligenda nulla erit affirmatio de ſimplici copula vera in qua ꝑdicat̄ vniuerſale hñs plura ſuppoſita vniuerſaliter ſumptum: hoc eſt cui explicite additur ſignuꝫ vniuerſale affirmatiuū dūmodo ſubiectū talis pꝛopoſitiōis nō ſtet cōfuſe tantū. ⁊ notanter dico de ſimplici copula qꝛ hec eſt affirmatio vera ſoꝛtes eſt vel nō eſt oīs homo in qua ꝑdicatur vniuerſale vniuerſaliter ſumptum ꝙ ſi dices ly homo ibi nō diſtribui accipiam hanc ſoꝛtes eſt vel non eſt homo ⁊ neſcis euadere. ¶ Paulus venetꝰ pꝛima parte ſecūdi ſophiſmatis dicit eſſe ſuperaddēdas adhuc duas clauſulas. Pꝛima opoꝛtet ꝙ ſignū vniuerſale illud ſit in ſingulari numero. Secunda opoꝛtet ꝙ ſignum illud vniuerſale ſit in recto reſpectu recti. Pꝛimam particulā addit pꝛopter iſtas enunciatiōes aliqui hoīes ſunt oēs hoīes aliqui apoſtoli dei ſunt oēs apoſtoli dei. Scđam vero ꝓpter iſtas affirmationes deus erit in quolibet inſtanti futuro in hoc inſtāti eſt omnis homo ſed iſte particule ſꝫm logicam nunc currentē non ſunt addende nō pꝛima qꝛ ſi iſte affirmationes ſunt vere opoꝛtet ly omnes teneri collectiue quādo autem collectiue tenetur nō eſt ſignū vniuerſale ſꝫ in diebus pauli ly omnes collectiue tentum reputabatur ſignum vniuerſale vt patet quadrageſimo ſcđo capitulo pꝛimi dubij. Neq; ſecunda particula eſt addēda qꝛ quelibet illarum affirmatiuarū eſt falſa pꝛima qꝛ eſt vna de futuro que nunꝙ habebit vnā de pꝛeſenti veram vel quando illa concederetur nihil cōtra ꝓpoſitionē philoſophi qꝛ pꝛedicatū eſt hoc totū ens in quolibet inſtanti futuro cui nō additur ſignū vniuerſale. Secunda etiam eſt falſa qꝛ equiualet huic ens in hoc inſtāti eſt oīs hō quod cōſtat eſſe falſum pꝫ itaq; illas particulas non eſſe ſuperaddendas.

Paulus venetus.

**¶ Tertio pꝛincipaliter arguitur ſic** ⁊ accipio hoc antiquū ſophiſma oīs hō eſt oīs hō ⁊ ſic argumētoꝛ: illud ſophiſma eſt affirmatio in qua ꝑdicatur vniuerſale vlr ſumptū habens plura ſuppoſita et ſic de alijs particulis ⁊ tamen ipm eſt verū igitur inſtātie date adhuc nō ſufficiūt: maioꝛ eſt clara minoꝛ ex aūt pꝛobo ſic: nō eſt enūciatio veriō: ꝙ̄ illa in qua pꝛedicatur idem de eodē ſed ſophiſma ꝓpoſitū eſt enūciatio in qua pꝛedicatur idē de eodē: igitur ipm eſt veruꝫ maioꝛ eſt tritū logicoꝝ dictū ⁊ minoꝛ pꝫ qꝛ ſubiectuꝫ eius ⁊ pꝛedicatum eius ſunt termini ſinonimi.

**¶ Et cōfirmatur iſta affirmatio eſt** vera homo oīs hō eſt ⁊ tñ in ea pꝛedicatur vlē vlr ſumptum cū alijs ꝑticulis ergo ꝓpoſitū minoꝛ eſt clara et maioꝛ pꝛobat ⁊ accipio hāc ꝓpoſitionem ſcriptā oīs homo eſt hō ⁊ ſic argumētoꝛ: iſti quattuoꝛ termini oīs homo eſt hō ſunt ꝓpō vera ⁊ iſti quattuoꝛ termini eiſdem demōſtratis ſunt iſti quattuoꝛ termini hō oīs hō eſt igitur illi quattuoꝛ termini ſunt ꝓpō vera. Conſequentia eſt expoſitoꝛia in tertia figura. totum antecedens eſt verum igitur ⁊ conſequens.

**¶ Ad tertiuꝫ pꝛincipale reſpōdetur** negando ꝙ inſtantie date nō ſufficiunt ſaltem pꝛopter ſophiſma ꝓpoſitum dico enī ipm eſſe falſum ⁊ quādo dicis nulla eſt pꝛedicatio veriō: ꝙ̄ illa in qua pꝛedicatur idē de eodē ſed in ſophiſmate ꝑdicatur ideꝫ de eodem: igitur ſophiſma ꝓpoſitum eſt verū. Ad hoc dupliciter reſpōdeo pꝛimo ꝙ illa regula nō intellecta aliter ꝙ̄ vt iacet multas patitur inſtantias iſte enunciationes ſunt falſe chimera eſt chimera antexp̄s eſt antexp̄s: ⁊ tamē in eis pꝛedicatur ſinonimū de ſinonimo ⁊ ita in talibus enunciationibus vbi extrema non ſupponūt. Similiter inſtantia eſt quādo copule taliū ꝓpoſitionū ſunt de extrinſecis tēpoꝛibus ſi enī inſtans pꝛeſens eſſet pꝛimū inſtās eſſe ſoꝛtis iſta eſſet falſa ſoꝛtes fuit ſoꝛtes. Similiter ⁊ iſta hoc inſtans erit hoc inſtans demōſtrādo inſtans pñs. Similiter in alijs quādo copula ꝓpōnis modificatur nō habet verū iſta ꝓpoſitio omnes enī iſte ſunt falſe homo neceſſario ē hō ſoꝛtes neceſſario eſt ſoꝛtes ⁊ ſimiles ꝓpoſitiones ⁊ breuiter illa ꝓpoſitio nō tenet niſi quādo pꝛedicat̄ ſinonimum de ſinonimo habēs ſignificatū in re non ſumptum cum aliquo ſincathegoꝛeumate in oꝛdine ad copulam de pꝛeſenti vt ſunt iſte pꝛopoſitiones homo eſt hō aīal eſt aīal. Scđo reſpōdeo ꝙ in ſophiſmate addicto nō pꝛedicatur ſinonimū de ſinonimo qꝛ hoc totuꝫ oīs homo eſt pꝛedicatū ⁊ ly homo ſubiectū: modo clarum eſt illos terminos non eſſe ſinonimos.

**¶ Foꝛte dicis in illa ꝓpoſitiōe pꝛedi**catur vniuerſale vniuerſaliter ſumptū ſed hoc totum oīs homo nō eſt vniuerſale vlr ſumptū igit̄ hoc totuꝫ nō eſt pꝛedicatū in illa ꝓpoſitiōe ꝙ illud totū oīs homo nō ſit vniuerſale vniuerſaliter ſumptū clarū eſt nā hoc totum non ſumitur cūm ſigno vniuerſali. ¶ Hoc argumētum mouet paulū tenere ꝙ ly oīs a parte pꝛedicati nō eſt pars ꝑdicati alias etiam rōnes facit ⁊ inter ceteras hanc facit hic eſt bona conuerſio nullꝰ homo eſt omnis homo ergo non omnis homo eſt aliqs: ſed in conuertente non ſubijcitur niſi ly homo igitur ly omnis non erat pars pꝛedicati in conuerſa. Et licet illud conſequenter poſſet defendi tamen quia communis logica nunc eſt in oppoſitum: pꝛopterea dico ꝙ hoc totum omnis homo eſt pꝛedicatum et concedo

Paulus venetus.

ꝙ ſibi predicatur vl'e vl'r ſumptū ad hūc ſenſuꝫ ꝙ a parte predicati ponitur vnū vl'e cui additur ſignum vl'e vt dictū eſt. Ad aliud facile eſt reſpōdere immo illa ↄuerſio eſt nulla: nam caſu facili datur añs verum ſine conſequente. Doctor ſubtilis prima queſtione ſuper predicamentū ſubſtantie tenet pro regula generali ꝙ oē ſincathegoreuma poſitū in predicato eſt pars predicati ⁊ hoc nunc eſt cōformē cōmuni logice ⁊ eius ratio ē ſatis bona: dicit ipſe niſi ſic ſequeretur ꝙ ex veris ſeq̄retur falſum. nam iſta conſequentia eſſet bona nullus homo eſt omnis homo iſte homo ē homo ergo iſte hō non eſt homo: poſtq̄ enim illud ſignum non eſt pars ꝑdicati in maiori bene licebit inferre ſine illo ſigno ⁊ ſi dicas ꝙ licet illud ſignū nō ſit pars maioris extremitatis ꝙ tamen oportet ipſum poni in ↄcluſione cū maiori extremitate hoc nihil valet q2 ad habendā identitatem maioris extremitatis in maiori ⁊ in cōcluſione non oportet ipſam ſumi cū eodem ſigno quod non eſt pars eius vt ꝑꝫ in ſcd'o modo ſecunde figure ⁊ lꝫ hec rō non ↄcluderet proteruo: ipſa tñ placet ⁊ teneo quod per eam doctor ſubtilis intendit probare.

Ibes duns.

**Sed cōtra pricipalē ſolutionē arguit̄ probādo ſophiſma propoſitū eē verū ⁊ ſic arguo** ↄñ ſequit̄ iſte hō eſt iſte hō ⁊ iſte homo eſt iſte hō ⁊ iſte homo ē iſte homo ⁊ ſic de ſingulis ergo oīs homo oīs homo eſt. Conſequentia eſt clara ⁊ veritas antecedētis patet per cuiuſlibet ſingularis veritatem.

**Ad hoc argumentū dupliciter rñdet** Ventiſbar vnomodo dubitādo illam ↄñam q2 dubitatur an arguit̄ ex impoſſibili. Scd'o reſpondet ↄcedendo ↄñam negando añs. Quare autem dupliciter reſpondeat bentiſbar declarat Simon de lendenaria ⁊ dicit ⁊ ly ⁊ ſic de ſingulis poteſt capi duobus modis vno modo poteſt capi vt reduplicet ſenſum diuiſum. Alio modo poteſt capi vt reduplicet ſenſuꝫ compoſitū videlꝫ ly ⁊ ⁊ ſic de ſingulis tūc dicitur reduplicare ſenſū diuiſum qñ reduplicat ypothecicā vt ſi dixero iſte hō eſt iſte homo ⁊ iſte homo eſt iſte homo ⁊ ſic de ſingulis ſi ly ⁊ ſic de ſingulis reduplicet ſenſum diuiſuꝫ tūc ſenſus eſt ⁊ iſte homo eſt iſte homo ⁊ iſte homo eſt iſte homo ſic ſemper diuiſiue capiendo. Tūc aūt reduplicat ſenſum cōpoſitū quādo reduplicat cathegoricam Si igitur ly ⁊ ſic de ſingulis in antecedente ↄſequētie facte reduplicet ſenſum diuiſum tunc cōſequētia nihil valet ⁊ añs eſt verum: ſi aūt reduplicet ſenſum cōpoſitum tunc antecedens eſt impoſſibile quia ſenſus eſt iſte homo eſt iſte homo ⁊ iſte homo eſt iſte hō et iſte homo eſt iſte homo ⁊ ſic de alijs ⁊ ex quo in antecedēte conſequentie facte ly ⁊ ſic de ſingulis poteſt indifferenter teneri vel vt reduplicet diuiſum ſenſum vel cōpoſitum propterea dixit bentiſbar ꝙ indifferēter poſſumus cōcedere añs vel negare ipſuꝫ. Aliter poſſum⁹ dicere non effingendo hanc nouam equiuocationem de ly ⁊ ſic de ſingulis ꝙ bentiſbar qñ dicit ꝙ poſſum⁹ illam cōſequētiam concedere vel negare voluit inuere ꝙ taliter poſſimus accipere ſingulares in antecedēte ꝙ ↄſequentia nō valebit: ſi enī in qualibet ſingulari demonſtraret̄ idē a parte ſubiecti ⁊ predicati nō valeret cōſequentia ſed ſi diuerſa demonſtrarentur ⁊ debite demōſtrarentur omnia ſuppoſita tunc conſequētia erit bona ⁊ antecedens impoſſibile ⁊ iſte eſt mod⁹ cōmunis reſpondendi nō tamen aſpernor primum dicendi modū Glorioſus ſimon de lendenaria dicit eos eſſe verboſos ⁊ male intelligētes hentiſberū qui dicūt ipm dupliciter reſpōdiſſe propter cauſam iam tactaꝫ ſed ꝓpter eius affirmare vel negare nihil mutatur in re: multe replice fieri poſſent ad ꝓbandū ſophiſmā ꝓpoſitū ſed partim impertinētes eſſent ꝓpoſito ꝓpterea eas derelinquo etiam quia alibi tanguntur.

Ventiſbar

Simō de lē denaria.

**Ad ↄfirmationē reſpondent aliq̄** ꝙ ſi iſta ꝓpoſitio ſic ſcripta omnis homo eſt homo tūc illa propoſitio eſt vera ⁊ etiā eſt falſa eo ꝙ illi quattuor termini ſunt hec ꝓpoſitio falſa homo oīs homo eſt ⁊ eodem modo dicūt ꝙ ꝓpoſitio vniuerſalis eſt indiffinita tamen inſequendo viam bentiſberi in primo ſophiſmate aliter reſpōdeo ⁊ nego ꝙ hec propoſitio hō omnis homo eſt ſit vera ⁊ quādo dicis accipiatur hec ſcripta omnis homo eſt homo ⁊ tunc ſic arguatur illi quattuor termini ſunt propoſitio vera ⁊ illi quattuor termini ſunt iſti quattuor termini homo omnis homo eſt igitur iſti quattuor termini homo oīs homo eſt ſūt propō vera. Reſpondetur cōcedendo ↄñam añs ⁊ conſequēs ſed dico ꝙ iſti quattuor termini homo oīs hō eſt nō ſunt iſta propoſitio homo oīs homo eſt niſi certo ordine ſcribant̄ ⁊ dato ꝙ eſſet illa propoſitio ſcripta oīs homo eſt homo in pariete ⁊ latinus eā apprehenderet a ſiniſtro ad dextrū tendendo aliq̄s āt arabs ordine oppoſito hoc nō arguit illam ꝓpoſitionē ſcriptā eſſe falſam. Unde breuiter nō valet iſte modus arguēdi hec ꝓpoſitio ſubordinatur ꝓpōni falſe: igitur ipſa eſt falſa nec ſequitur hec propoſitio ſubordinat̄ propoſitioni indiffinite: igitur ipa eſt indiffinita. Sed forte facias argumentum de hac mentali oīs homo eſt animal q2 ex quo nō eſt ſitus neq3 ordo in mente vr̄ ꝙ ea rōne qua ille qualitates in anima cōſtituūt ꝓpoſitionē veram eadem ratione ⁊ falſam cōſtituēt. Hoc argumentum mouet Johannes buridanus q̄ſtione nona primi phiſicorum ⁊ etiā bentiſbar mouet ſed quia tangit materiam illam an mētalis componitur ex pluribus partialibus noticijs ideo de ipſo nunc ſuperſedeo vſq3 ad primam queſtionem ſecundi peri hermenias q2 ibidē intendo ad longū illam materiam tractare. Et hec de queſtione decimaquarta.

Ventiſbar

Buridanus

Sequitur textus.

**OPponi aūt affirmationeꝫ negationi dico ↄtradictorie q̄ vl'r ſignificat ei q̄ non vl'r eſt. vt oīs homo albus eſt non omnis homo albus eſt null⁹ hō alb⁹ ē quidā homo alb⁹ ē. Cōtrarie vero vniuerſalem affirmationeꝫ et vniuerſalem negationem vt omnis homo iuſtus eſt nullus homo iuſtus eſt. Quocirca has quidem ipoſſibile ē ſimul veras eſſe his vero oppoſitas cōtingit in eodem vt nō omnis homo albus eſt ⁊ quidam homo albus eſt. Quecunq3 igitur cōtradictiones vl'ium vl'r ſunt. Alterā verā ⁊ alterā falſaꝫ eſſe neceſſe eſt ⁊ q̄cūq3 in ſingularib⁹ ſunt vt eſt ſocrates albus eſt ſocrates alb⁹ nō eſt. Quecunq3 aūt in vniuerſalib⁹ nō vniuerſaliter nō ſemꝑ hec vera illa vero falſa**

eſt. Simul enim verũ eſt dicere quoniam eſt homo albus ⁊ nõ eſt homo albus ⁊ eſt homo probus ⁊ nõ eſt homo probus. Si enim turpis nõ eſt ꝓbus ⁊ homo eſt pulcer ⁊ nõ eſt pulcer ſi eniꝫ fedus nõ pulcer q2 ſi fit aliq̃d nõ eſt. Videbiť aũt ſubito incõueniens eſſe idcirco q̃m vr̃ hec nõ eſt hõ alb⁹ ſimul etiã ſignificare q̃m null⁹ hõ albus eſt hec autem neq; idem ſignificat neq; ſil' neceſſario. ¶ Manifeſtũ ẽ aũt quoniã vna negatio vnius eſt affirmationis hoc enim idem oportet negare negationeꝫ quod affirmatio affirmauit ⁊ de eodem vel de aliquo ſingulariuꝫ vel de aliquo vlium vel vl'r vel nõ vl'r. Dico aũt vt eſt ſocrates alb⁹ nõ eſt ſocrates alb⁹ Si autem aliud aliquid vel de alio ideꝫ: nõ ẽ oppoſita ſꝫ erit ab ea diuerſa huic vero que eſt oĩs homo albus eſt ꝯtradictio eſt illa que ẽ nõ oĩs homo albus eſt. Illi vero que eſt aliq̃s homo albus eſt illa que eſt null⁹ homo albus eſt illi aũt que eſt hõ alb⁹ ẽ illa q̃ ẽ nõ ẽ hõ alb⁹. Manifeſtũ ergo eſt quoniã vni negatiõi vna affirmatio oppoſita eſt ⁊ q̃ ſunt he dictuꝫ eſt quoniã alie ſunt cõtrarie alie cõtradictorie ⁊ quoniam non oĩs vera vel falſa cõtradictio et q̃re ⁊ q̃n vera vel falſa. ¶ Vna aũt eſt affirmatio ⁊ negatio q̃ vnũ de vno ſignificat. vel cuꝫ ſit vl'e vl'r vel nõ ſimiliter vt oĩs hõ albus eſt nõ oĩs hõ albus eſt nullus hõ albus eſt q̃dã hõ albus ẽ ſi albũ vnũ ſignificat. Sin vero duobus vnũ nomẽ poſitũ eſt ex q̃bus vnũ nõ eſt nõ eſt vna affirmatio vt ſi q̃s hoc nomẽ tunica hoĩ ⁊ equo põat ⁊ dicat tunica alba ẽ hec nõ eſt vna affirmatio nec vna negatio. Nihil eñ differt hoc q̃ dicere eſt equ⁹ alb⁹ eſt hõ alb⁹ Si ergo he mľta ſignificãt ⁊ ſũt plures manifeſtũ eſt q̃m ⁊ prima multa vel nihil ſignificãt neq; eñ eſt aliq̃d hõ equus. Quare nec in his neceſſe eſt hãc cõtradictionẽ verã illaꝫ vero falſam eſſe. ¶ In his ergo q̃ ſunt ⁊ q̃ facta ſunt neceſſe eſt affirmationẽ ⁊ negationẽ verã vel falſam eſſe in vl'ibus quidẽ vl'r. Sẽper hãc quidẽ verã illã vero falſam ⁊ in his q̃ ſingularia ſunt queẽadmodũ dictũ eſt in his vero que in vl'ibus nõ vl'r dicunť nõ neceſſe eſt: dictuꝫ eſt autem ⁊ de his.

¶ Iſtud eſt tertium caput ſecundi tractatus hui⁹ primi peri hermenias in quo philoſophus ſpẽs oppõis legeſq; ꝓpoſitionũ oppoſitarũ aſſignat. Et diuiditur hoc caput in quattuor partes: in prima aſſignat ſpẽs oppoſitionis ⁊ leges/ ⁊ primo dicit quid ſit oppoſitio contradictoria dicens ꝙ affirmatio ⁊ negatio quaruꝫ vna vniuerſaliter alia vero nõ vniuerſaliter ſignificat contradictorie opponũtur ⁊ aſſignat exempla. Deinde dicit vniuerſalem affirmationem ⁊ vniuerſalem negationem cõtrarie opponi ⁊ aſſignat exempla ⁊ continua oratione earum ꝓprietatem ⁊ legem ꝓſequitur dicẽs ꝙ impoſſibile eſt cõtrarias eſſe ſimul veras hijs vero oppoſitas contingit aliquando in eodem hoc eſt ꝓpõnes que ſunt oppoſite ipſis contrarijs contingit ſimul eſſe veras/ ⁊ has communi ⁊ vulgato vocabulo ſubcõtrarias eſſe dicimus que in veritate ſibimuicem bene conſentiunt ⁊ eas deſignat exemplis. Deinde reſumens de cõtradictorie oppoſitis ponit earũ legem dicens ꝙ vniuerſaliter in quibuſcunq; cõtradictorijs ſiue fuerint vniuerſalium ſubiectorum ſiue ſingulariũ neceſſe eſt vnam partẽ eſſe veram alteram vero falſaꝫ. Poſtea dicit ꝙ in ꝓpoſitionibus vniuerſalium ſubiectorum que non vniuerſaliter proferuntur puta ſubcontrarijs nõ eſt neceſſe ſemper eas eſſe veras aut falſas: iſte enim ſunt ſimul vere eſt hõ albus nõ eſt homo albus eſt hõ probus non eſt homo probus/ ꝙ prime due ſint vere probatur: nam affirmatiua eſt manifeſta ⁊ negatiua probatur quia hõ ſit albus ergo homo nõ eſt albus: nam quod ſit non eſt/ ⁊ ꝙ iſta ſit vera nõ eſt homo probus patet quia homo eſt turpis igitur homo non eſt probus: ſi enim homo eſt turpis moribus iam hõ non eſt probus aut ſi homo eſt turpis corporis vtputa ſi nõ eleganti corporis magnitudine aut debita membrorum proportione formatus qđ frequẽter cõtingit iam homo non eſt pulcer. Sed circa iſta duplex occurrit dubium. Primuꝫ quod diſſoluit ipſe philoſophus eſt qualiter iſte ſtant ſimul in veritate eſt homo albus non eſt homo albus: videntur enim ille propoſitiones eſſe contradictorie iuxta illud cõmune nõ eſt verius contradicere q̃ toti ꝓpoſitioni negationeꝫ preponere. Secundum eſt qualiter illud ſit intelligendum quod dicit philoſophus quod ſit non eſt ipſum enim videtur ſimpliciter eſſe falſum: nam motus quãdo ſit eſt alias nunq̃ eſſet motus. Ad primum dubium reſpondet Ariſtoteles ꝙ iſta propoſitio nõ eſt homo albus nõ idem ſignificat ꝙ iſta nullus hõ eſt alb⁹ neq; ſimul neceſſario id eſt ille ꝓpoſitiones non cõuertuntur ad cõſequentiã ſubſiſtendi q2 licet ſequiť nullus homo eſt albus ergo non eſt hõ albus non tamen ſequitur non eſt homo albus: ergo nullus homo eſt albus q2 ſicut dicit boetius ſi vnus homo preciſe fuerit non albus: antecedens eſt verum et conſequens falſum vnde vult boetius ꝙ ſicut negatio ſiue precedat

ſiue ſequatur nõ variat ꝙtitatem ſingularẽ q̃m teſte philoſopho in ſcdo perihermenias idẽ ſit dicere ſocrates nõ eſt albꝰ nõ ſocrates eſt albꝰ ita negatio nec variat ꝙtitatẽ indefinitã ſiue ꝑponatur ſiue poſtponatur/ita ꝙ idẽ erit dicere nõ eſt hõ albus hõ non eſt albus. Logici autem moderni ⁊ antiqui oppoſitũ volũt vnde dicit albertus magnus in hoc paſſu ꝙ niſi termini huiꝰ enũciatiõis nõ eſt homo albꝰ debite ordinentur ita ꝙ in mentali precedat ly homo negationem non ſtaret illa ꝑpoſitio in veritate cũ hac eſt homo albꝰ: Sed hec diſcrepatio eſt ad nomẽ nunq̃ enim cõceſſiſſet boetiꝰ aut Ariſtoteles illã ſubcontrariari alteri ſi negatio feratur in ly homo ſ3 licet ly homo ſequitur negationẽ attamẽ ſtat negationem non fieri in illum terminum ab ipſo intellectu ⁊ tunc bene ſtabunt ille ꝑpõnes in veritate. Ad ſecundum breuiter dico ꝙ illa propoſitio Ariſtotelis eſt intelligẽda de rebus ſucceſſiuis quoad fieri tñ ⁊ nõ ſucceſſiuis quoad fieri ⁊ eẽ ſimul ꝓpterea valet hec conſequentia homo fit albus ergo hõ non ẽ albus nam albedo que fit nõ eſt. deinde in ſecũda parte huius capitis ariſtoteles manifeſtat quomõ vnius affirmationis vna eſt negatio oppoſita ⁊ illud probat quia oportet negationem negare quod affirmatio affirmat iuxta illud vulgatiſſimum tantum vnũ vni opponitur. ſed in declaratione huius nunc nõ inſiſto q2 tangetur in queſtione. Deinde in tertia parte ariſtoteles declarat quid affirmatio vna quid negatio vna ſed de hoc ſatis habitum eſt queſtione ſeptima ⁊ in fine ſubiungit ꝙ in talibus enũciationibus plures nõ eſt neceſſe vnam partem contradictionis eẽ veram et aliam falſam quod dicere poſſumꝰ hoc pacto intelligendum eẽ in enunciationibus plures non eſt neceſſe vnã partem cõtradictionis eẽ veram ſic ꝙ nõ ſit falſa ⁊ aliã eſſe falſam ſic ꝙ nõ ſit vera ⁊ hoc ſi teneamꝰ enunciationes plures eſſe enunciationes vel aliter ⁊ melius tenẽdo enunciationes plures nõ eſſe enunciationes ſicut dixi eſſe de mẽte philoſophi dico ꝙ inter eas nõ reperitur cõtradictio ⁊ ꝑ conſequens non eſt neceſſe vnam partem contradictionis in talibus eſſe veram ⁊ aliã falſam. Deinde in quarta parte epilogat phũs ea que diffuſe in tribꝰ partibus precedẽtibus poſuit dicẽs ꝙ in cõtradictorijs de preſenti ⁊ preterito neceſſe eſt vnam partem eſſe veram alteram falſam ſiue ſint de ſubiectis vniuerſalibus ſiue ſingularibus non autẽ in contrarijs ⁊ ſubcontrarijs. Poſita textus explanatione mouenda eſt queſtio more ſolito anteq̃ tamẽ in medium adducatur volo recitare quid ſenſerit Laurentius vallenſis circa has ſpẽs oppõnis ⁊ earum leges non ꝙ ex eius opinione cuiq̃ cõmodum aliquod illaturum me opiner ſed vt cunctis pateat ꝙ inuerecunde ipſe inuehit in Ariſtotelem noſtrum ⁊ boetiuz ⁊ alios dialecticos eorum quidẽ opiniones in verborum cortice ⁊ nõ re ipſa refellendo. Boetius ⁊ omnes logici hoc tẽpore fatentur iſtas enunciationes cõtradicere quidã legit nõ quidã legit cõtra quos dicit laurentius tertio capite libri ſecũdi dialectices ꝙ ipſi applicant negationem vbi herere nõ põt dicendũ eniz ẽ aliquis nõ legit ſiue nõ legit aliquis rationem nõ adducit nec poſſet quidem ſed ſtatim more ſolito ad iniurias ſe cõuertit dicitq3 ſe mirari de boetio qui in romana grauitate ac ſeueritate natus quiq3 eloquens videri voluit ꝙ has nugas ſectetur multa alia futilia verba ſine põdere emouit quibꝰ quidẽ reſpõdere nullius eſſet artis ſed. Nõ iuuat ad doctũ ligua canina virũ. Poſtea. xxiiij. capite euiſdẽ libri de contrariarum lege querit. Quid fieri põt vt duo falſa ſint inuicez cõtraria ſubiungit ꝑfecto nõ magis q̃ duo vera verum falſo ⁊ falſuz vero cõtrarium eſt nõ falſuz falſo nec verũ vero/⁊ ſi obijcias ꝙ iſte ſint ſimul falſe oĩs elephas pinguis eſt ⁊ ambulat nullus elephas pinguis eſt et ambulat reſpõdet ipſe ꝙ neutra pars alteraz perimit ſ3 vtraq3 alterã vulnerat quaſi dextra vtriuſq3 gladio armata amputet ſiniſtrã alteriꝰ ſcuto carẽtẽ videlicet veritas q̃ eſt in hac parte amputat falſitatẽ q̃ ẽ in alia ita ambe mutile ⁊ trunce non tamen mortue ſunt hoc ẽ neutra prorſus vera aut prorſus falſa quaſi nec mortua nec ſana ſed egrota vult dicere ꝙ q̃libet earuz eſt in parte vera ⁊ in parte falſa ⁊ iõ ille non ſunt dicende falſe ſed potius non vere. poſtea reprehẽdit boetiũ ꝙ dicat idefinitas nõ diſtare a particularibꝰ ⁊ dicit eas eẽ ſimillimas vniuerſalibus deinde capitulo ſequẽti. xxxv. petit quomõ due ſubcõtrarie ſint ſimul vere cum non videt verum debere aduerſari vero poſtea ſubiũgit ꝙ non in nomine tantum ſed re ipſa peccamꝰ qui dicimus has eſſe ſubcontrarias quidaz hõ currit quidam hõ non currit ⁊ vtramq3 eſſe veraz quod vt aſſerit falſum eſt niſi etiam haruz vtraq3 vera eſt plato currit plato non currit qđ fieri non põt. At ei ſi de diuerſis hominibus intelligi eis cum dicitur quidam ⁊ quidaz/ poſſent iſta ratiõe ambe eẽ falſe ſi vterq3 falſuz loquatur nam vterq3 mentiri põt verbigratia ſi quiſpiã loquens de catone aut aliquo agricola dicat quidã hõ grammaticus eſt is autez qui dicit quidam hõ grammaticꝰ nõ eſt ſentiat de donato vel ſeruio vult dicere ĩ valore ꝙ ex quo in ſubcontrarijs idem debet eſſe ſubiectum ita ꝙ fiat ſermo de vno neceſſe eſt vnam earuz eſſe veram ⁊ alteram falſam et non poſſunt ſimul eſſe vere. Alia quedam ponit contra dialecticos. xxxvj. et xxxvij. capitibus ſed procedunt ex his que iam dicta ſunt. Et licet his reſpondere non opus ſit ne tamẽ q̇ſpiam laurentio effectatus deforẽ credat que reſpõdeantur. Dico iſtas recte contradicere quidaz legit non quidam legit ⁊ nego ꝙ applicetur negatio vbi herere non poteſt ymo in principio propoſitionis quodcũq3 ſubſequatur ſignum collocatur q̃ rectiſſime eſt enim negatio huius nature vt ſenſum reddat contradictorium quem aptius conſtituere non poteſt niſi cum in capite ſita eſt enũciationis. declaro hoc exemplo ſi demonſtraueris catilinam/lentulum/gabinum/cethegũ ceteroſq3 reipublice hoſtes ⁊ petas a me eſt ne aliquis iſtorum iuſtus ⁊ reſpondeam ꝙ non tunc verum dico ⁊ anteccenda eſt negatio propoſitioni de qua fit queſtio ⁊ intendo negare ꝙ affirmatio affirmauit nec illud rectius fieri poteſt niſi dicatur non aliquis iſtorum eſt iuſtus vt negatio neget quod affirmatio affirmauit. Ad aliud dico quod bene ſtat ꝙ falſum contrariatur falſo et hoc quoad veritatem quemadmodum verum ⁊ veruz aduerſantur ceu ſubcontrariãtur quoad falſitatem ⁊ quoad illud quod dicit ꝙ iſte due oĩs elephas pinguis ẽ ⁊ ambulat nullꝰ elephas piguis ẽ ⁊ ambulat nõ debent dici mortue hoc eſt falſe ſ3 egrote. dicoq3 ſemper cõſuetudo fuit ⁊ adhuc eſt vt orationem in parte verã ⁊ in parte falſaz dicamus ſimpliciter falſam nã teſte quintiliano cõſuetudo certiſſima ẽ loquendi magiſtra vtendũq3 plane ſermone vt nũcio cui publica forma eſt. Ad aliud nego hãc nõ ſubcõtrariari quidam homo currit quidã hõ nõ currit aut eas nõ ſtare ſimul in veritate nec ſequitur ſi ille ſimul ſtent ꝙ ⁊ iſte ſimul ſtabunt plato currit plato non currit ⁊ q̃n peris vel cũ dico q̇dã hõ eſt grammaticus quidam homo non eſt grammaticus vel de diuerſis intelligo vel non do primum quia ille propoſitiones pro diuerſis habent verificari ⁊ nõ pro eodem ⁊ nego ꝙ ex illo ſequatur eas poſſe ſimul eſſe falſas ⁊ admiſſo caſu dico ꝙ

Laurentius vallenſis.

quelibet earum eſt vera dicens enim affirmatiuam li-cet intēdat loqui de agricola pro quo redderetur illa affirmatiua falſa tamen dicit verum q: ſubiectum illi-us ꝓpōnis quam ꝓfert ſtat ꝑ donato ⁊ predicatum ſi-militer ly quidā nō reſtringit ly hō ad ſtandū ꝓ agrico-la aut catone ⁊ lʒ affirmatiua verificetur pro donato aut ſeruio ⁊ negatiua pro alio attamen idē eſt ſubie-ctum ⁊ affirmatiue ⁊ negatiue nec ē aliqua equiuoca-tio q: ly homo vniuoce ſignificat ⁊ hunc ⁊ illū. Aliō ē de iſtis duab⁹ cato vtice ſe occidit cato vtice ſe nō oc-cidit quarum prima verificatur pro catone minore ſe-cūda vero ꝓ catone cēſorio. Laurenti⁹ credidit idē eē iudiciū de primis ⁊ de iſtis ⁊ in hoc paralogiſabatur.

¶ Recta eſt igit̄ Ariſtotelis ſentētia ⁊ oi erroris vitio immunis circa oppoſitiones enunciationū ⁊ earū le-ges que vt lucidius appareat moueo hanc queſtionē.

Utrum ſpecies oppoſitionis recte diffiniantur ⁊ aſſignantur a philoſo-pho Hec q̄ſtio iuxta tres ſpēs oppōnis aſ-ſignatas a philoſopho trib⁹ difficultati-b⁹ terminabit̄ in quarū q̄libet de vna ſpē oppoſitionis tractabit̄. Et licet oppō cōtradictionis maior ſit omnibus ⁊ cā primo aſſignet phūs tñ in pri-ma difficultate de cōtrarijs ⁊ earū lege diſcutiem⁹ in ſcōa difficultate de cōtradictorijs ⁊ earū lege in tertia de ſubcontrarijs ⁊ earum lege. quibus difficultatib⁹ abſolutis terminabitur iſta queſtio. Accedendo igit̄ primam difficultatem. Aduertendum eſt ꝙ ille condi-tiones poſite queſtione vndecima ſeruāde ſunt in hac ſpecie oppōnis. Eſt autem adhuc alia cōditio ſpecia-lis neceſſario requiſita ad propōnes cōtrarias ⁊ eſt ꝙ quilibʒ termin⁹ diſtribuibilis in vna cōtrariarū nō di-ſtributus diſtribuatur in alia. ſed nō opʒ ꝙ ille qui ē diſtributus in vna ſtet non diſtributus in alia. hec cō-ditio duabus cōſtatur partibus quarū primā declaro ſic. ipſa negata dabuntur cōtrarie ſimul vere qō obui-at earū legi ꝓbatur aſſumptum iſte oēs eſſent dicen-de cōtrarie omnem hominem homo videt omnem ho-minem homo non videt. ab omni homine homo dif-fert ab omni homine homo non differt cuilibet homi-ni homo cōcludit cuilibet homini homo non cōcludit ſed facile eſt illas ſimul verificare igitur. Secunda ve-ro pars cōditiōis manifeſta eſt per illud cōe vniuerſa-litas edificat contrarietatem/ declaratur aliter q: ſtat dare duas cōtrarias in quibus omnes termini diſtri-buibiles diſtribuuntur. Nā iſte cōtrariātur omnis hō eſt ſortes omnis homo non eſt ſortes immo dato ꝙ ꝑ-dicata eſſent termini cōmunes adhuc hñ poſſent oēs termini eſſe diſtributi. Nā iſte due propōnes hñ cōtra-riantur ois homo omne aial eſt nullus homo eſt ani-mal vtrū autem ponende ſint alie cōditiones videbit̄ per argumenta. Inſuper eſt aduertendum ꝙ ſicut pa-tet ex textu ⁊ eius explanatione lex contrariarū eſt ꝙ ſe nō cōpatiuntur in veritate: ſed bene in falſitate. ꝙ autem talis ſit earū lex non ꝓbat philoſophus ſed cō-muniter ſic ſolet probari. Si due ꝯtrarie eſſent ſimul vere ſequeretur duas cōtradictorias eſſe ſimul veras. Sequela ſic ꝓbat̄ ſi em̄ vniuerſalis affirmatiua ⁊ vni-uerſalis negatiua ſint vere tunc particularis affirma-tiua et particularis negatiua etiam erunt ſimul vere poſtq̄ ſequūtur ad illas ⁊ ex vero nil niſi verū ſed vni-uerſalis affirmatiua ⁊ particularis negatiua cōtradi-cunt ſimiliter vniuerſalis negatiua ⁊ particularis af-firmatiua ⁊ ſecundum conceſſa ſunt ſimul vere et per conſequens habentur due contradictorie ſimul vere quod reſtabat probandum. Forte dices hec probatio innititur falſo fundamento igitur probatio nulla. ꝓbatur aſſumptū illa ꝓbatio fundatur in hoc ꝙ parti-cularis negatiua ⁊ particularis affirmatiua ꝯdicunt vli affirmatiue ⁊ vniuerſali negatiue. Sed nō ſemper oportet q: iſta ꝓpō a homo non eſt aial eſt negatiua ⁊ dato ꝙ iſte eſſent ſimul vere omnis hō eſt animal nul-lus hō eſt animal nō tamen ex hoc haberentur cōtra-dictoria vera nā iſte non cōtradicunt omnis hō eſt ani-mal ⁊ a hō non eſt animal Ad iſtud reſpōdetur ꝙ ꝓba-tio adducta eſt efficax ⁊ valida ſi em̄ iſte contrarie ois homo eſt animal. omnis homo nō eſt animal eſſent ſi-mul vere tunc iſta affirmatiua eſſet vera hō eſt animal ⁊ ita cōtradictoria vera. Etiam oporteret hanc eſſe ve-rā hō non eſt animal que realiter contradicit vniuer-ſali affirmatiue ⁊ impertinens eſt ꝙ iſta a homo nō ē animal nō contradicit illi vniuerſali affirmatiue que concedebatur eſſe vera ꝓbatio ergo adducta efficax ē ⁊ bona: iſtis breuiter notatis pono concluſionē de hac prima ſpecie oppoſitionis ꝙ ipſa vna cum ſua lege a philoſopho q̄ rectiſſime eſt aſſignata.

¶ Cōtra hāc cōcluſionē prīo princi-paliter arguitur ſic ꝓbando diffinitionem contraria-rum non eſſe bonaʒ ⁊ ſic arguo iſte due ꝓpōnes cōtra-riantur cuiuſlibet hominis aſin⁹ currit cuiuſlibet ho-minis quilibet aſinus nō currit ⁊ tñ non ſunt vniuer-ſalis affirmatiua ⁊ vniuerſalis negatiua igitur male dicit philoſophus hanc ſpecieʒ reperiri ſolū inter af-firmatiuam ⁊ negatiuam ꝙ ille ꝓpoſitiones cōtrariā-tur probo ille ꝓpoſitiones aliquomō opponuntur et non videt̄ qua ſpecie oppōnis opponātur niſi oppo-ſitione cōtraria igitur ille ꝓpōnes ſunt contrarie. Tū etiā iſta ꝓpō cuiuſlibet hominis aſinus currit habet aliquā cōtrariam ⁊ non videtur quā habeat niſi datā igitur ille ꝓpōnes contrariant̄ ꝙ ille ꝓpōnes nō ſunt vniuerſalis affirmatiua ⁊ vniuerſalis negatiua clarū eſt q: nulla illarū ꝓpoſitionū eſt vniuerſalis vt videbi-tur in primo priorū ſed mixte q̄titatis ⁊ per cōſequēs oppoſitio contraria inter alias ꝓpoſitiones q̄ vniuer-ſales reperitur quod infert propoſitum.

¶ Et cōfirmatur iſte ſunt ꝯtrarie cu-iuſlibet hominis quilibet aſinus eſt aſinus cuiuſlibet hominis aſinus nō eſt aſinus ⁊ tamē ille ꝓpoſitiones poſſunt ſimul eſſe vere igitur lex cōtrariarum nulla ꝙ ille propōnes ſint contrarie patʒ diſcurrendo per ſin-gulas cōditiones/ ꝙ tamen ille ꝓpoſitiones poſſunt ſimul eſſe vere ꝓbo ſic ⁊ pono caſuʒ ꝙ quilibet hō ha-beat duos aſinos iſto poſito clara eſt veritas affirma-tiue nam iſtius hominis quilibet aſinus eſt aſinus et iſtius hominis q̄libet aſinus eſt aſin⁹ ⁊ ſic de ſingulis igitur cuiuſlibʒ hominis quilibet aſinus eſt aſinus ꝙ autem negatiua ſit vera patet per falſitatē ſue contra-dictorie videlicet huius hominis quilibet aſinus eſt b aſinus cuius falſitas nota eſt ex caſu poteſt etiā ꝓba-ri veritas negatiue per deſcenſum ſub predicato oēs enim iſte ſunt vere cuiuſlibet hominis aſinus non eſt iſte aſin⁹ demōſtrādo brunellū ſortis ⁊ cuiuſlibʒ hoīs aſin⁹ nō ē iſte aſin⁹ demōſtrādo fauellū poſſeſſuʒ a pla-tone relinquit̄ ergo ꝙ ambe ille propōnes ſunt vere.

¶ Ad primū principale in quo inqui-rit̄ quid itellexerit philoſoph⁹ ꝑ ꝓpōnē vniuerſalem duo ſunt modi reſpōdēdi ꝯrij i vbis ſʒ nō i re ipſa. An-tiq̄ logici dixerūt ꝙ ꝓpōneʒ vlēm in ꝓpoſito debem⁹ accipere ſicut accipit phūs primo capite primi prio-rū ⁊ vlteri⁹ dicunt ꝙ aliq̄ ꝓpōnes opponuntur de mō enūciādi ⁊ lege ſimul aliq̄ vero de lege tm̄ hoc ē dicere participāt aliquā legē tamē non opponunt̄ de modo

enunciandi ⁊ ita iſte due propoſitiones cuiuſlibet ho
minis aſinus currit cuiuſlibet hominis quilibet aſinꝰ
non currit opponuntur contrarie de lege tantum ⁊ nō
de mō enunciandi hoc eſt dicere repugnat eis veritas
et non falſitas ſicut aliis contrarijs: tm̄ quia non ſunt
vniuerſales propterea non opponuntur de mō enun
ciandi immo nec aliqua earum poteſt illo pacto habe
re cōtrariam. Vñ breuiter eſt hic aduertendum ꝙ tri/
pliciter contingit aliquas propoſitiones participare
aliquā legem videlicet materialiter tm̄ formaliter et
non gratia acceptionis terminoꝝ formaliter ⁊ gratia
acceptionis terminorum ſimul. Exemplum primi iſte
due ꝓpoſitiones oīs homo eſt aſinus ⁊ omnis homo
eſt rudibilis materialiter participant legem contra/
riarum. Nam non poſſunt ſimul eſſe vere ſed poſſunt
eſſe ſimul falſe tamē poſſunt dari due tales ſimilis for
me cū illis quibus non repugnabit veritas iſte cm̄ ꝓ
poſitiones ſunt ſimilis forme cū alijs duabus omnis
homo eſt animal omnis homo eſt riſibilis ⁊ ſunt ſimul
vere. Et ꝓpoſitiones que hoc mō participant aliquā
legem ſimpliciter illam non participant ⁊ hec conſe/
quentia nihil valet iſte ꝓpoſitiones participant hanc
legem materialiter igitur iſte ꝓpoſitiones participāt
hanc legem. Exemplum ſecundi iſte due ꝓpōnes hō
eſt homo ⁊ homo non eſt homo participant formali/
ter legem contradictoriarum non enim poſſunt dari
alique due tales ſimilis forme cū illis duabus ſimul
vere aut ſimul falſe ſed non participant legē illā gra/
tia acceptionis terminoꝝ quod ſic declaratur poſ/
ſunt dari alique due tales ꝓpoſitiones que erunt ſi/
milis acceptionis terminorū cū alijs duabus que tñ
erunt ſimul vere. Unde iſte due propōes ſunt ſimul ve
re animal eſt hō animal non eſt hō ⁊ ſunt ſimilis acce
ptionis terminorum cū alijs duabus ſed non ſunt ſi
milis forme cum illis. Unde ad hoc ꝙ alique ꝓpōnes
ſint ſimilis acceptionis cū alijs requiruntur oēs cōdi
tiones q̄ requirunt ad hoc ꝙ ꝓpoſitiones ſint ſimilis for
me hoc ſolo dēpto ꝙ non oportet ſeruare ſinonimita
tem intrinſecam hoc eſt dicere ſi extrema vnius propō
nis ſint inter ſe ſinonima nō oportet ꝙ in propōne que
eſt ſimilis acceptionis terminorū cum ea extrema ſint
ſinonima inter ſe. Mō clarū eſt ꝙ ꝓpōnibꝰ aſſumptis
competūt oēs alie cōditiones requiſite ad ſimilē for/
mā ſolū illa dēpta ꝙ nō ſeruatur intrinſeca ſinonimi/
tas. Et propōnes participantes aliquam legem iſto
mō non participant illam ſimpliciter ⁊ ꝓpterea ſi pe/
tatur an iſte due hō eſt hō ⁊ homo non eſt homo legē
contradictoriarum participant reſpōdendū eſt ꝙ nō.
Tertio mō ꝓpoſitiones participāt aliquā legē forma
liter ⁊ etiā gratia acceptionis terminorum vt iſte due
cuiuſlibet hoīs aſinꝰ currit nullius hoīs aſinus currit
participant legē contrariarū nō enim dabunt̄ alique
tales in ſimili forma aut in ſimili acceptione termino
rū ſimul vere. Alius eſt modus reſpondēdi ad iſtud ar
gumentū principale quē inſequūtur moderni logici ⁊
eſt ꝙ nulle propōes opponunt̄ de lege qui opponan
tur ēt de mō enunciādi. Et tūc ad argumentū de iſtis
duabus cuiuſlibet hominis aſinus eſt aſinꝰ cuiuſlibet
hominis quilibet aſinus non eſt aſinus dicunt ꝙ ſunt
contrarie de mō enunciandi eque bñ ſicut iſte due oīs
elephas eſt niger nullus elephas ē niger. Et vlterius
dicūt ꝙ in ꝓpoſito nō capit̄ ꝓpō vniuerſalis ſicut Ari
ſtoteles eā capit in primo priorum vbi loquit̄ de q̄nti
tate ꝓpōnuꝫ / ſed ille due propōnes ſunt vniuerſales
quia in eis ſunt plures termini diſtributi q̄ nō diſtri
buti vnde termini diſtributi dicunt̄ vniuerſalitati et
ꝓpōnes iſte gratia illorum terminorum dicuntur vni

uerſales vnde iſta propō cuiuſlibꝫ hominis aſinꝰ cur
rit reputat̄ vniuerſalis in ꝓpoſito q: in ea ponit̄ ter
minꝰ vniuerſaliſatꝰ. Et ex iſto inferūt ꝙ iſta ꝓpō ſor/
tes non eſt hō pōt habere contrariā. naꝫ iſte due eque
bene ſunt contrarie ſortes nō ē hō ſortes oīs hō ē ſicut
iſte due omnis hō eſt ſortes nullꝰ hō eſt ſortes. Secun
do ꝙ nulla ꝓpoſitio poteſt habere contrariam in qua
nullus eſt terminus diſtributus q: nulla talis eſt vni
uerſalis aliquo modo. Tertio ꝙ propō ſingularis eſt
vniuerſalis nam iſta ſortes non eſt homo eſt ſingula/
ris ⁊ tamen eſt vniuerſalis vt dictum eſt nec hoc incō
uenit diuerſimode accipiendo ꝓpoſitioneꝫ vniuerſa
lem aliter q̄ accipi ſolet in q̄ntitatibus. dixi aūt in pri
cipio argumēti ꝙ iſti modi ſolū ſunt contrarij in ver
bis nam omnis difficultas que contra vnum modū ad
duci poteſt etiam ⁊ in alium vibrari poteſt. Tamen cō
tra hunc ſecundum modum dicendi

¶ Arguitur ſic omnis ꝓpoſitio vni
uerſalis ſecundum philoſophū poteſt habere contra
riā ſed aliqua eſt ꝓpoſitio in qua eſt aliquis terminꝰ
diſtributus que nō pōt habere cōtrariā igitur talis ꝓ
pō non eſt vniuerſalis ſcḋm philoſophū ⁊ ꝑ cōſequēs
male dictum eſt ꝙ iſta cuiuſlibet hominis aſinus cur
rit eſt vniuerſalis in ꝓpoſito maior eſt clara ⁊ minor ꝓ
batur iſta propō ſortes videns omnem hominem cur
rit eſt ꝓpoſitio in qua aliquis eſt terminus diſtributꝰ
⁊ tamen nō pōt habere aliquam contrariā qḋ ſic ꝓbo
ſi ipſa poſſet habere aliquā cōtrariā maxime haberet
hāc ſortes vidēs oēm hoīem nō currit ſed illa ꝓpō ei
nō cōtrariatur immo ſimpliciter ei cōtradicit vel ſi ꝑt
habere aliquam aliam contrariam detur illa.

¶ Secundo ſic arguit̄ iſta ꝓpoſitio
ſortes eſt hō qui non eſt aīal non habet aliquā contra
riam nec habere poteſt ⁊ tñ in ea eſt aliquis terminus
diſtributus igitur ipſa non eſt vniuerſalis vt capit phi
loſophus ꝓpoſitionē vniuerſaleꝫ: vel dabitur aliqua
vniuerſalis q̄ non poteſt habere cōtrariā. ſcḋm non ē
dicendū igitur dicendum eſt primum ⁊ per cōſequēs
male dictum eſt ꝙ illa propoſitio reputatur vniuerſa
lis in ꝓpoſito in qua eſt aliq̄s terminꝰ vniuerſaliſatꝰ.

¶ Tertio ſic arguitur iſta eſt vniuer
ſalis in ꝓpoſito ſortes oīs hō ē cū contrariet̄ huic ſor
tes non eſt homo vt conceſſuꝫ eſt igitur ⁊ iſta ē vniuer
ſalis ſortes eſt omnis homo tenet conſequentia a ſimi
li omnino quia quemadmodum in iſta ſortes oīs hō ē
eſt vnus terminus vniuerſaliſatus ita eſt ⁊ in iſta ſor/
tes eſt omnis hō ſi igitur prima ea ratione eſt vniuer/
ſalis ſcḋa eadem ratione vniuerſalis dicet̄ ⁊ tūc vltra
ſic arguo illa non poteſt habere contrariā ergo ꝓpoſi
tum probatur aſſumptum q: nō videt̄ quā habeat niſi
haberet hāc ſortes non eſt oīs homo ſed illa ē eius cō
tradictoria nec poteſt habere aliquam aliam igitur.

¶ Ad hec argumenta reſpondent il
li qui fouent hunc modum dicendi ꝙ per propōnem
vniuerſalem nō debemꝰ ſimpliciter intelligere ꝓpōeꝫ
in qua ponit̄ terminus diſtributus alias oporteret cō
cedere multas eſſe ꝓpōnes vniuerſales que non poſ/
ſent habere aliq̄s contrarias prout bene oſtēdunt ar
gumenta adducta ſed per propōnem vniuerſalem de
bemus intelligere propoſitionem cathegoricā in qua
ponitur terminus vniuerſaliſatus qui non eſt termi/
natio accepta vnica acceptione cum ſuo determina/
bili nec ſumitur cū copula implicatiōis terminꝰ inq̄
vniuerſaliſatꝰ a ſigno diſtributio qḋ nō efficit̄ pars ex
tremi cum eo: per primam particulam ſoluitur primū

argumentum quia iſta non debet reputari vniuerſalis ſortes videns omnem hominem currit iſta tamen debet reputari vniuerſalis omnem hominem ſortes videns currit. per ſecundam particulā ſolui pōt ſecundū argumentū ⁊ ꝑ tertiā tertiū ⁊ ꝑ eā patet diſcrimē quare iſta reputatur vniuerſalis in ꝓpoſito ſortes oīs homo eſt ⁊ non iſta ſortes eſt omnis homo. Sed iſti in ſolutione horum argumentorū cōcedunt aliqua q̄ ſtare nō poſſunt cum hijs que cōceſſerūt declarādo hūc modū dicendi. Concedunt enim ꝙ nulle ꝓpōnes opponuntur de lege quī etiam opponant̄ de modo enūciandi manifeſtum autem ē ex quarta parte queſtionis none ꝙ multe ꝓpoſitiōes ypothetice participant leges cōtrariarū ⁊ tamen ille nō ſunt reputāde propoſitiones vniuerſales vt patet ex diffinitione propoſitionis vniuerſalis quā ipi aſſignant quā etiā hic poſuimꝰ nec verbū quidem addendo aut reſecando igitur nō omnes contrarie de lege ſunt contrarie de mō enunciādi vel aliter diffinienda eſt propoſitio vniuerſalis ſicut capimus in propoſito ꝙ ſi forte dicāt ꝙ ſolū intendebāt loqui de cathegoricis ⁊ nō de ypotheticis ꝓbo ꝙ adhuc illa fuga non valeat multe ſunt ꝓpōnes cathegorice participantes legem cōtrariarū ⁊ tamen in nulla earum ponitur aliq̄s terminus diſtributus igitur alique ſunt cōtrarie de lege q̄ nō ſunt cōtrarie de modo enunciandi vel ſaltē nō ſunt vniuerſales iuxta diffinitionē datam ⁊ ita habebitur illam diffinitionē nō valere cōſequentia eſt manifeſta ⁊ ꝓbo aſſumptū iſte due ypothetice ſortes eſt ſortes ⁊ plato eſt ſortes ſortes nō ē ſortes ⁊ plato nō ē ſortes participāt legē cōtrariarū igitur ⁊ iſte due cathegorice ſortes ⁊ plato eſt ſortes ſortes ⁊ plato nō eſt ſortes legem cōtrariarū participant repugnat eis eñ veritas non autē falſitas quemadmodū illis ypotheticis quibus equiualent ⁊ clarum eſt ꝙ in nulla illarum cathegoricarū ponitur terminus diſtributus igitur. Illud idē probari poteſt de iſtis duabus hec anima neceſſario eſt hec anima / hec aīa impoſſibiliter eſt hec anima ꝙ ſi forte dicas ꝙ ꝑ terminum vniuerſalitatum nō ſolū intelligis terminum cōmunē diſtributum ſed omnē vniuerſalitatē ſiue fuerit cathegorematica ſiue ſincathegorematica ꝓbo adhuc ꝙ diffinitio data non valeat nō reputas hanc vniuerſalē ſortes eſt omnis hō ſed bene hāc ſortes omnis hō eſt ⁊ fateris has eſſe cōtrarias ſortes oīs homo eſt ſortes nō eſt hō. Ex illo ſic arguo quemadmodū illis duabus repugnat veritas de forma acceptiōis terminorū ita ⁊ iſtis duabus ſortes eſt oīs homo ⁊ ſortes non eſt homo igit̄ ſi due prime leges cōtrariarū participant ⁊ due ſecunde eandem legem participabunt non poteſt te iuuare ꝙ iſte due ſortes eſt omnis hō ⁊ ſortes nō eſt homo non participant extremis qm̄ concedis iſtas cōtrariari quodlibet ens eſt homo ſortes eſt ⁊ non eſt licet in extremis non participant eo ꝙ ipſis repugnat veritas nō autē falſitas ⁊ per conſequēs debebas concedere hanc poſſe habere contrariā ſortes eſt omnis hō. Quidam volens inſequi hunc modū dicēdi dicit ꝙ triplex eſt oppoſitio intrinſeca media ⁊ extrinſeca. Oppoſitio intrinſeca eſt oppoſitio cuiꝰ extrema ſunt termini ſinonimi vt iſte ꝓpōnes opponunt̄ oppoſitione intrinſeca ſortes ē hō ſortes nō eſt hō. Oppoſitio vero media ē oppoſitio cuiꝰ extrema nō ſunt termini ſinonimi ſcōm ſe tota ſed ſcōm partes pn̄cipaliores vt ſortes eſt oīs hō ſortes non eſt homo. Oppoſitio autem extrinſeca eſt oppoſitio cuiꝰ extrema non ſunt ſinonima ſcōꝫ ſe vel ſuas ptes principales vt quodlibet eſt vel non eſt ſortes eſt ⁊ non eſt: opponuntur extrinſece contradictorie. Et per hanc diſtinctionem nititur ſingula facere quadrare. Sed iſte non ſolū male dicit ſed etiā ſibi repugnat negat enim hanc propōnē ſortes ⁊ ſortes eſt ſortes poſſe habere aliquam contrariā cui intrinſece opponatur quod tamen eſt falſum nā iſte due participāt leges contrariarū ſortes ⁊ ſortes eſt ſortes ſortes ⁊ ſortes non eſt ſortes q: de forma acceptionis terminorum repugnat eis veritas ⁊ nō repugnat eis falſitas de forma acceptionis terminorū vt patet ex copulatiuis quibus equiualēt ⁊ ille ꝓpōnes cōſtituunt̄ ex extremis ſinonimis igit̄ cōtrarie intrinſece opponunt̄ ꝙ etiā iſte male dicat patet qm̄ oportet eū cōcedere ꝙ quelibet propō mūdi que nō eſt formaliter neceſſaria ſiue in ea ponatur vniuerſalitas cathegorematica vel ſincathegorematica ſiue nō ponat̄ poterit habere cōtrariā ſaltem oppoſitione extrinſeca nā iſta propō ſortes eſt ⁊ nō eſt cuilibet ꝓpoſitioni mundi contrariat̄ que non eſt formaliter neceſſaria. Notāter addo q̄ non eſt formaliter neceſſaria q: iſta propoſitio quodlibet eſt vel nō eſt nullam poteſt habere contrariā. Peto ideo an valeat hec conſequentia hec propō opponit̄ huic oppoſitione media vel extrinſeca ergo opponit̄ huic vel non / non ſecundum q: tunc ſuperuacanea eſſet diſtinctio. Etiam ipſe ꝯcedit iſtas ſimpliciter cōtrariari tm̄ ſortes eſt ⁊ non eſt aliquid tātū plato eſt et non eſt hō ⁊ per conſequens aliqua propoſitio in qua nulla penitus ponitur vniuerſalitas cathegorematica vel ſincathegorematica bene habet contrariam ⁊ ita nō bene dicit quid intelligere debeamus per propōnem vniuerſalem in propoſito dico igitur ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄ propōnes participāt aliquam legem ⁊ opponantur ſimpliciter eſſe neceſſariū ꝙ participāt ī extremis oportet enim negationē negare qd̄ affirmatio affirmat ⁊ hoc etiā ſatis patuit ex q̄ſtione vndecima. Dico igit̄ ꝙ hec propō ſortes eſt omnis hō non opponitur huic cōtrarie ſortes non eſt homo licet enim eis repugnet veritas ⁊ nō falſitas ſicut quibuſcunq̄ alijs duabus cōtrarijs tn̄ q: non conſtituuntur ex eiſdē extremis ideo non eſt concedendū eas eſſe contrarias. Ex omnibus iſtis patet ꝙ diſcrimen inter hos duos modos dicendi magis ſtat ad nomē q̄ in aliquo alio / tenendo primū modū dicendi non opus eſt multiplicare tot ꝯditiones ad declarandū quid intelligamꝰ in ꝓpoſito ꝑ ꝓpōnē vniuerſalē ſed modus dicendi ꝙ oēs contrarie ſecundum legem ſunt contrarie ſimpliciter nūc ē cōis propterea elige quia non eſt facienda magna vis.

Ad confirmationē reſpondetur ꝙ iſte ꝓpoſitiones cuiuſlibet hoīs q̄libet aſinꝰ eſt aſinꝰ cuiuſlibet hominis aſinus nō eſt aſinus nō cōtrariantur immo ſunt ſimul vere in caſu poſito ⁊ nego ꝙ nulla deficiat eis cōditio. Unde preter ꝯditiones poſitas eſt alia ꝯditio potiſſimū ſeruāda ad ꝯtrarietatē. Que eſt hec qm̄ diſtribuit̄ aliquis terminꝰ in vna ꝯtrariarū reſpectu termini ſtātis ꝯfuſe tātū oportet ꝙ oēs termini diſtribuibiles in ſua ꝯtraria diſtribuant̄ aut ſaltē ꝙ in ea non ponat̄ aliquis terminꝰ ſtās ꝯfuſe tātū. defectu huiꝰ ꝯditionis ꝓpōes date non ꝯtrariant̄ ſicut nec iſte cuiuſlibꝫ hoīs q̄libꝫ oculꝰ eſt dexter cuiuſlibꝫ hoīs oculꝰ non eſt dexter q̄libet aſinꝰ in aliquo tēpore cuiuſlibet hoīs quilibet aſinus fuit nullꝰ aſinus in aliquo tp̄e cuiuſlibet hoīs quilibꝫ aſinꝰ fuit. Et ſi petas quomō ſit aſſignāda ꝯtraria huiꝰ cuiuſlibꝫ hoīs quilibet aſinus eſt aſinus ⁊ ſimiliter huius cuiuſlibet hominis aſinus nō eſt aſinꝰ dico ꝙ prima ꝯtrariatur huic ꝓpōi cuiuſlibet hoīs quilibet aſinus nō eſt aſinꝰ alicuius hominis quilibet aſinus non eſt aſinus: ſecū

da aũt cõtrariat̃ iſtis cuiuſlibet hominis quilibet aſinus quilibet aſinus eſt/cuiuſlibet hominis quilibet aſinus eſt b aſinꝰ. ⁊ magis placet ꝙ oẽs termini diſtribuãtur ꝙ̃ ꝙ ꝓcedat cũ ſuppoſitiõe determiata poſtꝙ̃ vniuerſalitas edificat ↄtrarietatẽ. Tũ etiã q: nõ opoꝛtet omnes terminos diſtributos facere ſtare determinate vt claret de iſtis duabus cuiuſlibet hominis aſinus nõ eſt aſinus alicuius hominis quilibet aſinus ẽ b aſinus que realiter cõtradicũt etiã ſecurius eſt oẽs terminos diſtribuere ſic cõtraria huiꝰ quilibet aſinꝰ in aliquo tempoꝛe cuiuſlibet hominis quilibet aſinꝰ fuit erit hec quilibet aſinꝰ in quolibet tẽpoꝛe cuiuſlibet hominis quilibet aſinꝰ nõ fuit ⁊ ↄtraria huiꝰ nullus aſinus in aliquo tẽpoꝛe cuiuſlibꝫ hominis q̇libet aſinꝰ fuit erit hec q̇libꝫ aſinꝰ ĩ quolibꝫ tpe cuiuſlibet hois q̇libꝫ aſinꝰ fuit ⁊ iſta ↄditio ĩ oĩbꝰ ſũme ẽ ſuãda.

eſt verum ⁊ conſequens falſum. ꝙ tertia regula ſit fal/
ſa patet q: negauimus hanc vterqꝫ ſol eſt planeta ⁊ tñ
manifeſtum eſt ꝙ ipſa eſt vna vniuerſalis affirmatiua
cuius predicatũ ſtans confuſe tantum conuenit cuili
bet ſuppoſito ſubiecti ⁊ per conſequens ille regule cõ
munes ſm̃ dicta eſſent negande.

¶ Tertio arguitur ſic ⁊ hoc cõtra il/
lud in quo dictum eſt ꝙ diſtributio prouenĩẽs ab hoc
ſigno vterqꝫ ſeruata in vtraqꝫ contrariarum nõ eſt ſuf
ficiens ad contrarietatem ⁊ ſic arguo iſte due propõ/
nes contrariantᷣ vterqꝫ homo eſt ſortes vterqꝫ hõ non
eſt ſortes ⁊ tamẽ in eis ambabus ſeruatur diſtributio
prouenĩẽs ab illo ſigno vterqꝫ: igitur ipſa eſt ſufficiẽs
ad contrarietatem. ꝙ ille propoſitiones contrariãtur
patet quia illis non repugnat falſitas: quia ſi eſſent ꝑ
ciſe in mundo ſortes ⁊ plato ille eſſent ſimul falſe et ꝙ
eis repugnet veritas patet q: nõ eſt poſſibile dare ali
quas eiuſdem forme cum illis ſimul veras.

¶ Quarto arguitur ſic ſm̃ dicta iſte
eſſent contrarie vtrumqꝫ animal vterqꝫ homo non eſt
neutrũ animal neuter homo eſt vt tñ ly neutrum ꝙ ly
neuter diſtribuãt pro omnium duoꝝ quolibet ⁊ volo
negationẽ in primo ſigno ſolum ferri in copulã ⁊ non
in illum terminum homo. Sequela eſt manifeſta ⁊ fal
ſitatem ꝯſequẽtis oſtendo ſic in aliquo caſu ille cõpa/
tiuntur ſe in veritate ⁊ per ꝯñs non contrariantur: cõ
ſequentia eſt manifeſta ⁊ probo aſſumptum ⁊ pono ca
ſum ꝙ ſint preciſe in mundo ſortes ⁊ plato ⁊ brunell⁹
iſto poſito ꝓbo affirmatiuam eſſe veram ipſa eſt affir/
matiua de extremis pro eodem ſupponentibus: igitᷣ
ipſa eſt vera: ⁊ ꝙ negatiua ſit vera ꝓbo ſic: bene ſequitᷣ
vterqꝫ homo vtrumqꝫ animal non eſt ergo vtrũqꝫ ani/
mal vterqꝫ homo non eſt: tenet conſequentia per regu
lam philoſophi. Nomina ⁊ verba tranſpoſita idem ſi
gnificant ⁊ veritatem antecedentis probo per ſuã eq̃/
ualentem aliquorum duoruꝫ hominũ quilibet homo
aliquorum duorum animalium quodlibet animal nõ
eſt ꝙ illa ſit vera patet qm̃ demõſtrando ſortem ⁊ pla
tonẽ hec eſt vera iſtorum duoruꝫ hominũ quilibet hõ
aliquorũ duorum animalium quodlibet animal nõ ẽ
quam ꝓpõnem ꝓbo per aſcenſuz ſub illo termino hõ
diſtributo ſiue ei demõſtres ſortem ſiue platonem hec
eſt vera iſtorum duorum hominum iſte hõ aliquorum
duorum aĩalium q̃libet aĩal nõ eſt nam iſtorum duo
rum hominum ſortes horum duorũ animaliuꝫ demõ
ſtrando platonem ⁊ brunellum q̃libet animal nõ eſt
etiam hec eſt vera iſtorum duorum hominũ plato iſto
rũ duorũ animaliũ demõſtrãdo ſortẽ ⁊ brunellũ q̃li/
bet aĩal nõ eſt: ⁊ per conſequens hec eſt vera vterqꝫ hõ
vtrumqꝫ animal non eſt quod infert propoſitum.

¶ Ad primũ iſtoruꝫ reſpondetur cõ/
cedendo illud quod argumentum petit ꝙ ſenſus hu/
ius ꝓpõnis vterqꝫ hõ currit non debite ſic explicatur
aliquorum duorum hominum quilibet hõ currit pro
pterea concedo repugnantiam eſſe admittere aſcen/
ſum diſiunctum ſub copulatiõe ſub ſubiecto illius ꝓ
poſitionis ⁊ eo pacto explicare ipſius ſenſum. ¶ Sꝫ
peteres poſtq̃ nõ ſtat ſimul ꝙ illo pacto explicetur ſen
ſus illius ꝓpõnis et ꝙ illo pacto fiat aſcenſus vtrum
bene explicatur ſic ſenſus ⁊ male fiat aſcẽſus vel vtrũ
bene fiat aſcenſus ⁊ male explicetur ſic ſenſus vl' vtrũ
male fit aſcenſus ⁊ male explicatᷣ ſenſus illi⁹ ꝓpõnis
¶ Circa qđ eſt aduertenduz ꝙ aliqui dicũt ꝙ ſenſus
hui⁹ ꝓpõnis vterqꝫ hõ currit bene ſic explicatᷣ aliquo
rũ duorum hominũ quilibet hõ currit ⁊ quemadmo/
dum illa eſt falſa in caſu poſito ita eſt et hec vterqꝫ hõ
currit ⁊ vlterius dicunt hic nõ eſſe aſcenſum iſte homo
currit ⁊ iſte homo currit vel iſte homo currit ⁊ iſte ho
mo currit ergo vterqꝫ homo currit ſed ſub ſubiecto il
lius propõnis aſcendendũ eſt hoc pacto iſtorum duo
rum hominuꝫ iſte homo currit duobus hominib⁹ de
monſtratis ⁊ iſtorum duorũ hominũ iſte hõ currit eiſ/
dẽ demõſtratis ⁊ iſtorũ duoꝝ hominũ iſte hõ currit eiſ
dem demonſtratis ⁊ ſic de alijs vel iſtorum duorũ ho
minum iſte homo currit alijs demonſtratis ⁊ iſtorum
duorum iſte homo currit eiſdem demonſtratis ergo
vterqꝫ homo currit ita ꝙ aſcendendo ſub illo termino
homo oportet aliquorum duorum quemlibet homi/
nem demõſtrare ⁊ ſi illorum duorũ duo tria vel quat/
tuor fuerint ſuppoſita oportꝫ ea copulatiue demon/
ſtrare quibus demonſtratis procedendum eſt ad bina
rium aliorum hominum ſub diſiunctione ⁊ omnia ei⁹
ſuppoſita copulatiue demõſtrare ⁊ ſic ad veritatẽ hu
ius vterqꝫ homo currit non ſufficit iſtas duas eſſe ve
ras iſte homo currit et iſte hõ currit duobus diuerſis
hominib⁹ demõſtratis. Alij vero dicunt ꝙ iſte aſcẽſus
diſiũct⁹ ſub copulatiõe non valet nec bñ explicatᷣ ſenſ

ſus illius ꝓpoſitionis hoc ſic probāt in caſu argumē
ti iſta eſt falſa vterqꝫ hō non currens eſt hō ⁊ non ſequi
tur iſte homo non currens ē homo ⁊ iſte homo nō cur
rens eſt homo ergo vterqꝫ homo non currens ē homo
¶ Sed null⁹ iſtorum modorum placet. Primus quidē eſt propter duas cauſas. Prima eſt quia aſcēdēdo
non ponit conſtantiam quam qualitercunqꝫ poneret
daretur ſemper antecedens verum ⁊ conſequens falſuꝫ
in ſuo aſcenſu. Siue enim ponat ſic iſti homines ſunt
omnes homines ſiue ſic iſti homines ſunt iſtoruꝫ duo
rum omnes homines facile per productionem alicu
ius hominis de nouo ex alijs duobus dabitur antece
dens verum ⁊ conſequens falſum. Secunda cauſa eſt
quia ſecundum iſtum dicendi modum iſta ꝓpoſitio eſ
ſet impoſſibilis vterqꝫ homo currit qḋ oſtendo per im
poſſibilitatem ſue equiualentis aliquorum duorum
hominum quilibet homo currit forte enim ⁊ platone
currentibus nullo preſuppoſito miraculo illa eſt falſa
qm̄ vt fatet̄ ad veritatē illius requirit̄ ꝙ illorū duorū
quodlibet ſuppoſitū currat ⁊ illi duo sūt illi tres de
monſtrando fortem ⁊ platonem ⁊ digitum fortis et ꝑ
cōſequens ad illam eſſe veram oporteret digitū fortis
currere ⁊ ſic manifeſte habet̄ impoſſibilitas illi⁹ quā
tamen concedit eſſe poſſibilem ⁊ ſic patet eſſe contra
dictionem in illo modo dicendi. Secundus etiam mo
dus dicendi non placet qm̄ ſecundum ipſum iſte aſcē
ſus eſt bonus iſte alter homo non currens eſt homo et
iſte alter hō nō currēs ē hō. ergo vterqꝫ hō nō currēs ē hō
⁊ aňs ē verū. nā ſi ly alter capiat̄ indefinite clarū ē ſi re
latiue capiat̄ patet ſimiliter eius veritas. Propterea
dimiſſis hmōi modis dicēdi dico ꝙ ſub quolibet termino
diſtributo ab iſto ſigno / vterque valet aſcēſus diſiun
ctiu⁹ ſub copulatione ⁊ in caſu poſito iſta ē vera vter
qꝫ homo currit ⁊ datis duob⁹ hoīb⁹ nō oportet demō
ſtrare quēlibꝫ qui ē de numero illorū. Pariforma cōce
do hāc in caſu poſito vterqꝫ hō nō currēs eſt hō q: bñ
ſequit̄ quilibet hō nō currens eſt hō ⁊ duo ſunt entia
quorū qḋlibet eſt hō nō currēs ergo vterqꝫ hō nō cur
rens eſt hō. Et dico ꝙ ſenſus huius ꝓpōnis vterqꝫ hō
currit debet explicari hoc pacto aliquorū duorū vnū
eſt homo ⁊ alteruꝫ eſt hō vnus hō currit ⁊ alter homo
currit. Similiter ſenſus huius vterqꝫ hō nō currens
eſt hō eſt iſte aliquorū quorū vnū eſt hō nō currēs ⁊ al
terum hō non currens vnus hō non currens eſt hō ⁊ al
ter hō nō currens eſt homo. ⁊ capio ly aliquoruꝫ tran
ſcendentaliter ⁊ ly alter relatiue ⁊ hunc ſenſum ꝑtēdebant logici per hanc aliquoruꝫ duorum hominum
quilibet hō currit ita ꝙ ille genitiu⁹ pluralis include
ret duos genitiuos ſingularis numeri ⁊ vt ille termi
nus hō non diſtribueretur ſimpliciter ꝓ quolibet ſuo
ſuppoſito ſed q: duas preciſe includeret vnitates. Et
ſi quiſpiam diligenter inſpiciat vim diſtributiuā ⁊ na
turā hui⁹ ſigni vterqꝫ miror quomō poſſet aſſerere op
poſitū iſtoꝝ. ¶ Forte petes vtꝝ debeat fieri vificatio
ſubiecti hui⁹ ꝓpōnis vterqꝫ hō nō currēs ē hō hoc pa
cto hoc ē duoꝝ hominū nō currētiū alter hō reſpōdeo
clarum eē ex dictis ꝙ nō ſed ſic debet fieri verificatio
hoc eſt aliquorū quorum vnum eſt homo non currēs
⁊ alterum homo non currens alter homo non currēs.

¶ Ad ſecundū reſpondeo negādo ex
dictis ſequi illas eſſe falſas ⁊ fateor ꝙ a ſuperiori di
ſtributo ab iſto ſigno vterqꝫ ad ſuū inferi⁹ poſita cōſtā
tia inferioris nō valet ꝯſequētia. Similiter ꝙ a ſupio
ri diſtributo ad ſuum inferius negatiue nō valet cōſe
quentia nec regule cōmunes oppoſitū huius volunt
⁊ regule cōmunes intelligēde ſunt ſuperiori diſtribu
to diſtributione cōpleta ſub copulatiōe ⁊ nō diſtribu
tiōe incōpleta ſub diſiunctione vt patere poteſt etiam
de diſtributione ꝓ generibus ſingulorū. Et ad aliam
regulā dico ꝙ multas patit̄ inſtantias vt in ſequenti
bus videbit̄ ⁊ qn̄tū ꝓ argumento ſufficit dico ꝙ debꝫ
intelligi dūmodo ſubiectū ſupponat mō ſubiectuꝫ ꝓ
poſitionis date non ſupponit vt patet ex dictis.

¶ Ad tertiū reſpondetur cōcedēdo
iſtas cōtrariari vterqꝫ ho eſt fortes vterqꝫ hō nō eſt for
tes quoniam eis repugnat veritas de forma ⁊ de ſimi
li forma acceptionis terminorum nec hoc obuiat di
ctis diximus enim ꝙ diſtributio ꝓueniens ⁊ ly vterqꝫ
non eſt ſufficiens ad cōtrarietatem et hoc eſt verum ſi
enim ſufficeret in omnibus ſufficeret.

¶ Sed contra hoc arguit̄ ſic ideꝫ de
fectus ꝓpter quem iſte nō cōtrariantur vterqꝫ hō cur
rit vterqꝫ hō nō currit cōmuniter in iſtis duabus vter
qꝫ homo eſt fortes vterqꝫ hō nō eſt fortes nā prime due
nō cōtrariantur quia in eis ambabus ſeruatur eadeꝫ
particularitas ⁊ ſimiliter in iſtis alijs duabus ſeruat̄
eadem particularitas igitur ſi prime due nō cōtrariā
tur nec due alie cōtrariabuntur. peto enim a te an ſer
uare eandem particularitatem ſit cauſa ſufficiens ad
impediendum contrarietatem vel nō ſi ſecundum nō
eſt data ratio ſufficiens quare iſte nō cōtrariātur vter
qꝫ hō currit vterqꝫ hō nō currit ſi primum ſequitur ꝙ
iſte nō cōtrariantur vterqꝫ hō eſt fortes vterqꝫ hō non
eſt fortes cuius oppoſitum aſſeruimus.

¶ Secūdo ſic arguo ſi ille due eſſent
contrarie ſequeretur pariforma has duas cōtrariari
aliquorum duorum quilibet homo eſt fortes aliquo
rum duoruꝫ quilibet homo nō eſt fortes. Sequela patꝫ
qm̄ ille propoſitiones explicant ſenſus aliarū duarū
falſitatem conſequentis probo ſic iſte non cōtrariant̄
aliquorū duoꝝ entium quilibet homo eſt fortes ⁊ ali
quorum duorum entium quilibet homo nō eſt fortes
immo ſtant ſimul in veritate: prima enim verificatur
demōſtrando fortem ⁊ vnū lapidem: ⁊ ſcḋa demōſtrā
do platonē ⁊ ciceronē ⁊ ſunt ſimilis forme cū alijs dua
bus: igitur alie due non contrariantur.

¶ Ad primum iſtorum reſpondetur
concedendo has duas contrariari vterqꝫ homo eſt for
tes vterqꝫ homo non eſt fortes: et concedo ꝙ eque
bene in illis duabus ſeruatur eadem particularitas
incluſa in ly vterqꝫ ſicut in iſtis duabus vterqꝫ hō cur
rit vterqꝫ homo non currit: hoc tn̄ non impedit quin
ille propoſitiones contrariantur. Et quando petiſti an
ſeruare eandē particularitatem ſit cauſa ſufficiens ad
impediendum contrarietatē vel non dico ꝙ nō. Et fa
teor ꝙ nō eſt data ſufficiens ratio quare iſte non ꝯtra
riant̄ vterqꝫ homo currit vterqꝫ homo non currit. Si
vlterius inquiſiuiſſes alia tibi data fuiſſet. Dico igit̄
ꝙ ſeruare eandem particularitatem quando verifica
tio ꝓuenit ꝓ diuerſis impedit cōtrarietatē quare iſte
nō cōtrariantur vtrumqꝫ equū poſſidet fortes: vtrūqꝫ
equū non poſſidet fortes: nā bene ſtat illas duas pro
diuerſis verificari oppoſitum cōtingit de alijs duab⁹
immo videtur nō poſſe dari aliquā ſimilis forme cum
hac vterqꝫ homo eſt fortes verā propterea ille due ꝑ
ticipāt legem cōtrariarum immo ſpꝫ ꝙ quodlibet extre
mum eſſet termin⁹ communis hoc nō impediret: iſte
due contrariantur vtrumqꝫ corpus vtrūqꝫ animal eſt
vtrumqꝫ corpus vtrumqꝫ animal non eſt.

¶ Ad ſecundum reſpōdetur ꝙ argu
mentū nō currit contra me q: non explico ſenſuꝫ hui⁹
propoſitionis vterqꝫ hō eſt fortes hoc pacto aliquorū

duorum hominum quilibet hō eſt ſortes ſed tamē illo admiſſo poſtq̄ difficultas illud nō exigit trāſeat iſtas eſſe contrarias aliquorum duorum hominum quilibet homo eſt ſortes aliquorum duorum hominum quilibet homo non eſt ſortes ⁊ nego ꝙ iſte ſint ſimilis forme cum illis duabus aliquorum duorum entium quilibet homo eſt ſortes aliquorum duorum entium quilibet homo nō eſt ſortes ⁊ ratio eſt quoniā maior ſimilitudo ſinonimitatis eſt inter hos terminos hominum ⁊ homo q̄ inter iſtos entiū ⁊ hō. Et ſi adhuc inſurgas ſi ſortes ſit ſeruus duorum hominum ita ꝙ poſſideat̄ ab eis ⁊ plato poſſideat̄ ab aliīs duobus tūc iſte ſimul ſtant in veritate aliquorum duorum hominū quilibet hō eſt ſortes aliquorum duorum hominū quilibet hō non eſt ſortes Reſpondeo ꝙ ille ſunt ſimul vere ſi ille genitiuꝰ regatur ex vi poſſeſſionis ⁊ non ſi regat̄ ex vi partitionis ⁊ in eo ſenſu ſemꝑ ꝓcedimꝰ nec ille due ī quibꝰ genitiuꝰ regit̄ ex vi poſſeſſionis ſunt eiuſdē forme cū aliīs duabus in quibus regit̄ ex vi partitionis.

## ¶Ad quartū reſpondetur negando

iſtas duas ſtare ſimul in veritate vtrumq̄ animal vterq̄ homo non eſt / neutrum animal neuter homo eſt tā ſubiecto q̄ predicato affirmatiue diſtributo ꝓ omniū duorum quolibet immo quelibet earum eſt falſa falſitas affirmatiue patet per hanc omnium duorum animalium quodlibet animal omnium duorum hominū quilibet homo eſt ⁊ licet ipſa ſit affirmatiua de extremis pro eodem ſupponentibus hoc non arguit ipſam eſſe veram ⁊ ad probationem negatiue nego iſtam cōſequentiam vterq̄ homo vtrumq̄ animal non eſt ergo vtrumq̄ animal vterq̄ homo non eſt quoniā equiualenter arguitur a ſuppoſitione confuſa ad determinatam reſpectu multitudinis. Nam ly vtrumq̄ includit particularitatem que confunditur a ly vterq̄ in antecedente ⁊ non in conſequente ⁊ dato ꝙ particularitas incluſa in ly vterq̄ ſtās determinate in antecedente confunditur in conſequente non tamen propterea ſequitur ꝙ liceat vnam aliam particularitatem ſtantem confuſe tantum poſſe facere ſtare determinate et iſtud ſumme notandum eſt quoniā propter hunc defectum multe conſequentie que prima facie videntur eē bone nihil penitus valent. Non ſequitur quilibet homo vtrumq̄ oculum habet ergo vtrumq̄ oculū quilibet homo habet Nec ſequit̄ a quolibet homine vterq̄ homo differt ergo vterq̄ homo a quolibet homine differt nec ſequitur vterq̄ homo vtrūq̄ aſinum nō videt ergo vtrumq̄ aſinum vterq̄ homo non videt caſu poſito ꝙ quilibet homo habeat duos oculos. antecedens prime conſequentie eſt verum ⁊ conſequens eiuſdē falſum rebus ſtantibus vt nunc antecedens ſecūde conſequentie eſt verum ⁊ conſequens falſum / ⁊ caſu poſito ꝙ ſint preciſe duo homines in mundo quorum quilibet poſſideat duos aſinos ⁊ q̄libꝫ videat ſuos ꝓprios aſinos preciſe antecedens tertie cōſequentie eſt verum ⁊ conſequens falſum. Et ſi dicas bene ſequitur vtrumq̄ aſinū iſte homo non videt demonſtrando ſortem ⁊ vtrūq̄ aſinum iſte hō nō videt demonſtrando platonem ergo vtrūq̄ aſinum vterq̄ hō nō videt tenet cōſequentia per aſceſſum quem admiſimus ſub termino diſtributo a ly vterq̄. Ad hoc dico ꝙ cōſequentia illa non eſt aſcēſus q̄ꝫ reſpectu particularitatis incluſe in ly vtrūq̄ arguit̄ a pluribꝰ determinatis reſpectu ꝑtiū multitudīs ad vnā determinatā reſpectu totiꝰ hoc manifeſte claret faciēdo illū aſcēſum reſpectu equalētium illiꝰ ꝓpōis ꝓpter eādē cauſam nō valet iſte aſcēſꝰ vterq̄ hō ab iſto hoīe differt et vterq̄ hō ab iſto hoīe differt ⁊ ſic de ſingulis hominibꝰ ergo vterq̄ hō a quolibet hoīe differt Nec etiā ſequit̄ vtrūq̄ oculū iſte hō habet ⁊ vtrūq̄ oculū iſte hō habet ergo vtrūq̄ oculum quilibet hō habet ⁊ priꝰ aſcēdere debes ſub illo termino oculū q̄ ſub iſto termino hō. Et ſi dicas in hac ꝓpōe vtrūq̄ oculū quilibet homo habet ille terminꝰ hō ibi diſtribuitur mobiliter nec habet ſuppōnem aliquo pacto depēdentē ꝓpter quā prius oportet aſcēdere ſub illo termino oculum q̄ ſub eo igitur prius poſſumus aſcendere ſub illo termino homo q̄ ſub illo termino oculum. Ad hoc dico ꝙ eodem argumento ꝓbares ꝙ ſub predicato huiꝰ ꝓpoſitionis aliqua pars ꝓportionalis huius cōtinui nō eſt pars huius continui qḋ tū ego nego q̄ꝫ poſtq̄ illū terminū diſtributum precedit particularitas in ordine ad eam prius eſt aſcendēdum ꝙ ſi immo omnino velis aſcendere ſub illo termino diſtributo adde relatiuum idemptitatis alteri termino ⁊ aſcēde qualitercunq̄ velis ⁊ nullo pacto poteris iſtā inferre ex vero vtrūq̄ oculū quilibet hō habet. Ex omnibus hiis patet quid dicendū ſit ad tertiū argumentum principale ⁊ eius confirmationem.

## ¶Quarto pricipaliter arguitur ſic

iſte contrariantur quilibet hō vtrūq̄ lapidem portat quilibet homo vtrumq̄ lapidem non portat ⁊ ſunt ſimul vere in aliquo caſu igitur lex contrariarum eſt nulla. ꝙ ille ſe cōpatiantur in veritate probo ſic ⁊ pono caſum ꝙ tres preciſe ſint homines in mundo ⁊ tres lapides ⁊ quilibet illorum lapidū ponatur in tribus locis ⁊ ꝙ q̄libet hō portet illos tres lapides iſto poſito manifeſta eſt veritas affirmatiue ⁊ negatiuam ꝓbo ꝑ ſuā equiualentē que eſt hec quilibet homo aliquorū duorum lapidum quemlibet lapidē portat cuius veritas patet ex falſitate ſue contradictorie aliq̄s homo omnium duorū lapidū b lapidē eſt b portans detur aliqua ſingularis ſub illo termino homo ⁊ ſimul ſub illo termino portans gratia exēpli ſortes omnium duorū lapidum b lapidem eſt ſortes portans ⁊ ſic arguo nulla poteſt dari ſingularis vera ſub illo termino lapidē ſtātem determīate igit̄ illa propō eſt falſa conſequentia ē clara ⁊ probo aſſumptum ſi poſſit dari aliqua detur gratia exēpli illa in qua demōſtratur a lapis vel aliquis alius ⁊ redit in idē ⁊ ſic arguo bene ſequit̄ ſortes omnium duorum lapidum a lapidē eſt ſortes portans ergo ſortes iſtorum duorum lapidum demonſtrando b ⁊ c a lapidem eſt ſortes portans qḋ eſt falſum q̄ꝫ in illo implicatur a lapidē eē alterum iſtorum demonſtrādo b ⁊ c quod conſtat eſſe falſum. relinquit̄ ergo duas contrarias ſimul ſe compati in veritate.

## ¶Et confirmatur iſte contrariant̄

cuiuſlibet hominis vterq̄ aſinus eſt aſinus cuiuſlibet hominis vterq̄ aſinus non eſt aſinus ⁊ compatiuntur ſe ſimul in veritate igit̄ lex cōtrariarū nulla. ꝙ ille ſtēt in veritate probo ⁊ pono quemlibet hominem poſſidere tres aſinos iſto poſito clara ē veritas affirmatiue negatiuam ꝓbo ꝑ ſuā equiualentē cuiuſlibet hominis aliquorū duorum aſinorum quilibet aſinus non ē aſinus cuius veritas probari poteſt ex falſitate ſue ꝯdictorie alicuiꝰ hoīs oīm duorꝫ aſinorꝫ b aſinꝰ ē b aſinꝰ quā pari paſſu ꝓbare poſſumꝰ eē falſā. ſic̄ nūc ꝓbauimus falſitatem huius aliquis homo omnium duorum lapidum b lapidem eſt b portans.

## ¶Ad quartū principale reſpōdetur

negādo illas duas ꝓpōes eē ꝯrias ⁊ ratio ē q꞉ virtualiter manet eadē ꝑticularitas ī duabꝰ vel ꝑticularitas īcluſa ī ly vtrūq̄. Et ſi dicas priꝰ ꝯceſſimꝰ multas ꝓpōnes ꝯtrari ī q̄bꝰ tū ſeruabat̄ eadē ꝑticularitas īcluſa

in illo ſigno vterqꝫ igitur alia danda eſt cauſa ob quā iſte non contrariatur. Dico ꝙ hoc bene verum eſt ſed ſicut prius dictū eſt illud aliquādo impedit ⁊ aliquādo non. Et ſi petas dari regulā generalē quādo impedit ⁊ quādo nō Ad hoc tibi reſpōdeo ꝙ tu ipſe diligēter inſpicias qñ ꝓpōib⁹ talib⁹ ꝓpoſitis repugnat eis veritas ⁊ quādo nō dico tñ ꝙ quādocunqꝫ vna earū eſt formaliter impoſſibilis tunc illud non impedit.

¶ Ad confirmationē reſpondetur ꝓpter ſimilem cauſam iſtas duas nō contrariari cuiuſlibet hominis vterqꝫ aſinus eſt aſinus cuiuſlibet hominis vterqꝫ aſinus non eſt aſinus Et ſi petas quomodo aſſignanda ſit contraria affirmatiue ⁊ ſimiliter negatiue dico ꝙ cōtraria affirmatiue eſt hec cuiuſlibet hominis neuter aſinus eſt aſin⁹ vt ly neuter diſtribuat ꝓ omnium duorū nullo: ⁊ cōtraria negatiue eſt iſta cuiuſlibet hominis vterqꝫ aſinus quilibet aſinus eſt.

¶ Contra hanc ſolutionē arguitur ſic probando hanc eſſe male conceſſam in caſu poſito cuiuſlibꝫ hominis vterqꝫ aſinus non eſt aſinus ⁊ ſic arguo contradictoria illius propoſitionis eſt vera igitur ipſa eſt falſa probatur aſſumptū iſta eſt ſua contradictoria alicuius hominis alter aſinus eſt aſin⁹ eius veritas patet ꝑ ſuā explicātē alicuius hominis aliquorum duorum aſinorum aliquis aſinus eſt aſinus.

¶ Secūdo ſic arguo nō ſequitur per deſcenſum cuiuſlibꝫ hominis vterqꝫ aſin⁹ nō eſt aſinus ergo iſtius hominis vterqꝫ aſinus non eſt aſinus ⁊ iſtius hominis vterqꝫ aſinus non eſt aſinus quelibet ſingularis conſequentis eſt falſa vt patet explicando ſenſum igitur ⁊ illa propoſitio.

¶ Ad primum iſtorū reſpondēt aliqui concedendo iſtas cōtradicere cuiuſlibet hominis vterqꝫ aſinus non eſt aſinus / alicuius hominis alter aſinus eſt aſinus ſed non explicant ſenſum illius ꝓpoſitionis affirmatiue eo pacto quo explicuimus ſed ſic alicuius hominis omnium duorū aſinorū b aſinus eſt b aſinus. Sed iſte modus dicendi non placet propter duas cauſas prima cauſa eſt qm̄ illud ſignū alter nullo pacto eſt ſignū diſtributiuū ⁊ ꝑ cōſequens illa ꝓpō nullo pacto pōt habere talē ſenſum. Scōa cauſa eſt qm̄ ſecundū iſtum modū dicendi iſtud ſignū alter nō eſſet ſignum particulare reſpectu huius ſigni vniuerſalis vterqꝫ cuius oppoſitū clarū eſt aſpicienti volumina eorū qui primo vſi ſunt iſtis ſignis immo dicēdū eſſet iſtam cōſequentiā eſſe nullā vterqꝫ hō currit ergo alter homo currit qđ eſt abſurdū ꝓpterea aliter reſpōdeo ꝙ nō bene data eſt cōtradictoria illius propōnis. Et ſi petas quomō igitur danda ſit ɔtradictoria huius cuiuſlibet hoīs vterqꝫ aſinus nō eſt aſinus dicunt aliqui ꝙ erit hec alicuius hoīs vterqꝫ aſinus eſt aſinus vt ly vterqꝫ diſtribuat non ꝓ aliquorū duorū quolibet ſed pro omniū duorū aliquo. Et ſic explicant ſenſū illi⁹ ꝓpoſitionis alicuius hominis omniū duorū aſinorū b aſin⁹ eſt b aſin⁹. Sed nec iſtud placet q: ſicut ipſi cōcedūt ꝙ hoc ſignum alter ex ſua natura nō ē diſtributiuū ita etiā hoc ſignū vterqꝫ non pōt cauſare ſuppoſitionē determinatā ⁊ per conſequens dato ꝙ ly vterqꝫ diſtribueret ꝓ omniū duorū aliquo: attamē ſenſus illius ꝓpoſitionis nō eſſet iſte alicui⁹ hoīs omniū duorū aſinorū b aſinus eſt b aſinus. Propterea aliter dico ꝙ ꝑ ſolā prepōnē negatiōis dāda ē contradictoria illius ꝓpōis q̄ ꝗdē negatio vt inferius declarabit̄ eſt illi⁹ nature ꝙ poſita in principio ꝓpōis reddit ſenſū cōtradictoriū cauſatqꝫ tales ſuppōes quales pro contradictione habēde ſunt. Et ſi iterum petas an ne iſte due cuiuſlibet hoīs vterqꝫ aſin⁹ ē aſin⁹ / cuiuſlibꝫ hominis vterqꝫ aſin⁹ nō ē aſin⁹ ꝑticipāt aliquā legem vel nō Rñdeo ꝙ nō nō enim eis repugnat veritas vt dictū ē nec etiā eis repugnat falſitas ſi enim aliqui hoīes habeant aſinos ⁊ aliqui non ⁊ nullus homo habeat plures aſinos q̄ duos ambe ille ſunt falſe.

¶ Ad ſcōm rñdet negādo illū deſcēſum qm̄ virtualiter arguit̄ a ſuppōe cōfuſa tm̄ ad determinatā q: ꝑticularitas iclusa i ly vterqꝫ cōfundebat̄ in ãnte ⁊ in ɔñte ſtat determinate. Propterea dico ꝙ ſic erat deſcēdēdū cuiuſlibet hoīs vterqꝫ aſin⁹ nō ē aſin⁹ ergo iſtius hoīs a vterqꝫ aſinus nō ē aſin⁹ ⁊ iſti⁹ hoīs a vterqꝫ aſinus nō eſt aſin⁹ vt denotetur genitiuus iclusus virtualiter in ly vterqꝫ ſtare cōfuſe tantum in conſequēte ſicut in ãnte alie difficultates incidētes circa has diſtributiōes ſuis i locis ⁊ ꝓponent̄ ⁊ diſcutient̄.

¶ Quinto pricipaliter arguit̄ ſic iſte cōtrariant̄ oēs oēs apli dei ſunt duodecim nulli oēs apoſtoli dei ſunt duodecim ⁊ tñ eis repugnat falſitas de forma igit̄ male poſita ē lex contrariarum ꝙ eis debeat repugnare veritas et non falſitas ꝙ ille propōnes ɔtrariātur pꝫ q: ſunt due ꝓpōes vniuerſales pticipātes in extremis oībuſqꝫ ꝓprietatibus logicalib⁹ ſeruatis ⁊ conditionibus ad cōtrarietatem neceſſarijs igitur ɔtrariant̄ ꝙ eis repugnat falſitas ꝓbo q: neſciret dare duas in ſimili forma falſas.

¶ Et confirmat̄ ad idē iſte cōtrariātur oēs duo apli dei ſunt duodecim nulli oēs duo apoſtoli dei ſunt duodecim vt pꝫ ex ſingulis ɔditiōib⁹ cōtrariarum ⁊ tñ eis repugnat falſitas de forma igitur lex contrariarum male eſt aſſignata. ⁊c.

¶ Ad quītū pricipale in quo inquiritur quomō dāda ſit oppō contraria cum ſignis collectiuis. Diuerſi ſūt modi reſpōdēdi antequā tñ illos aſſignē breuiter eſt Aduertendum ꝙ hoc ſignum oēs put dicūt nūc cōiter loquētes teneri pōt diſtributiue ⁊ etiam collectiue Aliqui dicūt ꝙ facit terminū cui addit̄ accipi ꝓ oīb⁹ ſuppoſitis ſimul ſumptis ⁊ ꝓpterea illi termio cui addit̄ dād⁹ ē aſcēſus ⁊ deſcēſ⁹ copulat⁹ ⁊ efficit̄ pars extremi cū illo termīo cui addit̄ ⁊ dato ꝙ addat̄ ſubō alicui⁹ ꝓpōis nō reddit illā ꝓpōnē vniuerſalem Iſta ē idefinita oēs apli dei ſūt duodecī. Oppoſitū iſtorū cōtingit qñ ly oēs diſtributiue tenet̄. Sed quoad hoc ꝙ ly oēs tūc accipitur collectiue qñ facit terminū cui addit̄ ſtare ꝓ oīb⁹ ſuis ſuppoſitis ſimul ſumptis. illō ſimplr eſt falſum qm̄ accepta hac ꝓpōe oēs quattuor apli dei ſunt. xij. falſum eſt dicere ꝙ ly oēs facit illum terminū quattuor apli dei ſtare ꝓ oīb⁹ ſuis ſuppoſitis ſimul ſumptis Nā nullo pacto verificari pōt de oīb⁹ ſuis ſuppoſitis ſimul ſumptis. Aliter ergo dico ꝙ ly oēs accipi collectiue ē denotare terminū cui additur ſupponere ſuppoſito ꝙ ſupponat ſeu accipi confuſe tm̄ copulati ita ꝙ gratia ei⁹ illo pacto lꝫ aſcendere ⁊ deſcēdere. Paul⁹ venetus. xix. ſophiſmate. xliij. capite libri pri. ⁊ commentator hēnſberi. xvij. ſophiſmate dicunt hac eſſe vlēm oēs apli dei ſunt duodecim Rōnes eorū adducent̄ in primo priorū. Sed teneamus conformiter ad modū cōmunem. ¶ His breuiter notatis reſpōdet quidā ad argumētū pricipale concedēdo iſtas duas ꝓpōnes cōtrariari oēs oēs apli dei ſūt duodecī nulli omnes apli dei ſunt. xij. ⁊ ex illo infert duas idefinitas eē cōtrarias has vꝫ. oēs apli dei ſunt duodecim oēs apli dei nō ſunt duodecī ꝙ ille ſint ɔtrarie ꝓbat ex eo ꝙ ille ꝓpōes equiualēt duabus primis. con

Paulus venetus.
Gaietanus

ꝯcedit etiã hanc indefinitam oẽs apl̃i dei ſunt duode-
cim ↄtrariari huic vni nulli apl̃i dei ſunt duodecī ⁊ du
as ẽẽ ꝓpõẽs cõtrarias quaꝝ ſbm̃ vni⁹ nõ eſt ſinoni-
mũ cũ ſubiecto alterius. Sed hec dicta nõ ſolũ male
dicta ſunt ſed etiã manifeſtã repugnantiã inuoluunt
qd̓ ſic clariſſime oſtendo bñ ſeqtur iſte cõtrariant oẽs
apl̃i dei ſunt duodecim oẽs apl̃i dei nõ ſunt .xij. ergo
eis non repugnat falſitas de forma. tenet ↄña ex lege
cõtrariarũ ſed concedit iſtas duas eq̃ualere oẽs apl̃i
dei nõ ſunt duodecī nulli oẽs apl̃i dei ſunt .xij. igit̃ ĩ
p̃ris duabus non repugnat ſl̃itas nec iſtis repugnat
falſitas omnes apl̃i dei ſunt duodecī nulli oẽs apoſto
li dei ſunt duodecī ⁊ ſic duab⁹ cõtradictorijs nõ repu
gnaret falſitas/ male etiam concedit iſtas contrariari
omnes oẽs apl̃i dei ſũt .xij. nulli oẽs apl̃i dei ſũt duo
decī qd̓ ſic oſtẽdo illis ꝓpõibus repugnat falſitas de
forma ⁊ de forma acceptiõis terminoꝝ igit̃ nullo pa
cto ↄtrariãt tenet ↄña q: ꝑ legẽ ↄtrariaꝝ ex oppoſito
ↄñtis ſequitur oppoſitũ añtis ⁊ aſſumptũ probo ⁊ pe
to a te an ille poſſunt dari ſimul falſe ⁊ ĩ ſic in quo ca
ſu. Et peto an eſſent aliqui apoſtoli in rerum natura
vel nulli ſi ſecundum negatiua eſſet vera eo ꝙ eſſet de
ſubiecto non ſupponẽte ſi primũ vel ipſi eſſent p̃ciſe
duodecim ⁊ tunc affirmatiua eſſet vera vel eſſent plu-
res ꝗ̃ duodecī ⁊ ſic negatiua eſſet vera vel eſſent pau
ciores ꝗ̃ duodecim ⁊ ſic adhuc negatiua eſſet vera ⁊ ꝑ
conſequens qualitercunq; ponatur caſus nunꝗ̃ ille
erunt ſimul falſe. ¶ Aliter etiam contra iſtum ſic ar-
guo concedit iſtas cõtrariari omnes apoſtoli dei ſunt
duodecim nulli apoſtoli dei ſunt duodecim igitur et
iſte contrariabũtur omnes duo apoſtoli dei ſunt duo
decim nulli duo apoſtoli dei ſunt duodecim ⁊ tamen
ipſemet concedit illas ſimul ſtare in veritate igitur re
pugnantia eſt cum hoc tenere duas primas participa
re legem contrariarum Aliter igitur reſpondendum
eſt ad argumentum et concedo iſtas duas non eſſe cõ
trarias omnes omnes apoſtoli dei ſunt duodecī nul
li omnes apoſtoli dei ſunt duodecī immo dico illas
propoſitiones eſſe contradictorias. ¶ Et quando di
cis nulla conditio requiſita ad contrarietatem eis de
ficit ſunt enim due ꝓpõnes vl̃es participãtes in ex-
tremis ceteris oĩbus ꝓprietatibus logicalibus ſer-
uatis ⁊ oĩbus alijs conditionibus requiſitis ad cõtra
rietatẽ igit̃ contrariant̃. Conceſſa ↄña nego añs im
mo potiſſima conditio ad contrarietatẽ reqſita nõ ad
eſt illis duabus ꝓpõnibus Potiſſima autẽ cõditio
ad contrarietatem requiſita eſt hec ꝙ ſint due vniuer
ſales quibus repugnet veritas de forma ⁊ nõ falſitas
modo clarum eſt ꝙ illa conditio deficit ꝓpõib⁹ datis
Vel ſi velis dicere ꝙ ille due ſunt cõtrarie de mõ enũ
ciandi ſolũ ⁊ nõ de lege nolo tecũ cõtẽdere q: conten-
tio eſſet ad nomẽ. ¶ Et ſi dicas dicere ꝙ ille ꝓpõẽs
nõ ſunt vl̃es quibus repugnet veritas ⁊ nõ falſitas nõ
eſt aſſignare eis aliquã cõditionalẽ cõtrariarũ deficiẽ
tem ſed eſt dicere ꝙ ariſtoteles ⁊ oẽs logici male aſſi-
gnauerũt diffinitionẽ ꝓpõnũ cõtrariarũ aſſignantes
talẽ legẽ illis ꝓpõnib⁹ quib⁹ ↄpetit illa diffinitio cõ-
trariarum igit̃ ſolutio nulla. ¶ Rũ etiã ſi illa ſit vna
ↄditio ad cõtrarietatẽ reqſita ſequit̃ ꝙ oẽs alie cõdi-
tiões quas aſſignat ariſtoteles ⁊ omnes logici ſuper
flue ſunt aſſignate immo ſufficiebat iſta vnica cõditio
Ad ꝓpõẽs ẽẽ cõtrarias ſufficit ⁊ reqrit̃ ꝙ ſint ꝓpõnes
quibus de forma repugnet veritas et non falſitas nec
opus erat dicere ꝙ debebãt ẽẽ ꝓpõnes vl̃es iſta aũt
ſunt abſurda igitur ⁊ ſolutio ex qb⁹ ſequunt̃. ¶ Pro
pterea aliter dico ꝗ̃ꝗ̃ ꝓptereu⁹ diceret ꝙ hee rõẽs nõ
exigunt aliã ſolutionem ꝗ̃ datã ꝙ iſte ꝓpõẽs oẽs oẽs
apl̃i dei ſunt duodecī nulli oẽs apl̃i dei ſunt duodecī
nullo mõ ſunt ↄrie eo ꝙ nõ ſunt vl̃es vñ dico ꝙ ꝑ pro
põnẽ vl̃em intellexit ph̃us ꝓpõnẽ cui⁹ ſbm̃ ẽ termin⁹
vl̃is cui quidem termino vli non repugnat ſimul et ſemel
accipi poſſe ꝓ plurib⁹ bñ verũ ẽ ꝙ ſbm̃ huius ꝓpõis
oẽs oẽs apl̃i dei ſunt duodecī ẽ termin⁹ cõis nã hoc to
tũ oẽs apl̃i dei ſucceſſiue põt ſupponere ꝓ pluribus
ꝓpterea ſimpliciter ẽ termi⁹ vniuerſalis tñ illa ꝓpõ nõ
reputat̃ vl̃is in ꝓpoſito eo ꝙ ille termin⁹ oẽs apl̃i dei
nõ põt ſimul ⁊ ſemel de plurib⁹ diuiſim verificari. Et
ſi dicas prius dixim⁹ hãc reputari vl̃em in propoſito
ſortes oĩs hõ eſt tñ ſcdm̃ hec dicta dicẽdum ẽ oppoſi-
tũ igitur ẽ repugnãtia in dictis. Rñdeo pri⁹ dictũ eſt
ꝙ difficultas eſſet ad nomẽ an vellemus eam reputa-
re vl̃em vel non ſi tñ vellemus eam reputare vl̃em pl̃
⁊ illud qd̓ nũc diximus ẽẽ requiſitũ ad ꝓpõnẽ ẽẽ vl̃em
intelligi dꝫ ſub conditione videlicet ſuppoſito ꝙ ſub
iectum talis propoſitionis ſit terminus vniuerſalis.

## ¶ Contra hanc ſolutionẽ arguit̃ ſic

dato ꝙ iſte ꝓpõnes nõ contrarient̃ oẽs oẽs apl̃i dei
ſunt duodecī nulli oẽs apl̃i dei ſunt duodecī ſaltẽ q̃-
libet eaꝝ poterit habere ↄriã ⁊ qrit̃ q̃ ſit ↄria affirma
tiue ⁊ q̃ negatiue ⁊ quaſcũq; ſignaueris ip̄ ille compa
tient̃ ſe in vitate igit̃ adhuc nõ ſaluat̃ lex cõtrariarũ.

## ¶ Secũdo ſic arguo ↄtra illud i quo

cõceſſũ ẽ iſtas duas ↄtradicere oẽs oẽs apl̃i dei ſunt
.xij. nulli oẽs apl̃i dei ſunt .xij. ⁊ ſic arguo ille ſunt due
propoſitiones vniuerſales igitur inter duas vl̃es re-
peritur contradictio quod videtur abſurdum.

## ¶ Tertio ſic ſi ille due ↄdicunt ſequi

tur ꝙ due indefinite ſimr̃ cõtradicẽt qd̓ ẽ abſurdũ. Se-
qla tñ ptꝫ iſte ſunt due idefinite oẽs apl̃i dei ſunt .xij.
oẽs apl̃i dei nõ ſunt .xij. vt cõſtat ex p̃dictis ⁊ cõtradi-
cunt qd̓ ſic ꝓbo ille propoſitiones de forma acceptio-
nis terminoꝝ equiualent alijs duabus de quib⁹ ↄceſ
ſum eſt ꝙ ſunt contradictorie igitur eque bene partici
pant legem contradictoriarum.

## ¶ Ad primũ iſtorũ rñdet̃ ꝑ duas ꝓ-

poſitiones. Prima ꝓpõ eſt iſta ꝓpõ omnes oẽs apl̃i
dei ſunt .xij. dato ꝙ ſit vl̃is capiendo propõnem vl̃em
ſicut capimus in q̃titatibus nõ tñ põt habere contra
riam participantem ſecum in extremis Notãter addo
participantem ſecũ in extremis qm̃ cõtenderet forte
quiſpiã ꝙ ip̄a contrariaretur vni propõni formaliter
impoſſibili ſed hoc eſt impertinens propoſito hec pro
põ eſt clara ex dictis nec videatur tibi inconueniens
aliquam eſſe ꝓpõnem vl̃em ſicut capimus ꝓpõnes in
q̃titatibus q̃ non poteſt habere ↄtrariã qm̃ qm̃ ſubm̃
illius eſt terminus vl̃is non potens ſimul ⁊ ſemel ſup
ponere pro pluribus illud non incõuenit Declaro ti-
bi hoc in alijs iſta eſt vl̃is ſicut accipimus propõnem
vl̃em in materia de q̃titate quilibet albiſſimus hõ eſt
ſeptẽtrionalis ⁊ tñ illa nullã põt habere cõtrarias qd̓
ſic oſtendo ſi haberet aliquam maxime haberet hanc
nullus albiſſim⁹ homo eſt ſeptẽtrionalis ſed hoc non
quod ſic ꝓbo ⁊ volo ꝙ ille ſuplatiu⁹ exponat̃ affirma
tiue iſto poſito ſic arguo illis duabus propõnibus re
pugnat falſitas ſicut ⁊ veritas igitur non ſunt contra
rie probatur aſſumptum ſi ſtaret illas vel aliquas ſimi
les ẽẽ falſas vl̃ ẽẽt aliquis homo quolibꝫ hoĩe albior
ſeptẽtrionalis vel non ſi primum affirmatiua eſt vera
ſi ſecundum negatiua ⁊ clarũ eſt poſtꝗ̃ ſubiectũ illius
propõis nõ põt ſimul ⁊ ſemel ſupponere niſi ꝓ vno ſo
lo ſi ille due propoſitiões ẽẽnt ſimul falſe duo cõtradi
ctoria eſſent ſimul falſa.

¶ Secunda ppoſitio hec ppō nulli oēs apli dei ſunt duodecim bene pōt habere contrariā pbatur iſta ꝓpoſitio iſte due contrariantur nulli oēs apli dei ſunt duodecī oēs apli dei oīa duodecim ſunt capiendo ly oēs in pria collectiue in ſecunda diſtributiue nā eis repugnat veritas ⁊ nō falſitas ꝙ eis repugnet veritas manifeſtum eſt ⁊ ſi nunc eſſent duodecim apli dei ille eſſent ſimul falſe Notanter dico capiēdo ly oēs in ſecunda diſtributiue qꝛ capiēdo ambo ſigna collectiue in ſcḋa nō cōtrariantur nā eis nō repugnat veritas ptꝫ de iſtis duab⁹ nulli oēs duo apli dei ſunt ſex apoſtoli dei omnes duo apoſtoli omnes ſex apli dei ſunt immo iſta omnes apoſtoli dei omnia duodecim ſunt vtroqꝫ ſigno capto collectiue nō poteſt habere contrariā ſed iſta oēs apli dei oīa duodecim non ſunt bn̄ ɔtrariat̄ iſtis oēs apli dei oīa duodecī ſūt capiendo vtrūqꝫ illoꝝ ſignoꝝ diſtributiue vel alterum illoꝝ diſtributiue ⁊ alterū collectiue quōcunqꝫ volueris ⁊ procedo ac ſi ſignū collectiuū nō eſſet ꝑs extremi.

¶ Ad ſecundū reſpondetur concedēdo iſtas contradicere oēs apoſtoli dei ſunt duodecīꝫ nulli oēs apli dei ſunt duodecīꝫ. Et qn̄ dicis ille ſunt due vlēs igit̄ inter duas vlēs reperit̄ ɔtradictio Dico ꝙ ſi velis capere ꝓpoſitionē vlem ꝓut ſolem⁹ capere in materia de ꝗtitate ꝓpōnū nō habeo ꝓ incōueniēti duas vlēs cōtradicere ſi vero accipias ꝓpōnē vlēm ſicut hic accipim⁹ in ꝓpoſito tūc nego illas ꝓpōnes eē vlēs immo in ꝓpoſito reputant̄ ſingulares eo ꝙ earū ſubiecta ſunt termini cōmunes nō potentes ſimul ⁊ ſemel ſupponere pro pluribus diuiſim.

¶ Ad tertiū reſpōdet̄ ɔcedēdo iſtas eē cōtradictorias oēs apli dei ſunt .xij. oēs apli di nō ſunt .xij. poſtꝙ̄ iſta vt dictū eſt inter arguēdū oēs apli dei nō ſūt .xij. de forma acceptōis terioꝝ equalet huic nō oēs apli dei ſunt .xij. ⁊ qn̄ dicis tūc due indiffinite ɔ̄dicēt Diſtiguo vt prius ſi accipiat̄ ꝓpō indefinita ſicut ī priorib⁹ accipit̄ ꝓbūs ſic fateor ſi vo accipiat̄ ꝓpō indefinita vt ī ꝓpoſito ſic nego illas ꝓpōnes datas eē īdefinitas īmo ſubīn ī eis reputat̄ termin⁹ ſingularis.

¶ Ad confirmationeꝫ reſpondet̄ negando iſtas duas cōtrariari omnes oēs duo apoſtoli dei ſunt duodecī nulli oēs duo apoſtoli dei ſunt duodecim immo ille ꝓpoſitiones cōtradicunt nam eis repugnant tam veritas ꝙ̄ falſitas quod ſic patet. Si cū nulli ſunt apoſtoli dei in rerum natura negatiua eſt vera et affirmatiua falſa. Si vero ſunt aliqui apoſtoli dei in reruꝫ natura vel illi ſunt preciſe duodecim ⁊ ſic affirmatiua ē vera ⁊ negatiua falſa ſi vero plures ſint apoſtoli dei ꝙ̄ duodecim aut pauciores affirmatiua ē falſa ⁊ negatiua vera.

¶ Contra hanc ſolutionem arguit̄ ſic ſuppoſito ꝙ ſint preciſe duodecim apoſtoli dei iſta cōceſſa eſt falſa nulli oēs duo apoſtoli dei ſunt duodecim ⁊ etiā iſta eſt falſa oēs duo apoſtoli dei ſunt duodecim. igitur illis propoſitionibus non repugnat falſitas ⁊ conceſſuꝫ eſt ꝙ illis repugnat veritas igitur dicēdū erat illas propoſitiones cōtrariari. ꝙ iſta ſit falſa ī caſu poſito oēs duo apoſtoli dei ſunt duodecim ꝓbat̄ ⁊ hoc dupl'r primo ſic: bene ſequitur omnes duo apoſtoli dei ſunt duodecim ergo tm̄ duodecim apoſtoli ſunt duo apoſtoli ɔſequēs ē falſuꝫ vt declarat falſitas ſue prime exponētis duodeci apoſtoli ſunt duodeci apoſtoli dei ⁊ cōſequentia tenet a ꝓpōe de ſigno collectiuo ad excluſiuā grā particularitatis. Secūdo ſic ꝓbo illaꝫ eſſe falſam bene ſequit̄ oēs duo apoſtoli dei ſunt duodecim ergo maxima multitudo duorum apoſtoloꝝ dei ē duodecī cōſequēs ē falſuꝫ ergo ⁊ antecedēs falſitatē cōſequētis ꝓbo ſic bn̄ ſequit̄ nulli duo apli dei ſunt duodecī oīs maxima multitudo duoꝝ apoſtoloꝝ dei ē duo apli dei ergo nulla maxima multitudo duoꝝ apoſtoloꝝ dei ē duodecī tenet cōſequētia in ſcḋo modo prime figure ⁊ veritas maioris ē clara ⁊ minorē probo ipſa eſt affirmatiua extra cōes inſtātias ſic ſe habēs ꝙ ſubiectum ⁊ predicatuꝫ adequate ſupponūt ꝓ eodē ergo eſt vera ꝓbatur qꝛ̄ predicatū pro duobus apoſtolis ſupponit ⁊ ſubiectū ē aggregatū ex determinatione ⁊ determinabili acceptis vnica acceptiōe ⁊ determinatio ſupponit igit̄ totuꝫ aggregatum debet ſupponere ſecundum exigētiā illius determinatōis ſꝫ determinatio ſupponit pciſe ꝓ duobus aplis dei igit̄ totū illud aggregatū maxima multitudo duoꝝ apoſtoloꝝ dei preciſe pro duob⁹ aplis ſupponet ⁊ ꝑ ɔ̄ns illa minor ē vera qḋ erat ꝓbandum.

¶ Ad primū iſtoꝝ rn̄detur negādo hāc eē falſaꝫ in caſu poſito oēs duo apoſtoli dei ſunt duodecī īmo dico eā eē verā ⁊ nego iſtā ɔ̄naꝫ oēs duo apli dei ſunt duodecī ergo tm̄ duodecī ſunt duo apli dei nec debite ibi arguit̄ a ꝓpōne de ſigno collectiuo ad ſuā excluſiuā grā pluralitatis ⁊ rō ē qꝛ illḋ ſignum collectiuū dat huic termino duo apoſtoli dei ſuppōnē cōfuſam copulatā ⁊ illḋ ſignū excluſiuū nō tribuit ei talē ſuppōnem qualē aūt tribuat ſuppōnē ꝑdicato nō ē ꝑn̄tis negocij diſcutere ⁊ qn̄ vꝫ talis mod⁹ arguēdi a ꝓpōe de ſigno collectiuo ad excluſiuam exponibilem gratia pluralitatis ⁊ quando non.

¶ Ad ſcḋm rn̄det quidā ꝙ illḋ argumentū eſt magne apparētie ꝙ nō debeat iſta concedi. oēs duo apli dei ſunt duodecīꝫ ⁊ iſta negari duo apli dei ſunt duodecī ꝓpterea ɔcedēdo iſtā oēs duo apli dei ſunt duodecī dicit ꝙ nō dꝫ explicari ſic ſenſus ei⁹ maxima multitudo duoꝝ aploꝝ dei ē duodecim qm̄ vt dicit illud totum aggregatum maxima multitudo duoꝝ aploꝝ dei pōt pciſe accipi ꝓ duobus aplis ⁊ ita vt dicit ſenſus illi⁹ ꝓpōnis eſt iſte maxima multitudo duoꝝ aploꝝ dei hoc ē maxima multitudo q̄ ex duobus apli dei reſultat puta q̄ ē duo apoſtoli dei ē duodecim mō cōſtat illaꝫ ꝓpōnē eē falſam ⁊ aliter explicat ipi⁹ ſenſum ſic maxima multitudo binariorum aploꝝ dei ē duodecim. Sꝫ iſte mod⁹ dicēdi non placꝫ qm̄ tūc iſta ꝓpō eēt negāda oēs duodecīꝫ apoſtoli dei ſunt duodecīꝫ cū quo eēnt pciſe duodecī apli di ſenſus enim illi⁹ ꝓpōis hic ē maxīa multitudo duodenarioꝝ aploꝝ dei ē duodecī quē ɔſtat eē falſum naꝫ ex illa propōne ſequit̄ plures eē duodenarios aplorum dei qḋ ē falſum Propterea aliter dico et cōcedo hanc eē verā maxīa multitudo duoꝝ duoꝝ aploꝝ dei eſt duodecim ⁊ nego hāc maxīa multitudo duoꝝ aploꝝ dei eſt duo apli dei. Et vlterius nego ꝙ illḋ aggregatū maxima multitudo duoꝝ aploꝝ dei preciſe pro duob⁹ aplis ſupponit ⁊ fateor ꝙ illa determinatio ꝑ̄ciſe ſupponit ꝓ duob⁹ qm̄ illa conſtructio non eſt intrāſitiua ſed trāſitiua ⁊ ꝓpterea totū illḋ aggregatuꝫ bn̄ ſuppōit ꝓ aliqb⁹ ꝓ quib⁹ nō ſuppōit illa determinatio ⁊ hec quo ad priorem difficultateꝫ dicta ſufficiūt.

PRo intelligētia ſecūde difficultatis Aduertēdū eſt ꝙ ſicut ptꝫ ex textu lex ɔ̄dictoriarū ē ꝙ eis repugnēt veritas et falſitas hec lex ɔ̄dictoriaꝝ ꝓbandōes nō admittit qm̄ eā negare volēti ꝓbari nō pt̄ accipiēdū ei ē tāꝙ̄ primū pricipiū ɔ̄dictōis alterā ptē debere eē veram alterā vero falſam vt ſufficienter ptꝫ ex

quarto methaphiſice vbi ariſtoteles prius diſputat ꝯ
cōcedētes cōtradictoria vera deide cōtra cōcedentes
cōtradictoria falſa. Ad ꝓpōes aūt eē ꝯdictorias ſeruā
de ſunt aliq̄ cōditiōes. ❡ Prima cōditio quelibet vni
uerſalitas ſiue cathegorumatica ſiue ſincathegoreu
matica dꝫ mutari in particularitatem et q̄libet parti/
cularitas in vliatem Hec conditio ptꝫ q̄m ipſa nega/
ta darent̄ ꝯtradictorie ſimul vē ꝛ ſlſ contradictorie ſi
mul falſe vt claret intuēti. ❡ Scōa conditio eſt q̄n eſt
aliq̄s terminus diſtribut⁹ in ordine ad terminū ſtātē
ꝯfuſe tm̄ opꝫ ꝙ i ſua ꝯdictoria ille termin⁹ diſtribut⁹
ſtet determinate ꝓbat̄ hec cōditio ꝛ accipio iſtā ꝓpō
nē oīs hō ē aīal ꝛ q̄ro vel iſte termin⁹ hō in ſua ꝯtradi
ctoria dꝫ ſtare determinate vel nō ſi primū hēo ꝓpoſi
tū. ſi ſcōm ſic arguo nō pōt in ſua ꝯtradictoria itez ſta
re cōfuſe ꝛ diſtributiue vt ptꝫ ex prīa cōditiōe igitur in
ſua ꝯtradictoria ſtabit cōfuſe tm̄ ꝛ ꝑ ꝯñs iſte ꝓpōnes
cōtradicēt oīs hō ē aīal a hō nō ē aīal ſꝫ notū eſt ꝙ af
firmatiua ē vā ꝛ negatiua ſlſ ē vā igit̄ due ꝯtradictorie
ſunt ſimul vere. veritatē negatiue probo per ſuā equi
ualentem omne animal homo non eſt ꝙ ille due equi
ualeāt clarum eſt Nam termini oīno eodē modo ſup/
ponunt in illis duabus ꝛ ꝙ illa ſit vera omne animal
homo non eſt non eſt opus probatione. Relinquitur
ergo ꝙ ille terminus diſtribut⁹ in ordine ad terminū
ſtantem confuſe tantum nō poteſt in cōtradictoria ali
ter ſupponere q̄ determinate. ❡ Tertia conditio eſt
quandocunq̄ eſt aliquis terminus diſtributus in or/
dine ad terminum ſtantem determinate opꝫ ꝙ in ſua
cōtradictoria talis terminus diſtributus ſtat confuſe
tm̄/ probat̄ cōditio et accipio hanc ꝓpōnē oīs hō ē b
aīal ꝛ peto vtrum ille terminus diſtributus in ſua con
tradictoria debꝫ ſtare confuſe tm̄ vel non. Si primum
habeo propoſitum. Si ſcōm ſic arguo vel ergo ſtabit
in ſua contradictoria cōfuſe ꝛ diſtributiue ꝛ clarum eſt
ꝙ non poteſt ꝑ ea q̄ dicta ſunt in prīa cōditiōe Relin/
quitur ergo ꝙ in ſua cōtradictoria ille termin⁹ diſtri
butus ſtabit determinate/ ꝛ ꝑ ꝯñs iſte due cōtradicēt
omnis hō ē b aīal ꝛ homo nō eſt aīal ſed ꝓbo ꝙ non il
le ſunt ſimul falſe ergo non ꝯtradicūt/ de negatiua nō
eſt queſtio ꝛ ꝙ affirmatiua ſit falſa patet nam nullam
habet ſingularem veram deſcendendo ſub predicato
ſtante determinate. quocūq̄ ei aīali demonſtrato hec
eſt falſa oīs homo eſt hoc aīal falſitas tm̄ illi⁹ clara ē
per ſuam equiualentē que eſt hec aliquod aīal oīs ho
mo eſt Relinquitur ergo ꝙ contradictoria huius oīs
homo ē b aīal eſt hec a hō nō eſt aīal in qua terminus
diſtributus in affirmatiua ſtat confuſe tantum. Forte
dices dictū eſt prius queſtiōe vndecima in conditiōi/
bus generalibus ꝙ ad hoc ꝙ alique ꝓpoſitiones op/
ponantur requiritur ꝙ participēt in extremis ſed iſte
propoſitiones oīs homo eſt b aīal a hō nō eſt aīal non
participāt in extremis igitur ille ꝓpōnes nō opponū
tur contradictorie maior eſt clara ꝛ minor probatur il
le propōnes non participant in predicatis Nam pre/
dicatum affirmatiue eſt hoc totum b aīal et illud non
eſt predicatū negatiue/ ꝙ aūt hoc totū ſit predicatum
affirmatiue ptꝫ/ q: ſignū tūc ē pars extremi q̄n vltra
illud nō cadit eius virtus. Cū igit̄ virtus de ly b non
trāſeat vltra illum terminū aīal ſequitur ꝙ efficit̄ ps
extremi cum eo. ❡ Propter hoc argumentū dicit qui
dam ꝙ de rigore ille propōnes non contradicunt niſi
affirmatiua capiatur loco huius oīs hō b aīal eſt/ ſed
iſtud non ſatiſfacit q: quero vel virtus de ly b in iſta
omnis homo b aīal eſt non trāſit in copulā vel trāſit
clarum eſt ꝙ nō ꝛ per ꝯñs virtus eius nō trāſit vltra il
lum terminū aīal ꝛ ꝑ ꝯñs dicendum erit ꝙ efficit̄ ps
extremi cū eo. Si aūt virtus eius tranſit in copulā q̄
ro quid agit etiā clarū eſt ꝙ tēpus importatū per co/
pulā ſtat cōfuſe a ly oīs ꝛ ꝑ ꝯñs nullomō ly b cadit vl
tra illū terminū aīal Propterea dico ꝙ iponētes ly a
vt faciat ſtare ꝯfuſe tm̄ terminū cui imediate addit̄ ꝛ ly
b vt faciat ſtare terminū determiate voluerūt illa ſigna
nō eē ptes extremorū nō obſtāte illa regula cōi q̄n ſin
cathegoreuma cadit in aliquē terminū ꝛ ei⁹ vis nō trā
ſit vltra illū terminū tūc efficit̄ ps extremi cū illo. Et
per hoc claret ptꝫ reſpōſio ad argumentū quō iſte due
bene contradicūt oīs hō eſt b aīal ꝛ a hō nō eſt animal
ꝛ quō iſte pticipāt in extremis poſtq̄ ly b nec ly a ſunt
partes extremorum. Si quiſpiam non velit admitte/
re impoſitionez de ly b ꝛ ly a non per hoc poterit eua
dere difficultatem q̄m accepta iſta mentali oīs homo
eſt animal ſigno diſtributiuo cadente precise in ſubiē
ꝛ non predicatuꝫ queritur de contradictoria illius ꝓ
poſitionis ꝛ oportet eo modo dicere quoiam dixim⁹
Qualiter autem iſte conditiones intelligende ſunt et
limitande ꝛ ſi ſint alique alie ſuperaddēde: patebit ex
ſolutionibus argumentorum.

## ❡ Cōtra ꝑdicta primo principaliter

arguit̄ ſic dātur due ꝓpōes contradictorie ſimul vere
igit̄ lex ꝯtradictoriarū ē nulla ꝯña ē manifeſta ꝛ ꝓbo
aſſumptū iſte due cōpatiunt̄ ſe in veritate oīs hō poſ
ſibiliter ē alb⁹ aliq̄s hō poſſibiliter nō ē alb⁹ ꝛ tm̄ ſunt
cōtradictorie igit̄. Forte dicas ꝙ eis deficit prima cō
ditio ad contradictionē requiſita q: illa particulari/
tas ſincathegoreumatica poſſibiliter nō mutat̄ in vni
uerſalitatem. Quod tm̄ oporteret ad hoc ꝙ ille ꝓpōes
cōtradicerent. Sed contra hoc ſic arguo non oportet
oēm vniuerſalitatem ſincathegoreumaticā mutari in
particularitatē igitur nec opꝫ oēs particularitatē ſin
cathegoricam mutari in vlitatem ꝯña eſt manifeſta ꝛ
ꝓbo aſſumptū iſte due realiter cōdicūt oīs hō ē ꝛ ipoſ
ſibiliter ē albus aliquis hō nō ē vel ē alb⁹ ꝛ tm̄ illa vni
uerſalitas impoſſibiliter nō mutat̄ in pticularitatez
ergo ꝓpoſitū ꝙ ille ꝓpōes cōtradicāt ptꝫ q: eis formia
liter repugnant veritas ꝛ falſitas igitur.

## ❡ Et cōfirmat̄ ad idē iſte contradi

cunt ad equitādū requirit̄ equus nullus equ⁹ req̄rit̄
ad equitādū vt ptꝫ diſcurrēdo ꝑ ſingulas cōditiones
ꝯtradictoriarū ꝛ tm̄ ſunt ſimul vere igit̄ lex cōtradicto
riarum eſt nulla Minorē ꝓbo ꝛ primo ꝙ affirmatiua
ſit vera ptꝫ nō pōt fieri equitatio ſine equo igit̄ ad eq̄
tandū requirit̄ equus. negatiuam aūt ꝓbo ſic nec iſte
equus requirit̄ ad eq̄tandū nec iſte equ⁹ req̄rit̄ ad eq̄
tandū ꝛ ſic de ſingulis ergo nullus equus requirit̄ ad
equitandū/ ꝯña tenet per aſcēſum ꝛ aīs ē verū vt ptꝫ
ex cuiuſlibet ſingularis veritate demonſtrando equū
regis iſta eſt vera iſte equ⁹ nō requiritur ad equitādū
vt ptꝫ per falſitatē ſue ꝯtradictorie ꝛ breuiter quēcūq̄
equū demonſtraueris ille nō requirit̄ ad equitandum.

## ❡ Ad primū principale reſpondet̄ ſi

cut reſponſum ē inter arguendum ꝙ ille ꝓpōnes non
contradicunt eo ꝙ illa pticularitas non efficit̄ vlitas
Et ad replicam nego ꝙ non oporteat quālibet vlita
tem mutari in particularitatem ſed hic eſt Aduertēdū
ꝙ dupliciter cōtingit mutare aliquā vniuerſalitatē i
particularitatē aut particularitatē in vniuerſalitatē.
Uno modo formaliter Alio mō equaleter tunc mutat̄
vlitas in pticularitatē formaliter q̄n in vna contradi
ctoriarū ponit̄ vlitas ꝛ in alia expreſſe ponit̄ ſua pti/
cularitas vel ſi ſuper vniuerſalitatez ferat̄ negatio ex
empla ſunt in ꝓmptu. Tunc vero mutatur vniuerſali

tas equiualēter in ꝑticularitatē qm̄ in altera cōtradi⸗ ctoꝛiarū nō ponit̄ eius ꝑticularitas ſed binariꝰ illaꝝ duarū ꝓpōnū equalet formaliter binario duarū alia⸗ rū in quibꝰ formaliter mutat̄ vniuerſalitas in parti⸗ cularitatē aut ecōuerſo ⁊ hoc pacto vniuerſalitas po ſita in hac ꝓpōne om̄is hō currit mutatur in particu laritatē in iſta hō nō currit. Et eodē mō cōcedo has cō tradicere ois hō eſt ⁊ impoſſibiliter eſt albus aliq̇s hō non eſt vel eſt albus viſo ꝙ illis propoſitionibus repu gnant tam veritas ꝙ̄ falſitas ⁊ q̇libet vlitas in vna eq̇ ualenter efficit̄ ꝑticularitas in alia eo ꝙ iſta ꝓpō ali⸗ quis hō nō eſt vel eſt albus formaliter equiualet huic aliquis hō non eſt vel poſſibiliter eſt albus.

¶ Cōtra hāc ſolutionē arguitur ſic ſeq̇ret̄ iſtas ꝓpōnes ꝯdicere ois hō impoſſibilr̄ ē al⸗ bꝰ aliq̇s hō eſt albꝰ qḋ tn̄ eſt falſuꝫ cū faciliter dentur ſimul falſe ⁊ per ꝯn̄s nō ꝑticipāt legē ꝯdictoꝛiarū: Se q̇lā tn̄ ꝓbo ſic ſi nō ꝯdicerēt vel hoc eſt q: nō ſeruat̄ ſi⸗ milis ampliatio vel ſimilitudo copularū vel ꝓpter ali quid aliud nullū iſtoꝝ dici pōt qm̄ nullū iſtoꝝ impe⸗ dit ꝯdictionē aut ſaltē legē vt pꝫ ex ſolutiōe data igr̄ Tū etiā ille propōnes aliquā legē ꝑticipāt ⁊ nō videt̄ quam niſi contradictoꝛiarū igitur.

¶ Ad hoc argumentū reſpondet̄ ne gando ſequelā imo illa vniuerſalitas nec formaliter nec eq̇ualenter efficit ꝑticularitas in alia qm̄ binariꝰ illarū duarū ꝓpōnū nō equiualet huic binario oīs hō impoſſibiliter ē albꝰ / aliquis hō poſſibiliter eſt albꝰ quēadmodū binariꝰ harū duarū oīs hō eſt ⁊ ipoſſi⸗ biliter ē albꝰ / aliq̇s hō nō eſt vel ē albꝰ equiualet huic binario oīs hō eſt ⁊ impoſſibiliter eſt albus / aliq̇s hō nō eſt vel poſſibiliter eſt albus Et qm̄ vlteriꝰ dicis ille participāt aliquā legē. Fateoꝛ ſꝫ nō ꝯdictoꝛiarū ſꝫ cō triarū nā eis nō repugnat falſitas ſed veritas / poſtq̄ affirmatiua formaliter īfert ꝯdictoꝛiā negatiue. Et ſi dicas diſſimilitudo ampliatiōis nō impedit ne ꝓpo⸗ ſitiōes legē ꝯtriarū participēt igitur nec impediet ne ꝓpōes legē ꝯtradictoꝛiarū ꝑticipēt. Cōceſſo antece⸗ dente nego ꝯn̄am. Rō diuerſitatis ē q: nō eadē eſt lex ꝯtrariarū ⁊ cōtradictoꝛiarū Diuerſitas appellatiōis et ſimiliter reſtrictiōis impedit ꝯdictionē ⁊ tn̄ nō im⸗ pedit ꝯtrarietatē. pꝛimū pꝫ iſte nō ꝯtradicūt nullus hō papā vidit aliquis homo vidit papā qm̄ faciliter dantur ſimul falſe nec iſte contradicūt oīs hō nō eſt al bus aliquis homo ē albus ſubſtātiuādo ly albus qm̄ eis nō repugnat falſitas ⁊ cā eſt q: in pꝛimis duabꝰ nō ſeruat̄ eadē appellatio ⁊ in ſcḋis duabus nō ſeruatur eadē reſtrictio ⁊ tn̄ due pꝛie legē ꝯtriarū ꝑticipāt: qm̄ nō pn̄t eſſe ſimul vere qm̄ affirmatiua formaliter īfert ꝯdictoꝛiā negatiue ⁊ tn̄ poſſunt eē ſimul falſe. et eodē mō alie due legē ꝯtriarū ꝑticipāt. Et ita diſſimilitudo appellatiōis aut reſtrictiōis ꝯtrietatē nō impedit: atn̄ impedit ꝯdictionē. Et ex iſto ſequit̄ ꝙ inter has q̇tu oꝛ ꝓpōnes nullus hō papā vidit: aliq̇s hō vidit papā nullus hō vidit papā aliq̇s hō papā vidit: reperit̄ oē genꝰ oppōnis: ꝙ cū reperiat̄ ꝯdictio nō eſt q̇lio: ⁊ ꝙ reperiat̄ ꝯtrietas inter duas pꝛimas iā dictū eſt: ⁊ ſi il⸗ lis duabꝰ pꝛimis repugnat veritas ⁊ falſitas ſequit̄ ꝙ duabꝰ ſecūdis que ſunt ꝯdictoꝛie earū repugnat falſi tas ⁊ nō veritas: ⁊ per ꝯn̄s due ſcḋe ſubcōtrariant̄ / ꝙ ibi reperiat̄ oppō ſubalterna ſi libeat eā ponere patꝫ ex bonitate iſtarū ꝯn̄arum nullus hō papā vidit ergo nullus homo vidit papā aliquis hō vidit papā ergo aliquis hō papā vidit. Idē omnino ꝯtingit in iſtis q̇t tuoꝛ ꝓpoſitionibꝰ oīs hō impoſſibiliter eſt currēs hō eſt currēs oīs homo non eſt currēs hō poſſibiliter eſt cur

rēs inter quas oīa genera oppōnū reperies ⁊ ita due propoſitiones contrariantur ⁊ extrema vnius ampli antur ⁊ extrema alterius non.

¶ Secunda concluſio Ariſtotelis ē licet neutra contradictoꝛiarum de futuro contingenti determinate vera ſit non tamen pꝛopoſitio ſingularis negatiua de copulato pꝛedicato ex pꝛedicatis illarum ambarum eſt vera verbigratia ꝙ̄uis nec hec ſit vera antechꝛiſtus erit nec iſta antechꝛiſtus nō erit iſta tamen non eſt vera antechꝛiſtus neqꝫ erit neqꝫ nō erit. Hanc ſecundam concluſionem. vt dicit pꝛobat philoſophus in illa parte. Ad vero quoniam neutruꝫ ⁊c. dupliciter pꝛio ſic. Si hec eſſet vera antechꝛiſtus neqꝫ erit neqꝫ nō erit ſumatur gratia exēpli hoc ſequitur ꝙ nō cuiuſlibet contradictionis ſi vna pars eſt falſa altera eſt vera quinimo cōtinget ꝙ alicuius contradictionis aliqua pars erit falſa ⁊ reliqua erit non vera quod eſt contra pꝛimum pꝛincipium conſequētia tamen patet quia ſi hec eſt vera antechꝛiſtus neqꝫ erit neqꝫ non erit ergo hec affirmatiua antechꝛiſtus erit eſt falſa q: ipſa affirmat illud quod illa in ſua pꝛima parte vere negat ſed pꝛobatum eſt in pꝛima cōcluſione ꝙ illa non eſt vera antechꝛiſtus non erit ergo harum duarum contradictoꝛiarum affirmatiua eſt falſa ⁊ negatiua nō eſt vera. Et eodemmodo pꝛobatur ꝙ negatiua eſt falſa ⁊ affirmatiua non vera q: ſi hec eſt vera antechꝛiſtus neqꝫ erit neqꝫ non erit ergo pꝛopter hoc q: dicitur neqꝫ nō erit ſequitur ꝙ hec ſit falſa antechꝛiſtus non erit ⁊ ꝓbatum eſt in pꝛima concluſione ꝙ hec non eſt vera antechꝛiſtus erit ergo huius contradictionis non eſt vera affirmatiua cum tamen negatiua ſit falſa quod pariter repugnat pꝛimo pꝛincipio cuius lex eſt ꝙ ſi vna pars eſt falſa reliqua eſt vera quecūqꝫ ſit illa hanc rationem ponit philoſophus cum ait pꝛincipium enim cum ſit affirmatio falſa erit negatio non vera ⁊ cuꝫ ſit hec falſa. ſ. negatio contingit affirmationem non eſſe veram amplius ſi illa ſit vera ſequitur ſicut dicit Boetius ꝙ ambe erūt falſe q: nec eſſet quod affirmatio dicit eſſe futurū nec nō eſſet quod negatio non eſſe pꝛedixit ⁊ ſic vtraqꝫ eſt falſa quod eſt impoſſibile. Secūdo pꝛobat philoſophus eandem concluſionē ſi illa ꝓpō eſſet vera ſequeretur ꝙ tale futuruꝫ ex neceſſitate erit ⁊ non ad vtrumlibet pꝫ conſequentia quoniaꝫ ſicut in pꝛedicatis ſimplicibus dictum eſt ꝙ ſi veruꝫ eſt dicere ꝙ hoc ē album opoꝛtet illud eſſe album / ⁊ eodemmodo ſi de futuro dicat̄ ſic etiam eſt in pꝛedicatis cōpoſitis ſi enim verum eſt dicere de aliquo quoniam eſt album ⁊ magnū opoꝛtet vtraqꝫ eſſe et ſimiliter ſi verum erit cras opoꝛtet eſſe cras id eſt ſi verū ē dicere de aliquo ꝙ erit album ⁊ magnuꝫ cras opoꝛtet ipſuꝫ eſſe album ⁊ magnū cras ergo ſi verū erit dicere ꝙ neqꝫ erit neqꝫ non erit opoꝛtet ipſum neqꝫ foꝛe neqꝫ non foꝛe et ſic non erit ad vtrūlibet hoc eſt contingens foꝛe ⁊ non foꝛe. Ex omnibus hijs concludit Gregoꝛius Ariſtotelem voluiſſe ꝙ alicuius oppoſitionis contradictoꝛie non eſt hec pars demonſtrata vera ⁊ illa falſa aut econuerſo Nam in fine pꝛecedentis capitis dixit ꝙ in his q̄ ſunt et que facta ſunt id eſt pꝛeſentis et pꝛeteritis neceſſe eſt affirmationem vel negationem veram eſſe

vel falſam eſſe in vniuerſalibus quidem vniuerſaliter
ſemper hanc quidem veram illam vero falſaȝ ⁊ in his
etiam que ſunt ſingularia id eſt in contradictorijs ſin-
gularibus. Conſtat ꝙ in oppoſitionibus cõtradicto-
rijs de futuro ſaltem que ſunt ſingulares non hec de-
terminate ſit vera ⁊ illa falſã / quod ⁊ ſtatim explicite ibi-
dem ipſe propoſuit / ⁊ conſequenter ſicut ex recitatis
patet prolixe probare conatus eſt ⁊ eandẽ prorſus ſen-
tentiam concludit in fine illius libri / poſtea Gregori⁹
ponit vnum notabile de mente philoſophi vt dicit et
eſt iſtud ꝙ q̄uis philoſophus dicat ꝙ non cuiuſlibet
contradictionis hec eſt vera / illa vero falſa tamen cũ
hoc vult ꝙ cuiuſlibet contradictionis altera eſt vera
⁊ altera falſa nec vnq̄ ibi inuenitur dicere ꝙ non cu-
iuſlibet contradictionis altera eſt vera ⁊ altera falſa ſȝ
ſemper cum ſigno ſingulari vel cũ pronomine demon-
ſtratiuo / nunq̄ aũt cuȝ particulari quale eſt alter vel
altera quinimmo cum tali ſigno dicit expreſſe oppoſi-
tuȝ etiã in contradictionibus ſingularibus de futuro
ad vtrumlibet. Unde de talibus loquens circa finem
ait. Horum enim neceſſe eſt quidem alteram partẽ cõ-
tradictionis eẽ verã vel falſam non tamen hoc vel il-
lud ſed vtrũlibet id eſt non tamen hanc deſignatã vel
illam ſed vnam vel alteram indiſtincte. Ex quo mani-
feſte patet ꝙ demonſtratis quibuſcunq̄ duobus con-
tradictorijs ſingularibus de futuro hec particularis
ſecundum philoſophum eſt vera / altera harum dua-
rum eſt vera ⁊ tamen nulla eius ſingularis eſt vera ita
ꝙ nõ cõtingit dicere hec eſt vera / ſiue hec ſiue illa de-
mõſtratur. Et ſimiliter hec particularis eſt vera alte-
ra iſtarũ eſt falſa ⁊ tamen non habet aliquam ſingula-
rem veraȝ q̄m non querit vere dici hec eſt falſa ſiue de-
monſtretur affirmatiua ſiue negatiua. Et Ockã in lo-
gica in tractatu de ypotheticis dicit ꝙ Ariſtoteles de-
bebat cõcedere aliquã diſiunctiuã eſſe verã ⁊ neceſſa-
riã ⁊ tamen dixiſſet ꝙ nulla eius pars eſſet vera accep-
ta enim hac diſiunctiua nauale bellũ erit cras vel nul-
lum nauale bellum erit cras illam debebat concedere
Ariſtoteles eſſe neceſſariã ⁊ tamen dixiſſet ꝙ nec affir-
matiua fuiſſet vera nec negatiua. Et ſi dicãt aliqui ꝙ
non eſt veriſimile Ariſtotelẽ ſic erraſſe cũ multa incon-
uenientia ſequantur ex hac opinione Ad hoc reſpon-
det Gregorius dicens ſe multũ mirari quomodo ali-
quis intelligens putet Ariſtotelem illud non ſenſiſſe
maxime cum non appareat in textu Ariſtotelis oppo-
ſitum poſtea dicit ꝙ hoc non eſt Ariſtotelem excuſare
ſed potius ſecundum veritatem accuſare eo ꝙ ſeque-
la incõuenientium ex ſua opinione non eum illud nõ
ſenſiſſe ſed nõ debuiſſe ſenſiſſe conuincat nec vt dicit mi-
randum ipſum ſic erraſſe cum in pluribus alijs turpiſ-
ſime errauit ⁊ in aliquibus ſibi cõtradixit. Poſtea gre-
gorius ad longũ impugnat hãc opinionẽ Ariſtotelis
Sed eius impugnationes non recito eo ꝙ procedũt
ex falſo fundamento. Et ſine dubio neſcio quid debe-
am ſentire de viris tam literatis ꝙ dicunt Ariſtotelẽ
ſic erraſſe. Et magis miror de modernis Theologis q̄
in hanc eandem quoq̄ conueniunt ſententiam Petr⁹
de Aliaco queſtione vndecima queſtione prima i ſuo
De aliaco primo approbat ſententiam Ockam ⁊ Gregorij Ali-
qui aũt moderni logici aliter ſentiunt ⁊ dicunt ꝙ Ari-
ſtoteles non negaſſet qui cuiuſlibet cõtradictionis de
futuro contingenti vna pars eſt vera ⁊ altera falſa ita
ꝙ demonſtrata affirmatiua verũ eſt dicere ꝙ ipſa eſt ve-
ra vel demõſtrata negatiua verũ ẽ dicere ꝙ ipſa eſt ve-
ra. Sed nullius talis contradictionis vna pars eſt de-
terminate vera determinatione de neceſſario hoc eſt
dicere nulla propoſitio de futuro contingenti ẽ neceſ-
ſaria ⁊ ita vt dicunt aliud eſt dicere hec propoſitio eſt
vera ⁊ hec propoſitio eſt determinate vera. Sed et de
iſtis logicis etiam ſupra moduȝ admiror eſt enim gloſa
eorum textui diſſona ⁊ ideo ludibrio digna. Manife-
ſtum enim eſt ꝙ Ariſtoteles intendebat dare diſcrimẽ
inter contradictorias de preterito ⁊ de preſenti ⁊ con-
tradictorias de futuro. Sed clarum eſt ꝙ acceptis cõ-
tradictorijs contingentibus de preſenti ⁊ alijs contra-
dictorijs contingentibus de futuro quemadmodum
nulla pars contradictionis in illis de futuro eſt deter-
minate vera determinatione de neceſſario ita nulla
pars contradictionis in illis de preſenti eſt determi-
nate vera determinatione de neceſſario et per conſe-
quens nullum erat diſcrimen inter illas de preſenti ⁊
illas de futuro. Sed circa ea que dicũt Ockam ⁊ gre-
gorius ſufficienter non valeo admirari quomodo di-
cant tantum philoſophum taliter aberraſſe. Ea eniȝ
que ſibi imponũt nec ex eius textu nec aliquo alio paſ-
ſu trahere poſſunt. Sed q: non ſane eius textum in-
telligebant ⁊ eius modũ procedendi ideo in hos erro-
res inciderunt. Propter ſimilẽ cauſaȝ omnino ⁊ iſti lo-
gici teſte Boetio arbitrabantur et falſe quidem illaȝ
fuiſſe mẽtem philoſophi quã nunc explicuit ipſe Gre-
gori⁹ vnde vt dicit boeti⁹ putabãt ipſi ſtoici Ariſtote-
lem velle dicere ꝙ vtraq̄ nec vere nec falſe ſint ſed il-
lud non voluit ſed ꝙ vna quidem ipſarũ quelibet aut
vera aut falſa eſt non tamẽ q̄admodum in preteritis
definite nec q̄admodum in preſentibus. Sed voluit
ariſtoteles vt dicit Boetius enunciatiuarum vocum
duplicem eſſe naturam / quarum quedaȝ eſſent in qui-
bus non modo verum ⁊ falſuȝ inueniretur / ſed in qui-
bus etiam vnam eſſe definite veram alteram definite
falſam. In alijs vero vna quidem vera altera falſa ſed
indefinite ⁊ commutabiliter ⁊ hoc per ſuam naturam
non ad noſtram ignorantiam atq̄ noticiam Paralo-
giſati autem ſunt ⁊ Ockaȝ ⁊ Gregorius ⁊ omnes alij
qui dicunt Ariſtotelẽ aberraſſe quoniam credũt Ari-
ſtotelem per totum caput non ſolum diſputatiue ſed
aſſertiue procedere quod falſum eſt immo vſq̄ ad illã
partem Igitur eſſe quod eſt quando eſt que eſt ſecun-
da pars capitis vt diximus in expoſitione textus ſo-
lum diſputatiue ⁊ non aſſertiue ꝓcedit. Et ab illa par-
te vſq̄ ad finem capituli ponit opinionem propriam
ſicut bene declarat Egregius ille Ariſtotelici textus
expoſitor Boetius ⁊ ſimiliter Beatus. Thomas in cõ-
mentarijs ſuis ſuper iſto capite. Et miror de Grego-
rio ꝙ non attentius conſiderauit hec verba philoſo-
phi / omne quideȝ vel non eſſe omne neceſſe eſt ⁊ futu-
rum eſſe vel non / non tamen diuidentem dicere alteȝ
neceſſariũ / per qd̓ dicit Boetius nihil aliud voluit q̄
ꝙ acceptis talibus duabus contradictorijs ſocrates
lecturus eſt cras ſocrates non lecturus eſt cras vel af-
firmatiua eſt vera vel negatiua ſed nullus põt diuide-
re ⁊ reſpondere quoniam vera eſt lecturũ eum eſſe vel
certe quoniam eſt vera non eum eſſe lecturuȝ ⁊ hoc ꝓ-
pter ipſarum rerum variabilem ⁊ indefinitũ prouen-
tũ. Et ꝙ iſtud ſit de mẽte Ariſtotelis bene innuit Ar-
giropilus in ſua trãſlatione vbi habeẗ hec particula
diſtincte / ꝑ quã idẽ vult qd̓ Boeti⁹ ꝑ hãc definite. Et
nõ poſſum admirari de Gregorio quomõ allegat boe-
tium ⁊ non aliter vidit expoſitionem Boetij tam in ſe-
cunda editione q̄ in prima ſi illã recte inſpexiſſet non
impoſuiſſet ariſtoteli illud qd̓ ei imponit vel aliud ab
amore veritatis inquirẽde eũ mouit ad ita loquendũ.
Dico igiẗ ꝙ ille concluſiones que nec ſunt Ariſtotelis
nec ad ei⁹ mẽtẽ nec eas ꝓbauit nec niſus ẽ ꝓbare. Si
eas ꝓbare voluiſſet clarius eas ꝓbaſſet ⁊ ſuccinctius

Et oppoſitum prime concluſionis cõceſſiſſet Ariſtoteles puta ꝙ omnis propoſitio ſingularis de futuro ⁊ in eſſe de ſimplici predicato affirmatiua vel negatiua eſt vera vel falſa imo ſimpliciter ſine aliqua gloſa conceſſiſſet ꝙ oīs ꝓpoſitio ſingularis de futuro ſiue ſubiectū eius eſſet ſimplex ſiue nõ eſt vera vel falſa nec illam concluſionem intẽdebat probare philoſophus ſ; ſicut dicit Boetius ipſe Ariſtoteles nõ eſſe affirmationes ⁊ negationes veras vel falſas definite ꝓbare cõtẽdit vñ eſt hec cõditiõalis falſa ſi oīs affirmatio vel negatio vera eſt vel falſa omne neceſſe eſt vel eſſe vel nõ eſſe ſ; hec cõditionalis eſt vera ſi oīs affirmatio vel negatio vera vel falſa eſt definite omne neceſſe eſt vel eſſe vel nõ eſſe. Fateor tamen ꝙ ſemper veritatem ꝓpoſitionis cõcomitatur eſſe rei ſic videl; ꝙ ſemper eſt vel non eſt ſicut propoſitio enunciat ſi eſt vera quonia; vt dicit philoſophus ab eo ꝙ res eſt vel non eſt oratio dicitur vera vel falſa. ꝙ autem philoſophus trahat exẽplum a preſentibus hoc eſt ad ꝓbandum ꝙ ſicut quelibet enunciatio de preſenti eſt vera vel falſa ē ita quelibet de futuro ⁊ ita Gregorius credens adducere ꝓbationem pro concluſione adducit eius improbationem. Et quando gregorius teſtimonium boetij adducit vellem ꝙ eius verba fideliter recitaſſet. Unde boetius ſuper illo paſſu. Et ſi eſt albun vel non eſt album verum eſt vel affirmare vel negare libro tertio editionis ſecunde ita inquit. Poſtea hac conditione ſi omnis affirmatio definite vera eſt vel falſa omnia ex neceſſitate euenire hanc ipſam rerum ipſarum ⁊ propoſitionum conſequentiam ⁊ ſimilitudinē philoſophus monſtrare contẽdit dicens. Si verum eſt dicere quoniam eſt albū vel non albu; neceſſe eſt albū eſſe vel nõ albū ⁊ ſi eſt albū vel non albū verū eſt affirmare vel negare/ ⁊ ſi nõ eſt mentitur ⁊ ſi mentitur non eſt ⁊c. Huius aũt rei ex preſentibus exempla ſumit nam ſicut ſe habent ſecundum neceſſitatem in preſenti tempore enunciationes ita ſe habẽt ⁊ in futuro. Speculemur igitur ⁊ in preſenti que ſit reru; propoſitionumq; neceſſitas. Si qua enim ꝓpoſitio de qualibet re dicta vera eſt illam rem quam dixit eſſe neceſſe eſt. Si enim dixerit quoniã nix alba eſt ⁊ hoc verū eſt veritatem ꝓpoſitionis ſequitur neceſſitas rei neceſſe eſt enĩ niuẽ eſſe albam ſi propõ que de eadem re predicata eſt vera eſt. ꝙ ſi dixeris quis non eſſe albam picem ⁊ hec vera eſt. Manifeſtum quoq; rem propoſitionis conſequi veritatem. Amplius quoq; ⁊ propoſitiones rerū neceſſitatem ſequunt̄. Si enim eſt aliqua res verū eſt de ea dicere qm̃ eſt/ ⁊ ſi nõ eſt aliqua res verum eſt de ea dicere qm̃ nõ eſt ita ſecundum veritatem affirmatiõis vel negationis neceſſitas rei ſubſtãtiã ſequit̄ ⁊ rerū neceſſitas propoſitionum comitatur neceſſitatem atq; hoc q̃dem in veris in falſis quoq; ide; eſt contrario nã ſi falſa eſt affirmatio/ re; de qua loquitur nõ eſſe neceſſe ē vt ſi falſa eſt affirmatio que dicit picē eſſe albam nõ eē alba; picē neceſſe eſt rurſus ſi falſa eſt negatio que dicit niuem non eſſe albam niuem eſſe albam neceſſe eſt rurſus ſi nõ ē res affirmatio quoq; de eadē re neceſſario falſa eſt. Qꝺ ſi rurſus res nõ ſit id qꝺ poteſt dicere falſa negatio ſine vlla dubitatione illa negatio falſa ē ⁊ hoc eē neceſſe eſt vt quoniam de niue põt dicere falſa negatio quoniam alba nõ eſt/ hoc ipſum quod falſa negatio dicit. i. albam nõ eē nõ eſt. Nix enĩ nõ alba non eſt. Quare rerum neceſſitati falſitas vtraq; conuertitur nam ſi eſt aliquid vere de eodem dicitur quoniã eſt ⁊ ſi vere dicitur illam rem de qua vere dicitur aliquid eſſe neceſſe eſt/ ꝙ ſi non eſt id quod dicitur falſa enũciatio eſt/ ſi enũciationes falſe ſunt res nõ eē neceſſe eſt. Et ſubiungit Boetius ꝙ ſi oīa hec vera ſunt ⁊ omnis affirmatio vel negatio definite eſt vera vel falſa nihil fieret a caſu neq; libera voluntate. Ex quib⁹ verbis boetij manifeſte patet ⁊ primam ⁊ ſecunda; cõcluſiones Gregorij nõ dixeri; Ariſtotelis eſſe falſas ⁊ Gregorius allegat boetium in prima editione vbi ipſe eandem ſententiam habet cum iſta nunc poſita nõ tamen fideliter dicit enim. Si verū eſt definite de qualiber re dicere quoniam erit/ illam rem ſine dubio futuram eſſe neceſſe eſt/ ⁊ vt non fiat non poteſt euenire verum enim eſt dicere de ea quoniam futura eſt nec verum de ea/ quoniam futura eſt/ poterant dici niſi eã fore eſſet neceſſe quare ſi in omni affirmatione ⁊ negatione aut affirmatio aut negatio in futurum definite vera vel falſa eſt neceſſe eſt vel qꝺ ab affirmatione vera definite vel qꝺ a negatione dicitur euenire. Ex quibus omnibus concludo ꝙ philoſophus ſolum intendebat probare bonitatē huius conſequētie. Si omnis affirmatio vel negatio de futuro eſt definite vera vel falſa omnia de neceſſitate euenirent ⁊ licet non expreſſe ponatur ly definite in antecedente illius conditionalis hoc non arguit/ quoniam in ſecunda parte huius capitis expreſſe dicit quamlibet enunciationē de futuro contingenti veram eſſe vel falſam ſed nõ definite. Et breuiter vt prolixitatē verborū euitē dico ꝙ Gregorius in hoc eſt falſus ꝙ aliud eſt dicere enũciationem eſſe veram vel falſam ⁊ dicere eam eſſe definite verã vel falſa;. Et ita neutra illarū concluſionū eſt de mente Ariſtotelis. Et vbi gregorius dicit ꝙ in illo paſſu At vero quoniã neutrum eſt Ariſtoteles nititur probare illam ſecundam concluſionem falſum eſt. S; ibi nititur probare vt dicit boetius ꝙ ſicut in contradictoria propoſitionū oppoſitione vtraſq; veras non fieri poteſt vt quiſq̃ inuenire valeat ita nec vtraſq; falſas fieri poteſt vt inueniat. Ex omnib⁹ his cõcludere poſſent Boetius ⁊ Sanctus thomas Ockam ⁊ Gregori⁹ ⁊ pleroſq; alios Theologos turpiter aberraſſe ꝙ nõ aliter intellexerint mentē Ariſtotelis. Ego autē concludo Ariſtotelē ſubtiliſſime fuiſſe locutu; de hac materia futurorum contingentium. Conceſſiſſet eni; deum habere ſcientiam omniū futurorum contingentium ⁊ quamlibet propoſitionem de futuro contingēti eſſe veram vel falſam nullam tamen definite veram vel falſam. ⁊ licet eius cõmentator Auerroys ⁊ etiam Tullius negauerint a deo omnem preſcientiã futurorū immo qꝺ magis ē ſcientiã alicuius alterius ab ipſo deo hoc tamen nõ dixiſſ; Summus ille philoſophus Ariſtoteles. Cum dicat cognoſcibilia excedere nõ cognoſcibilia in ꝑfectione ⁊ magis cognoſcibilia min⁹ cognoſcibilia dicit enĩ ipſe philoſophus ſenſu; viſus alios nobilitate antecedere ipſumq; magis eē diligēdū q: plures rerū differētias nobis oſtēdit. Cū igitur primū motorē oīa alia excedere in ꝑfectiõe fateat̄ conceſſiſſet ipſm plura cognoſcere q̃ q̃cūq; alia entia ⁊ diſtinctius ⁊ perfectius. Aperiendū eſt igitur propoſitu; noſtrū reſecatis his falſis opinationibus quid intelligere debeamus per ꝓpoſitionem determinate veram ſeu determinate falſa;. Circa qꝺ dupliciter reſpõdeo Primo ſic illa ꝓpoſitio dicitur determinate vera que ſic ſe habet ꝙ poſtq̃ eſt vera nõ põt ita eē qui illa fuiſſet vera vnde ſorte currente iſta ē determiñate vera ſortes currit quonia; nunq̃ poſtea poterit ita eſſe ꝙ illa nunq̃ fuiſſet vera. Et hoc explicant alij ſub aliis verbis hoc pacto illa propoſitio eſt determiñate vera que eſt vera ⁊ ſic ſe habet ꝙ ꝓpoſitio de preterito enũcians ipſam fuiſſe verã non eſt in poſterū falſificabilis. Secundo magis conformiter ad textum dico ꝙ ꝑ ꝓpoſi-

tionẽ determinate verã ſeu definite verã ſiue diſtincte qđ idem eſt nihil aliud intellexit philoſophus ꝙ propoſitionez cui euidenter poſſumus aſſentire vt clariſſime patet ex illo verbo eius. Eſſe quidem vel nõ eſſe omne neceſſe eſt ⁊ futurum eſſe vel non/ non tñ diuidentem dicere alterũ neceſſariũ. Et quod etiam iſtud ſit de mente boetij manifeſtũ eſt aſpicienti. vnde dicit non autem oportet ignorare non eſſe ſimiliter contingentes has que dicunt ſocrates moritur et ſocrates non moritur. ⁊ illas que dicunt ſocrates morietur cras ſocrates non morietur cras. Ille enim ſuperiores omnino contingentes nõ ſunt ſed ſunt neceſſarie moritur em̃ ſocrates ex neceſſitate hec vero que tẽpus diffinitũ nec ipſe in numerũ cõtingentiũ recipiuntur idcirco ꝙ nobis quidem cras moriturũ eſſe ſocratem incertum eſt nature aũt incertum nõ eſt. Atq̧ ideo nec deo quoq̧ incertũ eſt qui ipſam naturã optime nouit ſed ille proprie cõtingentes ſunt que neq̧ in natura ſunt neq̧ in neceſſitate ſed aut in caſu aut i libero arbitrio aut in poſſibilitate nature. Ex quo enim huic propoſitioni ſocrates morietur euidenter aſſentire poſſum⁹ idcirco ipſa eſt dicenda determinate vera ſeu definite hunc aũt ſocrates cras moriet̃ nõ taliter aſſentire poſſumus et ideo non definite vera. Et propter ſimilem cauſaz licet hec ſit determinate vera homo curret nõ tamen iſta homo curret in a inſtãti vel y a ſit nomen diſcretum alicuius inſtantis. Et ex iſtis verbis boetij infero vnum correlarium qđ eſt ſumme notandũ in hac materia ꝙ aliud eſt dicere iſta propoſitio eſt cõtingẽs de futuro iſta propoſitio eſt de futuro contingenti. Et ſecunda propoſitio poſita quam ponunt communiter loquentes de rigore eſt falſa. Unde illa propoſitio dicitur contingens de futuro cuius copula principalis eſt de futuro ⁊ que non eſt neceſſaria nec impoſſibilis qualis eſt iſta ſocrates mouetur manifeſtum enim eſt ꝙ ſiue ſocrates ſit ſiue non ſit illa eſt contingens tamen ipſa nõ eſt de futuro contingenti cuz dicat Boetius ipſam eſſe definite veraz. illa vero ꝓpoſitio dicit̃ de futuro cõtingenti que nõ eſt neceſſaria nec impoſſibilis cuius copula principalis eſt futuri temporis ⁊ ſic ſe habet ꝙ poſtquã eſt vera nõ poteſt ita eſſe ꝙ nunꝙ̃ fuiſſet vera vt eſt hec ꝓpoſitio ſocratẽs pugnatur⁹ eſt cras vel hec antechriſtus erit. Ex quo infero correlarie ꝙ aliqua ꝓpoſitio ſingularis de futuro cõtingẽti eſt determiate vera ⁊ aliqua talis determinate falſa hec em̃ ꝓpoſitio eſt contingens de futuro iſte deus erit poſt hoc inſtãs qđ eſt demõſtrãdo vnũ inſtans futurũ ⁊ tamẽ nũc eſt determinate falſa ⁊ poſtea erit determinate vera. Secũdo infero concluſionẽ reſpõſiuã ad queſtionẽ propoſitam ꝙ contradictoriarũ ſingularium de futuro contingenti nulla pars eſt determinate vera aut determinate falſa correlariũ hoc clarũ eſt intellectis terminis ideo in ꝓbatione eius nõ inſiſto.

Contra predicta prĩo prĩcipaliter arguitur ſic aliqua ꝓpoſitio de futuro cõtingẽti ẽ determinate vera ⁊ non eſt maior ratio de vna ꝙ de alia igitur quelibet ꝓpõ de futuro cõtingenti eſt determinate vera conſequentia eſt clara ⁊ ꝓbatur aſſumptuz ⁊ accipio hanc ꝓpoſitionem antechriſtus erit et ſic arguo illa eſt determinate vera igit̃ ꝓbatur aſſumptus bene ſequitur. Illa propoſitio eſt vera igitur eſt determinate vera ꝓbo cõſequentiam vel illa ꝓpoſitio antechriſtus erit ſic ſe habet ꝙ neceſſe eſt ita eſſe ſicut ipſa ſignificat vel non. Si primũ ipſa eſt determinate vera. Si ſecundũ ſic arguo bene ſequit̃ nõ neceſſe eſt ita eſſe ſicut ipſa ſignificat ergo illa ꝓpoſitio poteſt non eſſe vera ⁊ tunc ſic arguo bene ſequitur illa propoſitio poteſt non eſſe vera ⁊ etiã poteſt eſſe vera igitur illa propoſitio poteſt incipere eſſe vera conſequentia ẽ bona ⁊ conſequens eſt falſum. Nã bene ſequitur illa propoſitio poteſt incipere eſſe vera igitur per primuz inſtans eſſe vel per vltimum non eſſe conſequens eſt falſum ꝓ vtraq̧ ſui parte primo hec eſt falſa hec propoſitio poteſt incipere eſſe vera per primũ inſtans ſui eſſe qr ex ea ſequitur ꝙ ſtat hanc propoſitionez eſſe veram ⁊ nõ immediate ante hoc fuiſſe verã qđ eſt impoſſibile ſuppoſita ſemper exiſtentia propoſitionis qm̃ ſi nunc eſt aliqua ꝓpoſitio de futuro vera ab eterno fuit vera ⁊ per idem probari põt ꝙ non poteſt incipere eẽ vera per vltimuz inſtãs non eſſe. Relinquitur ergo ꝙ illa propoſitio nõ poteſt incipere eſſe vera ⁊ cuz nunc ſit vera ſequitur ꝙ neceſſario ⁊ determinate eſt vera quod infert propoſitum.

Et confirmat̃ ⁊ pono caſum ꝙ ſortes nunc moueatur ⁊ ꝙ videã cum moueri iſto poſito accipio hanc ꝓpoſitionẽ ſortes mouebit̃ et ſic arguo illa propoſitio eſt de futuro contingenti ⁊ tñ eſt determinate vera quod ſic probo ⁊ volo ꝙ fiat iſta cõſequẽtia ſortes mouetur ergo ſortes mouebitur illa conſequentia eſt bona ſcita eſſe bona ⁊ euidenter aſſentio antecedenti: ergo ⁊ conſequenti euidenter aſſentio: et per conſequens ipſum cõſequens eſt determinate verum. Etiam ꝓpoſitio enuncians hanc propoſitionez ſortes mouebitur in caſu poſito fuiſſe verã non eſt de cetero falſificabilis. Si em̃ iſta eſſet falſificabilis hec fuit vera demonſtrando hanc ſortes mouebit̃ falſificabilis eſſet ⁊ iſta hec fuit vera demõſtrãdo hanc ſortes mouetur. ⁊ ita non eſſet illa ꝓpoſitio determinate vera ſortes mouetur quod eſt falſuz relinquit̃ ergo ꝙ illa propoſitio de futuro cõtingenti ſortes mouetur eſt determinate vera quod infert propoſitum.

Ad primũ prĩcipale in quo tangitur illa difficultas cõmunis vtrum aliqua propoſitio de futuro cõtingenti poteſt incipere eſſe vera reſpondeo per propoſitiones.

Prima ꝓpoſitio hec ꝓpoſitio antechriſtus erit nõ poteſt incipere eſſe vera probata eſt hec propoſitio inter arguendũ quoniam illa propoſitio non poteſt incipere eſſe vera per primũ inſtans eẽ nec per vltimum inſtans nõ eſſe ⁊ procedo ſemper preſuppoſita exiſtentia talis ꝓpoſitionis ⁊ eadem ſignificatione eius reſeruata vnde ſi illa ꝓpoſitio antechriſtus erit nũc eſt vera ſemper fuit vera ⁊ etiam ſi immediate poſt hoc erit vera nunc eſt vera.

Secũda ꝓpoſitio hec ꝓpoſitio antechriſtus erit bene poteſt mutari de veritate in falſitatem ſed nõ poteſt mutari de falſitate in veritatẽ prima pars propoſitionis probatur nũc illa propoſitio eſt vera vt ſuppono ⁊ poſt morẽ antechriſti erit falſa ſuppoſito ꝙ nunꝙ̃ reſurget igit̃ mutabitur de veritate in falſitatẽ ſed ꝙ nõ poſſit mutari de falſitate in veritatẽ ſic probo detur oppoſitum ⁊ ſic arguo bene ſequitur illa propoſitio mutabitur de falſitate in veritatem igitur illa ꝓpoſitio primo fuit falſa et poſtea erit vera ⁊ ex illo ſic arguo. Si illa propoſitio erit vera ab eterno fuit vera ⁊ per cõſequens non fuit falſa igitur non mutabitur de falſitate in veritatem.

Tertia propõ hec propoſitio antechriſt⁹ erit põt deſinere eẽ vera ⁊ incipere eſſe falſã ꝓbatur hec propõ in primo inſtãti non eſſe antechriſti illa

propoſitio deſinet eſſe vera cū in illo inſtāti ita erit ꝙ ip̄a nō eſt vera ⁊ immediate ante illud inſtās erit ita ꝙ ip̄a eſt vera ⁊ etiā in illo. inſtāti erit ita ꝙ ip̄a eſt falſa: ⁊ nō immediate ante illud inſtās erit ita ꝙ ip̄a eſt falſa: igiť in illo inſtāti deſinet eſſe vera ⁊ incipiet eē falſa. Hinc eſt ꝙ nō ſi falſum eſt dicere antexp̄m fore ab eterno falſum fuit dicere antechriſtum fore attamen ſi nunc verum eſt dicere antechriſtum fore ab eterno verum fuit dicere antechriſtum fore.

**Quarta propoſitio hec propoſitio** antexp̄s nō erit p̄t incipere eſſe vera probať hec ꝓpō dictū eſt in precedenti ꝓpoſitiōe ꝙ iſta propoſitio antechriſtus erit poteſt incipere eſſe falſa ⁊ in illo eodē inſtanti in quo illa incipiet eſſe falſa ſua contradictoria incipiet eſſe vera: igitur ⁊ breuiter oppoſito modo dicendum eſt de illa negatiua ⁊ de illa affirmatiua. ſicut affirmatiua bene poteſt mutari de veritate in falſitatem ſed non de falſitate in veritatem ita illa negatiua mutari poteſt de falſitate in veritatē ſed non de veritate in falſitatem.

**Quita propoſitio licet hec propoſitio** antechriſt⁹ erit currēs nō poteſt incipere eſſe vera. Iſta tñ pōt incipere eſſe vera antexp̄s erit oīe currens: poſito eñ caſu ꝙ multa erūt currētia anteq̄ naſceť antexp̄s ⁊ ꝙ etiā qn̄ꝗ ſint multa currētia cū eo ꝗ tñ poſtea deſinet oīno eſſe ⁊ ꝙ maneat antexp̄s currēs ſolus ⁊ nunꝗ̄ poſtea ſit aliquod currēs niſi ſolus antechriſtus tunc manifeſtū ē ꝙ illa propō antexp̄s erit oē currēs qn̄ꝗ incipiet eſſe vera. Et ex his ꝓpōnibus facilis patet reſpōſio ad argumētū principale. Uñ breuiter cōcedo ꝙ iſta propoſitio antechriſt⁹ erit eſt vera non tamen neceſſario eſt vera ⁊ fateor ꝙ pōt nō eſſe vera ⁊ nego iſtam ꝯñam hec propō antexp̄s erit pōt non eſſe vera ⁊ pōt eſſe vera ergo poteſt incipere eſſe vera. Forte dicis ad minus bene ſequitur hec ꝓpō nūc non eſt vera ⁊ immediate poſt hoc pōt fore vera ergo p̄t incipere eſſe vera. Ad iſtud reſpōdent Gregorius de arimino Petrus de alyaco ⁊ multi aliȷ̄ ꝙ illa ꝯña nō valet ⁊ ratio eſt q2 in antecedente includuntur exponētes cōſequētis q2 tñ illud verbū pōt vel ille mod⁹ poſſibile nō precedit in antecedente niſi alterā illarum exponentiū ⁊ in ꝯñte precedit illū infinitiuū incipere ⁊ ſic equiualenter precedit vtrāꝗ exponentem cōſequētis ideo per añs nō denotať ꝙ copulatiua de ineſſe cōpoſita ex illis exponentibus poſſit eſſe vera ſed ſolum ꝙ vna illarū ſcȝ iſta hec erit vera ſed in cōſequente denotatur ꝙ tota copulatiua poſſit eſſe vera. Et ſi petas qualiter iſta propō ſit exponenda reſpōdet petrus de alyaco ꝙ hoc pacto poſſibile eſt ꝙ hec nō nunc eſt vera ⁊ immediate poſt hoc erit vera ſic tñ ꝙ antecedens ſumatur in ſenſu ꝯpoſito ⁊ denotet copulatiuā eſſe poſſibilem. Sed iſtud nihil valet peto eñ ab eis vtrū hāc propoſitionem hec propoſitio poteſt incipere eſſe vera capiant in ſenſu compoſito vel in ſenſu diuiſo clarum eſt ꝙ non in ſenſu compoſito qm̄ tunc ly pōt non determinaret iſtum infinitiuum incipere ſed determinaret totam propoſitionem etiā ſi illa caperet in ſenſu compoſito tunc ipſa nō eſſet exponibilis ſed officiabilis oportet igitur ꝙ hanc propoſitionem hec propō poteſt incipere eſſe vera capiant in ſenſu diuiſo ⁊ ex illo ſic arguo bene ſequitur illa propoſitio eſt de ſenſu diuiſo igitur non debet exponi per vnam de ſenſu cōpoſito ⁊ per conſequens male illam propoſitionē exponunt primam conſequētiam ſic probo. Omnis modalis diuiſa ſeclūdo inſtātias cōmunes eſt neceſſaria vel impoſſibilis: modales aūt cōpoſite ſunt contingētes: igitur modalis diuiſa non recte exponitur per modalem compoſitā. Aliter ergo reſpōdeo ꝙ iſta propoſitio de ſenſu diuiſo: hec propoſitio poteſt incipere eē vera non eſt exponenda ſed eius veritas eſt regulāda per ſuam de ineſſe que quia eſt impoſſibilis ideo ⁊ illa de ſenſu diuiſo impoſſibilis eſt.

Gregori⁹ de arimino. De alyaco

**Cōtra hāc ſolutionē arguitur ſic** iſta poteſt incipere eſſe vera antechriſtus erit igiť ſolutio nulla: probatur aſſumptum bene ſequitur iſta propoſitio antechriſtus erit in hoc inſtāti quod eſt poteſt incipere eſſe vera ergo ⁊ iſta antechriſtus erit: conſequētia tenet quia equalis ratio omnino videtur de illis duabus ⁊ antecedens ſic probo ⁊ volo ꝙ demonſtretur inſtans medium vite antechriſti tunc ſic arguo illa propoſitio poteſt eſſe vera cū ſua de ineſſe ſit poſſibilis immo ſua de ineſſe erit vera in illo inſtāti ⁊ tūc ſic arguo bene ſequitur illa propoſitio poteſt eſſe vera ⁊ non ante illud inſtans nec poſt illud inſtans: igiť ſolum pōt eſſe vera in illo inſtanti ⁊ tunc ſic illa poteſt ſolum eſſe vera in illo inſtanti: igitur in illo inſtanti incipiet eſſe vera ⁊ per conſequēs illa propoſitio poteſt incipere eſſe vera quod erat probandum.

**Ad hoc argumentū reſpondetur** ꝙ iſta propoſitio eſt diſtinguēda añchriſt⁹ erit in hoc inſtāti qd̄ eſt qm̄ vl' ly qd̄ eſt capitur p̄ncipialiter ⁊ ſic illa propō eſt vera ⁊ equiualet huic añchriſtus erit in hoc inſtāti exiſtēti ⁊ nego ꝙ illa poſſit incipere eſſe vera imo añ illud inſtās demonſtratū ip̄a erit vera ⁊ ab eterno ipſa fuit vera Si ly qd̄ eſt capiať pure reſtrictiue tūc ego nego ꝙ iſta poſſit incipere eē vera imo ip̄a eſt impoſſibilis Et ad ꝓbationē quā adducis de ſua de ineſſe dico ꝙ male ponis eā ineſſe ſed de ineſſe eius dāda eſt hoc pacto ſortes eſt in hoc inſtāti qd̄ fuit vt illa copula de p̄terito importet illud tēpus qd̄ importat illa copula minus principalis quod eſt.

**Sed cōtra hanc ſolutionē arguiť** ſic illa propō añchriſtus erit in hoc inſtāti qd̄ eſt bñ pōt incipere eſſe vera igiť ſolutio data eſt nulla ꝓbať aſſumptū ⁊ pono caſum ꝙ illud inſtās qd̄ erit mediū vite añchriſti qd̄ erit de hinc ad mille annos ꝓduceť die craſtina volo tñ ꝙ craſtina die nō erit añchriſtus iſto poſito ſic arguo. Craſtina die qn̄ illud inſtās erit iſta propō erit vera añchriſt⁹ erit in hoc inſtāti qd̄ eſt et nunꝗ̄ añ illud inſtās erit illa propō vera ⁊ per ꝯñs cras incipiet illa propō eē vera ⁊ per ꝯñs p̄t incipere eſſe vera nec vȝ dicere reproductionē inſtātis non eſſe poſſibilē qm̄ neſcis dare ꝯtradictionē ꝗ ad illō ſequeretur Propterea dico ꝙ naturaliter ꝓcedēdo nō p̄t illa ꝓpō incipere eē vera ſȝ ſupnaturaliter argumentū probat ip̄am poſſe incipere eē verā. Et ſi dicas dicunt cōiter loquētes ꝙ ꝓpōnes affirmatiue de futuro contingēti in quib⁹ nō poniť diſtributio nō p̄ñt incipere eſſe vere / ꝓpō aūt data eſt de futuro ꝯtingēti in qua nō poniť diſtributio igiť propō data nō p̄t incipere eē vera. Ad hoc dico ꝙ bñ verū eſt ꝙ cōiter loq̄ntes illud dicūt ſȝ nego dictū eorū vliter eē verū Si ſortes ⁊ plato eſſent nūc eq̄les vterꝗ ſex pedū ⁊ manerēt equales per totū hūc diē ꝙ cras in a inſtāti inciperet plō diminui ſorte nō aucto nec diminuto tūc iſta propō eſt ſtā ⁊ negāda ſortes hēbit maiorē q̄ntitatem ꝙ hēbit plato ⁊ manebit falſa vſꝗ ad a inſtans excluſiue et in a inſtanti incipiet eſſe vera vt conſtat ex caſu. Et ſi dicas ꝙ hoc non obuiat cōi dicto logicorū eo ꝙ equalenter in illa ꝓpōe ponitur diſtributio poſtꝗ̄ diſtribuiť tp̄s importatū p copulā minus principalē hoc adhuc nō ſaluat eorū dictū qm̄ facile eſt dare vnā ꝓpōnē ſingu

ſarem de futuro cōtingēti vbi nulla ponit᷑ diſtributio nec formaliter nec equalēter ⁊ tn̄ illa ꝓpō pōt incipere eſſe vera qꝺ ſic faciliter oñdo maneat hec ꝓpō ſcripta antexp̄s erit hō q̄ eſt vſqꝫ ad primū inſtans eſſe antixp̄i ſi aliquod ſit tale quod erit a tūc illa ꝓpoſitio ſcripta eſt de futuro cōtingenti in qua non ponitur diſtributio formaliter aut equiualenter ⁊ tamē manebit falſa vſqꝫ ad a inſtanti: ⁊ in a inſtanti incipiet eſſe vera. Et per conſequens illud eorum dictum veritatem nō vſquequaqꝫ cōtinet ⁊ ſi debeat aliquo pacto habere verum debet intelligi de propoſitionibus de futuro cōtingenti de extremis omnino ſimplicibus.

¶ **Ad confirmationē reſpōdetur ab** aliquibus ꝙ non eſt incōueniens ꝙ alicui propoſitiōi de futuro cōtingenti poſſumꝰ euidēter aſſentire ⁊ hoc quū ſimul ſue de pñti euidenter aſſentimꝰ ſꝫ ſi nō aſſentiremus euidenter illi propōni de preſenti nō euidenter aſſentiremus propoſitioni de futuro ⁊ ſic aſſentiendo illi de futuro aſſenſu euidēti opꝫ ſimul ⁊ ſemel ſue de preſenti ſimili aſſenſu aſſentire. tn̄ propoſitioni de preſenti poſſumꝰ taliter aſſentire nulli de futuro aſſētiendo ⁊ in hoc vt dicunt conſiſtit punctū diſcriminis. ¶ Sed cōtra iſtos ſic arguo poſſibile eſt ꝙ aliquis euidenter aſſentiat huic propōni ſortes mouebitur abſqꝫ hoc ꝙ aſſentiat huic ꝓpoſitioni ſortes mouet᷑ ⁊ ip̄a eſt de futuro contingenti ⁊ per ꝯñs euidenter poſſumus aſſentire alicui ꝓpoſitioni de futuro ꝯtingenti abſqꝫ hoc ꝙ aſſentiamus eius de pñti ⁊ per ꝯñs ſolutio nulla. ꝓbatur aſſumptū aſſenſus iſtarū duarum ꝓpoſitionum ſortes mouet᷑ ſortes mouebitur realiter diſtinguūtur ⁊ nullā habent a ſeinuicē dependētiā ꝓpter quaꝫ vnus illoꝝ aſſenſuū non poſſit eſſe abſqꝫ alio igit᷑. Si poſſumus euidēter aſſentire illi de pñti nō aſſentiēdo illi de futuro etiā poterimus aſſentire euidēter illi de futuro nō aſſentiēdo illi de p̄ſenti. Et ſine dubio eque bene videtur eſſe dicendū ꝙ nō poſſumus aſſentire illi de p̄ſenti quin aſſentiā illi de futuro ſicut dicūt ꝙ nō poſſum aſſentire illi de futuro quin aſſentiā illi de preſenti immo ſi aſſentiā illi de pñti ⁊ ſcio illā de futuro in cōſequentia euidēti inferri ex illa de pñti ſequit᷑ ꝙ debeo aſſentire illi de futuro. ¶ Scḋo ſic arguo ſtat bene ꝙ euidēter aſſentiā huic hoc mobile mouebitur: ⁊ tn̄ non aſſentiā euidenter huic hoc mobile mouetur igitur iſti male dicūt me non poſſe aſſentire illi de futuro quin tali aſſenſu aſſentiā illi de preſenti ꝓbatur aſſumptū volo ꝙ ſurſum emittatur ſagitta dicunt cōiter loquētes ꝙ in puncto reflexiōis quieſcit etiā q̄te temporanea ⁊ dū ſurſum emittit᷑ habeam duos aſſenſus vnū quo aſſentiā huic hoc mobile mouebit᷑. Aliū quo aſſentiam illi de pñti clarū eſt ꝙ quādo illud mobile quieſcit in puncto reflexionis aſſenſus quo aſſentio huic hoc mobile mouetur nō eſt euidens ⁊ tn̄ aſſenſus quo aſſentio huic hoc mobile mouebit᷑ eſt euidēs cum ſequatur hoc graue eſt extra ſuum locum naturalem mediū per quod oꝫ moueri minoris eſt reſiſtentie ꝙ illud mobile actiuitatis ⁊ nullū eſt ibi prohibēs igitur illud mobile mouebit᷑ deorſum: iſta ꝯña eſt euidēs ⁊ euidēter aſſentio toti añti igit᷑ ⁊ euidenter ꝯñti aſſentio. Et ita clariſſime habet᷑ euidenter me poſſe aſſentire illi propōni de futuro nō aſſentiendo ſue de p̄ſenti. ¶ Tertio ſic arguo cōtra iſtos ſocrate exiſtente in rerum natura ego poſſum euidenter aſſentire huic propōni de futuro contingenti ſocrates moriet᷑ abſqꝫ hoc ꝙ aliquo pacto aſſentiā ſue de preſenti ⁊ per ꝯñs hic modus dicēdi nullo pacto continet verū. Dico igitur ⁊ in iſto eſt ſtanduꝫ non obſtantibus quibuſcunqꝫ dictis cōiter loquētium ꝙ aliquā aliqua propoſitio eſt de futuro cōtingenti ⁊ poſtea non eſt de futuro cōtingenti verbigratia iſta propō ſocrates morietur loquēdo de aliquo qui nondū eſt productus anteq̄ ipſe eſt in rerū natura illa propoſitio eſt cōtingens de futuro ⁊ etiā eſt propō de futuro ꝯtingenti ſed poſtq̄ ille ſocrates erit ꝓductus in rerū natura iā illa propō ſocrates morietur bene eſt adhuc cōtingens de futuro: ſed nō amplius eſt de futuro cōtingenti cū prius dictū eſt ſm Boetiū ip̄am eſſe definite verā. Etiam quocunqꝫ inſtāti vite ſocratis accepto in quolibet tali ip̄a eſt vera ⁊ falſum eſt dicere ꝙ poſt illud inſtans poſſet eē ita ꝙ illa propoſitio nunq̄ fuiſſet vera ⁊ ita in nullo inſtāti vite ſocratis illa propoſitio eſt de futuro contingēti Et iſtud vult Boetius cuꝫ dicit ille proprie contingētes ſunt que neqꝫ in natura ſunt neqꝫ in neceſſitate ſꝫ aut in caſu aut in libero arbitrio aut ī poſſibilitate nature. Et declarat hoc ad longū exemplis que breuitatis cauſa omitto. Eodēmō dico ꝙ ſtat bene ꝙ iſta propoſitio hoc mobile mouebitur primo ſit de futuro cōtingenti ⁊ poſtea nō ſit de futuro cōtingenti: maneat tn̄ ſemper de futuro cōtingens. Anteq̄ illud mobile ē in rerū natura illa propoſitio hoc mobile mouebitur eſt de futuro ꝯtingenti. Etiaꝫ dato ꝙ illud mobile ſit in reruꝫ natura ⁊ quieſcat in ſuo loco naturali adhuc illa eſt de futuro cōtingēti. Sed quū illḋ mobile nō ē extra ſuū locū naturalē ⁊ non eſt aliquod prohibēs eiꝰ motū lꝫ illa ꝓpoſitio ſit de futuro ꝯtingens nō tn̄ eſt de futuro ꝯtingenti immo illa propō eſt neceſſaria neceſſitate phiſica ſicut iſta ſocrates moriet᷑. Eodēmodo dico ꝙ iſta ſortes erit anteq̄ ſortes eſt in rerū natura eſt de futuro contingēti nec eſt definite vera ſꝫ ſi ſit in rerū natura nō amplius eſt de futuro ꝯtingenti immo tunc ei poſſumus euidēter aſſentire. Nā iſta cōſequentia eſt euidenter ſcita eſſe bona ſortes eſt ergo ſortes erit. ſorte aūt exiſtente in rerum natura euidenter aſſentimꝰ antecedenti igitur ⁊ ꝯñti euidēter aſſentimus. Et iſta ſumme puto eſſe notāda pro vera intelligentia huius materie futuroꝝ contingentiuꝫ ex quibus clara patet ſolutio ad confirmationem.

¶ **Secundo principaliter arguitur** ſic ſi ea que dicta ſunt eſſent vera ſequeret᷑ ꝙ ideꝫ eſſet iudiciū de propoſitionibꝰ ſingularibus de futuro cōtradictorijs ⁊ de propoſitionibꝰ cōtradictorijs de preſenti contingenti cuius oppoſitū determinat philoſophus: ſequelam tamen ſic probo ⁊ accipio vnā hoſtiā conſecratā quam tamē neſcis eſſe conſecratam deinde accipio iſtas duas cōtradictorias hoc corpus xp̄i eſt ſub iſtis ſpeciebus hoc corpus chriſti non eſt ſub iſtis ſpeciebus ⁊ ſic arguo nulli illarum contradictoriaruꝫ potes euidenter aſſentire: immo quamuis ſcires illam hoſtiam eſſe conſecratam ſolum aſſenſu fidei aſſentires alteri earum ⁊ per conſequens quemadmoduꝫ datis duabus contradictorijs de futuro cōtingenti nulla earum eſt determinate vera aut falſa eo ꝙ nulli earum contingit euidenter aſſentire ita ⁊ duarum contradictoriarū de pñti nulla pars eſt determinate vera vel falſa ⁊ p ꝯñs nullū ē diſcrimē inter cōtradictorias de pñti ⁊ de futuro. Sed quia forte dices hoc argumētū nō militare cōtra Ariſtotelē qui miſterium ſacramēti eucharistie ignorabat iccirco alia via arguo ꝓcedēdo ſꝫ naturaliter ⁊ accipio iſtas duas cōtradictorias hec caliditas huiꝰ aque excedit in proportione dupla caliditatē huius hec caliditas huiꝰ aque non excedit in proportione dupla caliditatem huius nō eſt poſſibile ꝙ aliquo pacto euidenter ego aſſentiam alicui illarū

cõtradictoriarũ magis ꝙ alicui iſtarũ antechriſtꝰ erit vel antechriſtus nõ erit igitur eque bene eſt determinata veritas inter ꝯdictorias de pñti ſicut in cõtradictorijs in illis de futuro cõtingenti ⁊ per ꝯñs nõ bene dediſſet philoſophus diſcrimẽ inter illas de preterito ⁊ de preſenti ⁊ de futuro quod non eſt dicendum.

¶ **Et cõfirmatur aliqua eſt propoſitio** de futuro ꝯtingenti q̃ nec eſt vera nec falſa igiẗ vt dixit Gregoriꝰ q̃ fuerit mens phi probaẗ aſſumptũ et accipio hãc propõnẽ antexp̃s erit ⁊ peto a te an ſit vera vel falſa vel nõ. Si ſcõꝫ habeẗ propoſitũ. Si primũ maxime eſſet vera tũc ſic arguo bene ſequiẗ hec propõ eſt vera igiẗ ab eterno fuit vera ⁊ per ꝯñs ꝓpõ enuncians ipſam fuiſſe verã eſt vera: oĩs aũt propõ de p̃terito vera eſt neceſſaria igiẗ hec eſt neceſſaria hec propoſitio fuit vera. Et ſi ipa eſt neceſſaria ſequiẗ ꝙ nõ eſt poſſibile antexp̃m nõ fore ⁊ per ꝯñs antechriſtus de neceſſitate erit. et per conſequẽs illa ꝓpoſitio antexp̃s erit nõ erat de futuro ꝯtingẽti ſꝫ neceſſaria. Simili quoqꝫ argumẽto ꝓbabit nullã iſtarũ eſſe de futuro ꝯtingẽti io. tes moriturus ẽ cras nauale bellũ erit cras: imo oẽs tales eſſe neceſſarias ⁊ per ꝯñs dicẽdũ eſt vt dixit Gregorius nullam talem eſſe veram vel falſam.

¶ **Ad ſcõm principale dicitur negã**do ſequelã. Et ad illas duas cõtradictorias de p̃ſenti fateor ꝙ nulli euidenter aſſentiſſem ⁊ hoc nihil ꝯcludit cõtra mentẽ Ariſtotelis vt dictũ eſt inter arguẽdũ ⁊ tũc ad illas duas alias cõtradictorias fateor ꝙ non poſſumꝰ euidẽter aſſentire alicui illarũ ꝯdictoriarũ ⁊ rõ eſt q: intellectꝰ noſter nõ põt euidenter cognoſcere numerũ graduũ caliditatis demonſtrate ⁊ ideo ꝙ illi propoſitioni nõ poſſumus euidẽter aſſentire hoc prouenit preciſe ex parte noſtra ⁊ nõ ex parte illiꝰ propoſitionis. Sed datis duabꝰ cõtradictorijs de futuro cõtingenti cauſa quare nulli earum euidenter poſſimus aſſentire nõ eſt ex parte noſtri intellectus ſed ex parte illarũ ꝓpõnum quarũ euentus adeo variabilis ⁊ indiſeretus eſt ꝙ ꝓpterea nulli illarũ ꝓpoſitionũ euidenter poſſum aſſentire: poſſumus etiã dicere ꝙ cuilibet illarum ꝯtradictoriarũ aſſumptarũ cõtingit euidẽter aſſentire põt enim vnus angelus vni illarũ aſſentire. Et ex his facile eſt reſpondere ad argumentum quod poſſet fieri de iſtis duabus ꝯtradictorijs hec aſtra ſũt paria: hec aſtra non ſunt paria ſm etiam alium modũ exponendi quid ſit propoſitio determinate vera faciliter patet reſponſio ad argumentum: quibuſcunqꝫ ei duabus contradictorijs acceptis vna earum ſic ſe habet ꝙ poſtꝙ eſt vera non poteſt non fuiſſe vera ⁊ ꝓpõ enũcians illã fuiſſe verã nõ eſt decetero falſificabilis.

¶ **Sed cõtra hos dicendi modos ar**guo ſic poſſibile eſt dare duas ꝯtradictorias de p̃ſenti ⁊ nulli illarũ contingit euidenter aſſentire ⁊ defectꝰ nõ prouenit ex parte noſtri intellectus ſed ex parte illarũ propõnum queadmodum prouenit ex parte propõnũ de futuro ꝯtingentiũ ꝙ eis euidenter aſſentire nõ poſſumus ⁊ nõ ex parte noſtri intellectus: igiẗ prior ſolutio nulla ⁊ etiã quelibet illarũ ꝯtradictoriarũ ſic ſe habet ꝙ propõ de preterito enunciãs ipſam fuiſſe verã eſt in poſterũ falſificabilis ⁊ per conſequẽs iuxta ſecundũ dicendi modum nullã earum eſſet determinate vera ⁊ ita ſecundum nullum iſtoꝝ dicendi modorum ſaluabitur diſcrimen inter contradictorias de preſenti ⁊ de futuro: conſequentia eſt manifeſta ⁊ probo aſſumptum ⁊ accipio iſtas duas cõtradictorias de futuro antechriſtus erit antechriſtus non erit ⁊ arguo ſic nulli earũ euidenter aſſentire poſſumus ⁊ defectus eſt ex parte illarũ propoſitionũ ⁊ non ex parte noſtri intellectus. Similiter propoſitio enuncians aliquã illarũ fuiſſe verã decetero eſt falſificabilis. Ex iſto ſumo argumẽtũ ⁊ accipio iſtas duas cõtradictorias de pñti: hec affirmatiua eſt vera hec affirmatiua nõ ẽ vera ſemper demõſtrando iſtam antexp̃s erit ⁊ ſic arguo nulli illarũ de preſenti euidenter poſſum aſſentire: ſi enim euidenter poſſem ſcire hanc affirmatiuã eſſe veram vel hanc affirmatiuam non eſſe veram euidenter poſſem aſſentire alicui illarum de futuro cuius oppoſitum iaꝫ diximus ⁊ clarũ eſt ꝙ propter ſimilẽ cauſam omnino propter quã nõ poſſum euidenter aſſentire huic antechriſtus erit ꝓpter ſimilẽ nõ poſſum euidẽter aſſentire huic hec affirmatiua eſt vera. Et omnino ꝯſimiliter ſicut propoſitio de preterito enuntiãs iſtã fuiſſe veram antechriſtꝰ erit in poſterũ ẽ falſificabilis ita propoſitio de preterito enuntiãs iſtã de preſenti fuiſſe verã hec affirmatiua eſt vera in poſterum eſt falſificabilis acceptis enim iſtis duabus hec ꝓpoſitio fuit vera: hec propoſitio fuit vera quarum prima demonſtrat hanc antechriſtꝰ erit ſecunda vero hanc hec affirmatiua eſt vera ſi deꝰ faceret antechriſtũ nunꝙ fore tunc vtraqꝫ illarũ eſſet falſa et per cõſequẽs nulla illarũ duarum cõtradictoriarũ de preſenti eſt determinate vera ſecũdum aliquem illorum dicẽdi modorum igitur illi modi dicendi aut non ſunt ſufficientes aut nõ ſufficiẽter poſuit Ariſtoteles diſcrimen inter contradictorias de preſenti ⁊ de futuro non eſt dicendum ſecundũ ergo primum ⁊ per conſequens dictã nulla.

¶ **Ad hoc argumentũ reſpondeẗ cõ**cedẽdo illud qd̃ argumẽtũ petit vꝫ ꝙ dantͬ duę ꝯdictorię de pñti quarũ nulla eſt determinate vera qñ ſicut argumẽtũ vult oſtẽdit nõ magis poſſumꝰ euidenter aſſentire alicui illarũ de pñti ꝙ alicui illarũ de futuro ⁊ queadmodũ propõ enũciãs vnã illarũ de futuro fuiſſe verã eſt falſificabilis ita ⁊ propõ enũciãs illã de pñti fuiſſe verã eſt falſificabilis. Dico tñ ꝙ ſufficientiſſime poſuit Ariſtoteles diſcrimẽ inter ꝓpões ꝯdictorias de pñti ⁊ ꝯdictorias de futuro ſꝫ ẽ notãdũ ꝙ aliq̃ ꝓpões de pñti ſic ſe hñt ꝙ earũ ỽitas depẽdet ex vna de futuro. Aliq̃ ỽo ꝓpões de pñti ſic ſe hñt ꝙ earũ ỽitas nõ depẽdet ex aliq̃ de futuro. Vñ ꝓpõnem aliquã depẽdere ex vna de futuro dupl'r ſolet explicari. Prio ſic illa propõ depẽdet ex aliq̃ de futuro cõtingẽti q̃ põt inferre vnã de futuro ꝯtingẽti verbigrã iſta propõ de p̃terito antexp̃s fuit futurꝰ depẽdet ex vna de futuro ꝯtingẽti. Nã bene ſequiẗ antexp̃s fuit futurꝰ ergo antixp̃s erit. Et hoc pacto declarat Petrus de aliaco loco ſepiꝰ allegato quid ſit ꝓpõnẽ depẽdere ex vna de futuro cõtingenti. Scdo mõ hoc ſolet explicari hoc pacto illa propoſitio dependet ex vna de futuro ꝯtingẽti ad cuius veritatẽ requiriẗ veritas vnius de contingenti vt ad veritatem huius antechriſtꝰ fuit futurꝰ requiritur hanc eſſe veram antechriſtus erit iſto ſuppoſito dicitur ad argumentum ꝯcedendo ꝙ nulla iſtarũ ꝯtradictoriarũ de pñti hec affirmatiua ẽ vera hec affirmatiua nõ eſt vera demõſtrãdo ſp̃ iſtã antexp̃s erit eſt determinate vera nec illõ incõuenit eo ꝙ q̃libet earũ depẽdet ex vna de futuro ꝯtingenti hec ꝓpoſitio hec affirmatiua eſt vera dependet ex veritate huius de contingẽti antechriſtus erit vt clarum eſt in omnibꝰ autem alijs ꝯdictorijs de preſenti nõ dependẽtibus ex aliquibus de futuro neceſſe eſt vnã parteꝫ eſſe determinate verã ⁊ aliam determinate falſam.

¶ **Sed cõtra hanc ſolutionẽ adhuc**

ſic arguo ⁊ pꝛīo ꝓbando ꝙ nō bene explicatū eſt qđ ſit ꝓpōnē aliquā depēdere ex aliq̄ de futuro cōtingēti et ſic arguo ⁊ accipio hāc de pterito antexp̄s fuit futurꝰ ſm vtrūq̄ modū illa depēdet ex vna de futuro ꝯtingēti ſꝫ ꝓbo ꝙ nō ſi ipa depēderet ex aliq̄ de futuro hoc maxime eſſet eo ꝙ poſſet inferre aliquā de futuro ſꝫ illud dici nō pōt qđ ſic ꝓbo ſi aliquā inferret maxime inferret hāc antexp̄s erit ſed iſta ꝯña non valet antechriſtus fuit futurꝰ ergo antexp̄s erit igit̄ ipa nō infert illā: ꝙ illa ꝯña nō valet ptꝫ: nā poſt mortē antexp̄i erit aña verū ⁊ ꝯñs falſum. Et ꝑ idē ꝓbari pōt ꝙ ad veritatē huiꝰ antexp̄s fuit futurꝰ nō req̄ritur veritas huius de futuro antechriſtꝰ erit. Sed forte dices ꝙ bene verū eſt ꝙ iſta ꝯña ſimplr̄ nō valet antexp̄s fuit futurꝰ ergo antexp̄s erit nec ad veritatē illiꝰ de pterito ſimpliciter requirit̄ iſtā de futuro eſſe verā antexp̄s erit. ſꝫ addēdo in añte ꝯſtātie facte antexp̄s nō eſt nec fuit valeret ꝯña. Propterea aliter ſic arguo ſeq̄ret̄ ex ſolutione data ꝙ acceptis iſtis duabꝰ cōtradictoriis ſortes eſt ſortes nō eſt nulla earū eēt determinate vera. Seq̄lam tñ ſic ꝓbo iſta affirmatiua ſortes eſt depēdet ex vna de futuro: datis aūt cōtradictoriis de pñti vbi vna earū depēdet ex vna de futuro nō oꝫ vnā earū eſſe determiate verā ⁊ alterā determiate falſā vt dictū ē i ſolutiōe: igr̄ nulla illarꝫ ꝯdictoriarū eſt determiate vera: tꝫ ꝯña: ⁊ ꝙ iſta depēdeat ex vna de futuro ſortes eſt ſic ꝓbo illa ꝓpō pt inferre vnā de futuro ⁊ ad eiꝰ veritatē requirit̄ veritas vniꝰ de futuro igitur illa ꝓpō depēdet ex vna de futuro: ꝯña eſt clara ex dictis ⁊ aſſumptū ꝓbo iſta ꝯña eſt bona ſortes eſt ergo ſortes erit naturaliter ſemper ꝓcedendo cū nō poſſit dari vltimū inſtans eſſe rei permanētis ⁊ etiā ad veritatē huius ſortes eſt requiritur veritas huiꝰ ſortes erit niſi eñi iſta eſſet vera ſortes erit non eſſet hec vera ſortes eſt vt conſtat: igitur illa de pñti dependet ex vna de futuro.

**¶ Ad hoc argumentū reſpondetur** ſicut reſpōſum eſt inter arguendū. Et tūc ad replicam quā facis de iſta ꝓpōne ſortes eſt. Dico ꝙ ipa nō ꝓcedit dato eñi ꝙ ꝯcederet̄ ꝙ iſta ꝓpō ſortes eſt depēdet ex vna de futuro nō tñ haberet̄ ꝓpterea ꝙ nulla iſtarꝫ ꝯtradictoriarū eſſet determinate vera ſortes eſt ſortes nō eſt ⁊ cauſa eſt qm̄ nō diximꝰ ꝙ nūq̄ aliquarū ꝯtradictoriarū quarū vna dependet ex vna de futuro vna pars eſt determinate vera ⁊ altera determinate falſa: ſed ſolū diximus ꝙ in talibꝰ contradictoriis nō oportet vnam partē eſſe determinate verā ⁊ alterā determinate falſam/ dico tamē aliter ꝙ iſta propoſitio ſortes eſt nō debet dici propoſitio de pñti dependens ex vna de futuro ⁊ pro illo pono propoſitiones.

**¶ Prima propoſitio aliquā propoſitionē** depēdere ex aliqua de futuro nō eſt ipſam poſſe eſſe añs in ordine ad vnā propōnem de futuro cōpoſitam ex extremis oīno ſinonimis cū ea probatur hec ꝓpoſitio in hac ꝯña ſortes fuit hō: ergo ſortes erit hō: illa propoſitio ſortes fuit homo eſt antecedens reſpectu huius conſequentis ſortes erit homo.

**¶ Secunda propoſitio aliquam propoſitionem** dependere ex vna de futuro non eſt ipſam poſſe eſſe antecedens in bona conſequentia in ordine ad vnam propoſitionē de futuro probatur propoſitio dato oppoſito ꝓpoſitionis quelibet ꝓpō mundi diceretur depēdere ex vna de futuro qđ eſt abſurdū: ſeq̄la ptꝫ q̄libet: propoſitio mundi in bona ꝯña pōt eſſe añs in ordine ad hanc de futuro deus erit.

**¶ Tertia propoſitio aliquā propoſitionem** depēdere ex vna de futuro non eſt ipſam poſſe eſſe añs in bona ꝯña in ordine ad vnā ꝓpōnem de futuro participantē ſecū in extremis probatur ꝓpō dato oppoſito ſequeret̄ ꝙ iſta ꝓpō celū voluebat̄ depēderet ex iſta de futuro celū voluet̄ quod eſt falſum: ſequela tñ ptꝫ qm̄ Ariſtotelice ꝓcedendo bene ſequitur celum voluebatur ergo celum voluetur.

¶ Tertio ſic arguo et pono ꝙ deꝰ in hoc inſtanti producat vnum angelum ⁊ peto vel deus neceſſario producit illum angelum vel mere contingenter non eſt dicendum primum quoniam hoc eſſet incidere in errorem antiquorum ponentium deum eē cauſam naturaliter agentem. Si ſecunduꝫ ſequitur ꝙ deus in illo inſtanti poteſt non producere illum angelum quod infert propoſitum.

¶ Quarto ſic ⁊ retento caſu argumēti immediate precedentis peto vtrum in hoc inſtanti ille angelus productus eſt res contingens vel non. Si primum ſequitur ꝙ in hoc inſtanti poteſt eſſe ⁊ poteſt non eſſe. Si vero in hoc inſtanti non eſt res contingēs ⁊ nunꝙ añ hoc fuit res contingens nec in aliquo inſtanti ſequenti in quo erit: verum erit dicere ꝙ eſt res contingens ſequitur ꝙ nunꝙ ille angelus eſt res contingēs ⁊ per conſequens nulla poteſt dari res contingens ꝙ ille angelus nunꝙ fuit res contingens patet q: ille angelus nunꝙ ante hoc fuit ꝙ ſi dicas ꝙ cōtingens eſt terminus ampliatiuus. Et ꝙ añ primum inſtans eſſe illius angeli hec eſt vera hic angelus eſt res contingens probo ꝙ hoc dici non poſſit ⁊ pono ꝙ in hoc inſtāti ille angelus nondum ſit ſed ꝙ craſtina die in b inſtanti producetur iſto ſuppoſito ſic arguo in hoc inſtanti hic angelus eſt res contingēs igit̄ in hoc inſtanti hic angelus poteſt eſſe ⁊ tamen in hoc inſtanti non eſt igitur in illo inſtanti in quo non eſt hic angelus poteſt eſſe cuius oppoſitum dicendū eſt cōformiter ad hāc opinionem loquendo.

¶ Ad primū iſtorū admiſſo caſu reſpondet̄ negando hāc eſſe concedendam deus poteſt nō ꝓducere angelū in b inſtāti. Et fateor ꝙ ſi b inſtans eſſet futurū iſta eſſet ꝯcedenda deꝰ poteſt nō producere angelū in b inſtāti ſꝫ nego ꝙ ſit modalis diuiſa de poſſibili vera imo ꝑſupponis falſum ꝙ illa ſit modalis ſaltē in illo ſenſu in quo illā ꝓpōnē negamꝰ Pro quo aduerte ꝙ ly pōt poteſt dicere duplicē potētiā videlicet potētiā phiſicā et potētiā logicā Si dicat potentiā logicā tunc ꝓpō in qua ponit̄ equalet vni propoſitioni cuiꝰ copula modificat̄ iſto mō poſſibiliter ⁊ hoc pacto iſte propōnes eſſet ꝯcedēde ad ā poteſt eſſe iſte hō poteſt ambulare demōſtrādo vnū qui eſt truncatus pedes iſte homo poteſt videre demōſtrādo vnū cecum Si vero ly poteſt dicat poſſibilitatē phiſicā tunc tantū valet ſicut eſt potens ⁊ tunc non ꝯſtituit propoſitionē modalē ⁊ in illo ſenſu ille ꝓpōnes que iā ſunt conceſſe eſſent negande. Suppoſito igitur ꝙ nunc ſimus in inſtanti b iſta eſt diſtinguēda deus poteſt non producere angelū in b inſtāti q: ſi ly poteſt dicat poſſibilitatē logicā ſic illa propoſitio eſt cōcedenda ⁊ ſemper eſt neceſſaria ſiue inſtans b ſit ſiue ſit futurum. Si vero dicat poſſibilitatem phiſicam ſic illa propoſitio eſt negāda q: ꝑ eā denotat̄ ꝙ deꝰ habet talē potentiā ꝙ rebus ſtantibus vt nūc pōt nō ꝓducere angelū qḋ eſt

falſum. Et concedo ꝙ ſi b inſtans eſſet futurum iſta eſſet concedenda deus poteſt non ꝓducere angelū in b inſtanti non tamē eſt neceſſaria queadmodū ſi b inſtās eſſet futurū i quo ſortes ꝓrio habebit truncatos pedes iſta ē vera ſortes poteſt ambulare in b inſtāti vt ly po teſt dicat poſſibilitatē phiſicā non tn̄ eſt neceſſaria immo in b inſtanti illa propoſitio erit falſa.

¶ Ad ſcōm admiſſo caſu dico ꝙ iſta eſt diſtinguēda in hoc inſtāti de⁹ poteſt ꝓducere aliquem angelū q: vel ly in hoc inſtāti determinat ly poteſt vel ly ꝓducere ſi determinat ly poteſt ſic illa eſt vera q: ei⁹ ſenſus eſt ꝙ deus in hoc inſtanti habet potē tiam ad producēdum vnum angelum ⁊ hoc eſt verum quia in hoc inſtanti habet potentiam vt producat aliquem angelum poſt hoc inſtans. Si vero determinat ly ꝓducere ſic illa propoſitio eſt neganda q: per eā denotatur ꝙ deus habet potentiam ad ꝓducendum aliquem angelum in hoc inſtanti quod eſt falſuꝫ quia vt dicit opinio poſtꝙ̄ in hoc inſtāti nō producit aliquem angelum ab ipſo ablata eſt poteſtas producendi aliquem angelum in hoc inſtanti. Et ad inconueniēs qđ infers ꝙ deus producet aliquem angelū ⁊ tamen non poteſt producere aliquē angelum Reſpondeo ꝙ ſi ly poteſt dicat potentiaꝫ actualiter ineſſe vt ſit ſenſus ꝙ deus non habꝫ actualiter in hoc inſtanti potentiā ꝓducendi aliquem angelum pro hoc inſtanti ſic concedo illatum. Et ad talem ſenſum illud non inuoluit aliquam rationem abſurditatis.

¶ Ad tertiū admiſſo caſu dico ꝙ de⁹ mere contingenter producit illum angelum quē ꝓducit in hoc inſtanti non ad iſtū ſenſuꝫ ꝙ in hoc inſtanti poteſt non producere illum angelum pro hoc inſtanti ſed ad hunc ſenſum quia illum angelum queꝫ ꝓducit in hoc inſtanti antea potuit non producere in b inſtāti ⁊ poſtea poterit ipſum non producere.

¶ Ad quartū reſpondetur ꝙ ille angelus qui in hoc inſtanti non eſt ſed craſtina die ꝓducetur in b inſtanti nūc eſt res cōtingens ⁊ ꝯcedo ꝙ in b inſtāti hic angel⁹ pt̄ eſſe ſi ly in hoc inſtanti determinet ly pōt ſed ſi determinet ly eſſe illa ꝓpō eſt negāda. Et eodē modo craſtina die in b inſtāti verū erit dicere hic angelus eſt res cōtingens non ꝙ in b inſtanti poterit non eſſe pro b inſtanti ſed q: in b inſtanti habebit potentiā vt non ſit in aliquo alio inſtanti futuro. Solutis rōnibus Gregorij videndū eſt quid veritatis continet illud in quo dicit ꝙ quicunꝗ tenent deū potuiſſe producere aliquā creaturam ab eterno ⁊ quicunꝗ tenent ꝙ poſſibile fuit angelum mereri potuiſſe in primo inſtanti ſui eſſe habent tenere hanc opinionē Hoc enim non videtur verum nam Ockam queſtione quinta ſecūdi quotlibeti dicit ꝙ probabiliter pōt teneri ꝙ deus potuit mundū feciſſe ab eterno ⁊ ſoluit rōes ⁊ ꝓ vna parte ⁊ pro alia ⁊ queſtiōe ſexta eiuſdem quotlibeti dicit ꝙ angelus potuit mereri vel demereri in primo inſtāti ſui eē ⁊ nō eſt veriſimile virū tāti ingenij ſic ſibi cōtradixiſſe igitur illa tenendo adhuc poteſt teneri opinio Guillermi ockā Arguitur tamē ꝙ illa non poſſint concedi cum hac opinione quā defenſamus ⁊ arguit̄ ſic ⁊ pono caſuꝫ ꝙ deus ab eterno produxiſſet mundū tūc arguit̄ ſic vel deus neceſſario ꝓduxit mundū vel mere cōtingenter ⁊ libere non eſt dicendum primum ⁊ ſi detur ſecundū ſic arguo bene ſequitur deus contingenter ꝓduxit mūdū ergo mūd⁹ potuit nō fuiſſe ꝓduct⁹ a deo ſed hoc ē falſuꝫ quia peto a te in quo inſtanti vel in quo tempore potuit mundus nō fuiſſe productus a deo ⁊ non potes aliquod tale ſignare q: quolibꝫ inſtāti ſignato in illo verū erat dicere ꝙ mūd⁹ fuit ⁊ ꝑ conſequēs in nullo tali fuit aliqua potentia q̄ potuiſſet facere ipſum mundum non fuiſſe alias ad preteritum fuiſſet potentia. Et ſi dicas ſicut dicunt aliqui ꝙ caſu illo poſito mundus nō neceſſario fuit et ꝙ quocunꝗ inſtanti accepto mundus neceſſario fuit in illo ex quo vt dicunt non ſequitur ꝙ mundus non cōtingenter conſeruabatur vel producebatur a deo ſed ſequitur ꝙ ſi in b inſtanti conſeruabatur a deo nō cōtingenter conſeruabatur in b: hoc non ſoluit difficultateꝫ quia ex illo ſequitur ꝙ ſi in toto iſto tempore demonſtrando totum tempus preteritum mundus conſeruabatur a deo non contingenter conſeruabatur a deo in toto iſto tempore ⁊ per conſequens neceſſario conſeruabatur a deo in toto iſto tempore. Nec iteruꝫ valet dicere ꝙ ad veritatem huius deus contingenter conſeruabat mundum per totum iſtud tempus ſufficit ꝙ deus in quocūꝗ die preterito dato habuiſſet potentiam ad non conſeruandum mundum in die ſequēti quia hoc ſolum arguit ſemper hanc fuiſſe veraꝫ de⁹ contingenter conſeruabit mundū ſed non arguit hāc eſſe veram deus contingenter conſeruauit mundum. Propterea illo caſu admiſſo iſta eſt concedenda deus neceſſario produxit mundum ab eterno ſuppoſito ꝙ ab eterno cum produxerit ⁊ ita dicit Ockam loco preallegato ſed illud durum videtur. Quantuꝫ ad aliud vero non videtur ꝙ cum hac opinione poſſit dici angelum potuiſſe mereri vel demereri in primo inſtanti ſui eſſe quod ſic probo quia ſi hoc ſit poſſibile accipio aliquem angeluꝫ qui in primo inſtanti ſui eſſe habuerit a volitionem qua voluit eſſe equalis deo et arguitur ſic illa volitio erat demeritoria igitur libere producta ⁊ per conſequens illaꝫ poterat ille angelus nō producere ſed non poterat illam non producere pro illo inſtanti nec ante illud inſtans fuit potens facere ꝙ non habuiſſet illam volitionem pro illo inſtanti igitur in illo inſtanti non debebat ei imputari illa volitio ad demerituꝫ. Nec valet dicere ſicut dicunt aliqui credentes ſoluere hoc argumentum gregorij ꝙ in illo inſtanti ille angelus libere produxit illam volitionem eo ꝙ ſi ille angelus fuiſſet añ primum inſtans ſui eſſe potuiſſet ſeipſum taliter diſponere ante illud inſtans ꝙ in illo inſtanti non eliciuiſſet talem volitionem hoc inꝙ̄ non valet quia per hoc ſolum habetur ꝙ non implicat contradictionem ꝙ in illo inſtanti ille angelus libere produxiſſet illam volitionem ſed non habetur ꝙ ſtante ypotheſi ille angelus libere produxit talem volitionem Propterea dico ꝙ argumentum euidenter oſtendit ꝙ illud dici non poteſt tenendo hanc opinionem. Nec propterea dicendum eſt Ockam ſibi cōtradixiſſe q: vnū dicit in ſentētijs ⁊ aliud in quotlibetis. Sꝫ q: rationes facte nō ſūt radicit⁹ ſolute ideo tenēda eſt opinio oppoſita. Etiā videri meo eā faciliter ſuſtineret ad futuruꝫ non eē potētiā Ratio eni quare ad p̄ſens nō ē potētia ē hec q: oīs potētia ꝓ aliquo inſtāti reduci pōt ad actū pro eodē inſtāti dicit enim ꝙ ſi ſortes nunc eſt in b inſtanti non poteſt nō eſſe pro b inſtanti eo ꝙ illo poſito ineſſe ꝙ ſortes ſit potentia non eſſendi ꝓ illo inſtanti non poteſt reduci ad actum ſed eodē modo dicetur ꝙ illo poſito ineſſe ꝙ antechriſt⁹ erit ꝙ nulla eſt potētia q̄ poſſet facere antechriſtū nō fore: eo ꝙ illo poſito ineſſe talis potētia nō poteſt reduci ad actuꝫ. Et tu ſup hoc ꝯſideres. ¶ Teneo igit̄ opinionē oppoſitā. Pro cui⁹ intelligētia pono hāc ꝓpōnē. Quēadmodū ꝓ iſtāti futuro ē potētia ad oppoſita ita ꝓ eodē inſtāti p̄ſenti ē potētia ad oppoſita de

claratur hec propoſitio quẽadmoduꝫ accepto aliquo inſtanti futuro vite antechriſti iſta eſt cõcedenda antechriſtus erit in hoc inſtanti ⁊ põt nõ fore in hoc inſtãti ita ſi antechriſtus nũc ſit iſta copulatiua eſt cõcedenda antechriſtus eſt in hoc inſtanti ⁊ tñ antexp̃s põt nõ eẽ pro hoc inſtanti. Et ſicut iſta eſt vera demõſtrãdo primũ inſtans non eſſe antechriſti antechriſtus non erit in hoc inſtãti ⁊ tñ antexp̃s põt fore in hoc inſtãti etiaꝫ dicat̃ de p̃ſenti. Et ſi aliquis angelus in primo inſtãti ſui eſſe habuit aliquã volitionẽ malam potuit nõ habere illã pro eodẽ inſtanti. Et ſi pro illo inſtãti ita fuerit ꝙ ſuſpenderit oẽm actum voluntatis tamẽ potuit habere volitionem pro eodem inſtanti.

¶ Contra hãc opinionem arguitur ſic ex ea ſequit̃ ꝙ ad preteritũ eſt potẽtia quod reputauimus impoſſibile ſequelam ſic probo. Et pono ꝙ in hoc inſtãti aliqua volũtas habeat aliquã volitionẽ et peto a te vtrũ volũtas põt nõ hr̃e illã volitionẽ ꝓ hoc inſtanti vel nõ. Si ſcd̃m opinio eſt nulla. Si primũ ſic arguo illa voluntas põt nõ habere illã volitioneꝫ pro hoc inſtanti igit̃ poſtea poterit nõ habuiſſe illam volitionem in hoc inſtãti ſed ſemꝑ poſtea verum erit dicere hec voluntas habuit hanc volitionem in hoc inſtãti igitur ad preteritum erit potentia.

¶ Secundo ſic ſi hec volitio põt non eſſe ꝓ hoc inſtãti ⁊ poſſibili poſito ineẽ nulluꝫ ſequit̃ impoſſibile: ponat̃ igit̃ ꝙ illa volitio nõ ſit ꝓ hoc inſtãti ⁊ ſeq̃tur ꝙ ſimul ſtãt duo ꝯtradictoria in veritate.

¶ Tertio arguit̃ ſic hec opinio eſt cõtra intẽtionẽ phi in ſecũda pte huius text⁹. Et ſimiliter cõtra intẽtionẽ Boetij vt pꝫ ex declaratiõe text⁹: dicit eñi ꝙ nõ neceſſe eſt ſocratẽ ſedere ſed neceſſe ẽ eũ ſedere cuꝫ ſedet: igitur ſorte ſedente hec eſt neceſſaria ſortes ſedet ſecundum ꝙ dicit prima opinio.

¶ Ad primum iſtorum reſpondetur negãdo ſequelã. Et admiſſo caſu ꝯcedo ꝙ illa voluntas p̃t nõ hr̃e illã volitionẽ ꝓ hoc inſtãti. Sꝫ vlteri⁹ nego iſtã ꝯñam illa volũtas p̃t nõ hr̃e illã volitionẽ pro hoc inſtãti: igit̃ poſtea poterit nõ habuiſſe illã volitionẽ pro hoc inſtãti vt ſemꝑ ly poterit dicat poſſibilitatẽ phiſicã ⁊ ꝙ illud ꝯñs ſit falſuꝫ declarat ſua de ineẽ illa volũtas põt facere illã volitionẽ nõ fuiſſe pro hoc inſtanti que nunꝙ̃ poſt hoc inſtans erit vera.

¶ Ad ſecundũ reſpõdeo ꝙ argumentũ eſt nullũ pono ꝙ antexp̃s erit peto a te vtrũ ahxp̃s põt nõ fore ſi petã illud poni ineſſe nõ ſimul pones ꝙ antexp̃s erit ⁊ antexp̃s nõ erit. Eodemmodo reſpõdeo in ꝓpoſito ꝙ nõ eſt poſſibile ꝙ potẽtia nõ eſſendi pro hoc inſtãti poſſit reduci ad actũ ſimul cũ hoc ꝙ potentia eſſendi ꝓ hoc inſtãti eſt poſita ineẽ tñ illa potentia ſimpliciter nũc põt reduci ad actũ ſed tũc potẽtia eſſendi pro hoc inſtanti non erit poſita in actu.

¶ Ad tertiũ qđ fundat̃ ſuper auctoritate Ariſtotelis ⁊ Boetij dico ꝙ ly qñ in hac ꝓpõe eẽ qđ eſt qñ eſt neceſſe eſt eẽ põt teneri vel aduerbialiter vel cõiunctionaliter: ſi teneat̃ aduerbialiter ⁊ illa ꝓpõ capiat̃ in ſenſu cõpoſito ip̃a eſt vera: ſi vero capiatur coniũctionaliter loco de ly ſi qualiter accipi põt teſte Boetio in p̃io libro de ſillogiſmis ypoteticis tũc etiam illa ꝓpõ eſt vera. Multi alij ſenſus illi⁹ propõnis multiplicari poſſent ſꝫ iſti ſufficiãt. Ex his oĩb⁹ patet q̃lr r̃ndẽdũ eſt ad difficultatẽ ꝓpoſitã. Et tũc ad argumẽtũ principale facile pꝫ q̃d ſit dicẽdũ. lꝫ eñi in h̃ inſtanti hec ꝓpõ ſortes eſt in hoc inſtãti poſſit eẽ falſa:

Boetius.

attñ eſt determiate vera qñ ſemꝑ poſt hoc inſtãs iſta erit vera hec ꝓpõ fuit vera immo erit neceſſaria deꝑ accidens ⁊ ſic patet ſolutio ad quartum principale.

¶ Ad confirmationẽ reſpõdetur negando hãc eſſe determinate verã antexp̃s erit ⁊ ad primã ꝓbationẽ admitto ſuppoſitũ quo admiſſo cõcedo hanc ꝯñam aĩa antexp̃i erit ergo antexp̃s erit ⁊ nego ꝙ aĩis ſit determiate verũ. Et vlteri⁹ nego hãc eſſe determiate verã aĩa antexp̃i neceſſario erit immo nec eſt vera. Et ad ei⁹ probationẽ diſtiguo ꝙ habebit vnã de ineſſe neceſſariam vel vnã neceſſariam per accidens et ſic concedo. vel vnam neceſſariam per ſe et ſic nego. Nec illud ſufficit ad veritatẽ illius de neceſſario ſi antechriſtus qñqꝫ erit ⁊ nõdum ſit iſta modalis diuiſa ẽ falſa antechriſtus neceſſario erit preteritus ⁊ tñ quandoqꝫ habebit vnam de ineſſe neceſſariam per accidẽs Ad ſecundam probationem nego ꝙ antechriſtus non poteſt nõ fore. Et ꝯcedo hãc ꝯñam antexp̃s erit ergo cauſe requiſite ad productionem antechriſti erũt. Sꝫ nego ꝙ ille cauſe neceſſario erunt aut ꝙ non poterũt impediri a productione antechriſti. Et dato ꝙ nũc eſſet aliqua cauſa mediata productiua antechriſti que nunc ſic ſe haberet ꝙ non poſſet impediri quin ꝓduceret aliam ⁊ illa iterum produceret aliam ⁊ illa aliam: ⁊ ſic conſequenter tamen adhuc bene poſſet impediri ne illa anima erit. Plura dici poſſent circa illam propoſitionem que tangunt hentiſbar: paulus venet⁹ ſymon de lendenaria. Sed quia magis phiſica ſunt idcirco de eis ſuperſedeo quoniam in philoſophia ea ꝑtractaui. Epylogando hanc queſtionẽ clare patꝫ que differentia eſt inter contradictorias de preſenti ⁊ de p̃terito et illas de futuro ſm̃ mentem Ariſtotelis. Et quomodo ipſe cum preſcientia dei conceſſit contingẽtiam futurorum ⁊ quõ bene ⁊ ſubtiliſſime in omnibus locutus eſt. Et ſic finem huic queſtioni imponim⁹. Et per conſequens huic primo libro peri hermenias.

¶ Laus deo.

## Bertulſi ledij Gandenſis Elegia.

¶ Mane/recens vario nituit matura colore
 Claraqꝫ noctiuagos delia liquit equos.
Cum meditans interfuit alta crepuſcula Dullaert
 Qui mala perpeſſus tedia noctis erat.
Ecce ſubit princeps turbe veneranda nouene
 Et dedit hos gracilis Calliopea modos
Salue pegaſei decus irrecitabile fontis
 Tota leonigere famaqꝫ/ſpecieſqꝫ/plage.
Noſter Johannes/noſtris nutrite ſub aruis
 O noſtre rutilans funditus artis honos.
Quem polit illuſtris generis ſucceſſus auite
 Et natale ſuo Ganda nitore ſolum
Laſſa cathenatis video precordia curis
 Nam tua nil placide membra quietis habent
Prepedit hic iſtis/illis te ardentius alter
 Et nulla eſt curis hora ſoluta ſuis.
Cum tamen exacto longe ſudore diei
 Jure daret requiem caſta diana ſuam
Protrahis inſomnes ſtudioſo examine noctes
 Claraqꝫ continuus lumina lichnus habet.
At tua ſit claro decorata volumine turba
 Ocius ⁊ preſens abſoluatur opus.

Scilicet hunc parili celebrem feruore niſorem
Et manet hanc operam concio tota tuam.
Non ſecus ac fauſto reducem petit omine callem
Qui labyrinthea meſtus in ede iacet.
Eya age fac/ſtudij celerem prebeto recurſum.
Grandia leticie ſigna recentis erunt.
Semper ero ſortis comes indefeſſa future
Et dabo paccatis linthea fauſta nothis.
Tu quoq; liuenti circumlita tela veneno.
Irrita poſthabeas/Inuidioſus eris.
Quid trepidas? Nam geſta petit ſublimia liuor
Magnum eſt inuidie ſpicula dira pati.
Hec ait/Et tali fretus munimine Dullaert
Incenſa ad ſolitum pectora cinxit opus.
¶ Finis.

¶ Prohemium in ſecundum librum peri hermenias Magiſtri Iohannis Dullaert de Gandauo ad ſuos diſcipulos interlocutorium.

Multa veteres philoſophie duces poſteriorꝝ ſtudijs cōtuliſſe nemo eſt q ambigit in qbus tn̄ anteꝙ ad res arduas pfunda q; merſas caligine puenirēt. Clara ac pſpicua quadā q̄ſi intelligētie lucratiōe pludebāt a ſnia Ariſtotelica in phemio libri de phiſico auditu nō diſcrepātes. Hinc q̄tuor librorꝝ ſniarū cōpendij facilitate ad altiſſime Theologie intelligentiā ꝓpior via munit̄. Hinc inſtitutionū mira breuitas emanauit. hinc etiam Ariſtoteles noſtrā ſortē miſeratꝰ de ceco ignorātie carcere nos eximere cupiēs noſtre litterarie vite ducē ſe pbuit ⁊ ordine optimo ſciētiarū viā nobis patefecit. Quēadmodū eñ patuit in toto primi libri proceſſu a faciliori bꝰ ad difficiliora ſemp progredit̄. Poſteaꝙ vero ꝙ de enūciationibꝰ ſimpliciū extremorꝝ in pmo nō inuolute nō ī opinionū caligine ſed lucide certe ptractauit: nūc in hoc ſcdo de enūciationibꝰ magis cōpoſitis ſermonē facere cōtēdit. Quāꝙ aūt apud ariſtotelē nō ſit hic noui libri exordiū cū apud eū vnicꝰ eſt liber de interpretatiōe nō duo/attamē cōem ꝯſuetudinē ſcole inſeq̄ cupiens hūc librū in duos partior. Accedēs igit̄ ad ſecūdi libri expoſitionē ad huiꝰ expoſitiōis lecturā accedētē orarū veliꝫ vt ſi q̄d reperiat qd̄ diſcrepet ne ſtati obſtrepet ſed priꝰ rōne cōſulta q̄d ipſe ſentiat q̄d vero in mediuꝫ afferā veriore mētis acumine ⁊ ſubtiliore ꝯſideratiōe dijudicet nec ſe notatū hoc vicio demonſtret quo pleroſq; hoies labefactos cognoſcimꝰ quos cōprehēdit dicēdi verꝰ ⁊ lōga ſegnicies vt ab arreptis ſemel opinionibꝰ nō recedāt ne in ſenectute diſcendo nihil vſq; ad ſenectā didiciſſe videant̄. Sꝫ ad vos amantiſſimi iuuenes quibꝰ hec ſcribo nr̄a ſe ꝯuertat ofo vos inq̄ cōpello Nicholae huerbloc. Guillerme fauiaus. Iohānes martine. Iodoce gruſperre. Balduine bulle. Petre neyut. Chriſtiane de ſticho ⁊ Liuine de hane. Nō ignoro hāc expoſitionē noſtrā in manꝰ detractorꝝ venturā. Uos ne igit̄ abhorrēde ingratitudīs ꝯtagionibꝰ inq̄nari pmittetis? Accedite pceꝛ accedite pceptorem a rapidis luporꝝ morſibꝰ erepturi q me genuinis dētibus nō ceſſant mordicꝰ inuadere. Arduū onus ⁊ lōge viribꝰ meis impar mutue caritatis flāma exuſtꝰ ſubire nō erubui illudq; pdius ⁊ pnorꝝ humeris meis grauiſſimū vt arrogantiuſcule loquar ferre nuſꝙ deſtiti. Unus veſtrū oro q̄d de tāto inuidorꝝ impetu cēſeat voce ſtētorea pclamet. Eya age Iohānes martine interpi cordis archana tādiu celabis. Uix ſane pter crudeles ſagittas auſim hiſcere verū penitus obmuteſco. Nobis igit̄ tāte pditiōis radicē demōſtrare nō erubeſcas. Satis eñ cōpertū mihi eſt. q: hiſcere rei cām oēꝫ enodare poteris ꝙ facilime. Poſito igit̄ aliorꝝ ſilentio paucis q̄ſtioni ꝓpoſite ſatiſfacias Iohānes martinꝰ. Tuis pfecto iuſſionibꝰ bone magiſter cōpellimur acquieſcere Tulliane ſententie nō immemores cuꝫ inq̄t Eſt adoleſcētis officiū maiores natu vereri ⁊c̄.

Tullius.

Quominus ergo te lōgis verborꝝ ambagibꝰ. vt remoratiues inuoluā ꝓpoſite q̄ſtioni pro viribꝰ enitar rn̄dere. Fama freq̄ēs rumor plurimꝰ in ore grauiū virorꝝ ſuper tuis virtutibus cōuolitat. Refert nāq; ⁊ merito te ab incunabulis pluribꝰ virtutū igniculis ſcintillāteꝫ quibꝰ fomēta adiſcere quoſq; omniū diſciplinarū flatibus irritare nō ceſſaniſti. Inſomnes eñ multas noctes poſt cōtinuū diurni laboris ſudorē pro nobis duxiſti vt nos vcꝫ ad ſummū logice acumē poſſes euehere. Unde lꝫ pro tātis lucubratiōibus ſufficiētes gratiarū actiōes reddere vires tenuiſſime deficiant: attamē tanti in nos beneficij memoriā nulla vnꝙ delebit obliuio. Et ſemp cū doctiſſimis tibi meritū honorē ſtudebimꝰ impēdere. Qm̄ ergo tāta veneratiōe/tāto cultu tāto amore ſapiētiores te pſequunt̄. Latrantes inuiduli ex tāta pſperitate dolorē cōceperūt atq; tibi ſp more ſuo cogitabūt obeſſe. Fertur nāq; trito ⁊ cōi adagio. Nō ſecus ac ſequit̄ per phebi lumen euntes. Umbra magiſtratus liuor adire ſolet. Ait etiā liuius hiſtoriagraphorꝝ elegantiſſimus liuor velut ignis alta petit.

Liuius.

Liuiane ſententie Saluſtianū dictū aſtipulat̄ cuꝫ ſic de romanis inquit. At poſtꝙ res eorꝝ ciuibus: moribus. agris aucta ſatis pſpera ſatiſq; pollens videbat ſicuti pleraq; mortaliū habent̄. inuidia ex opulētia orta eſt/igit̄ reges pleriq; finitimi bello tentare. Hec ille.

Saluſtius.

Te igitur ſupplex velim exoratū vt caninos morſus timore expulſo non formides. Illi ſiquidem poſt multas detractationes licet tarde tamen acerbius puniātur quod Ualeriane conſonat auctoritati. Lento eniꝫ gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira tarditatēq; ſupplicij grauitate compēſat.

Ualerius

Liuor profecto plus inuidum ꝙ inuidioſum diſcruciat veluti iaculum qd̄ in duros miſſum lapides in ſagittatum reflectitur. Quod Uirgilius poetarum latinoruꝫ facile princeps hijs verſibus elegantiſſime deſcripſit. Liuor tabificuꝫ malis venenum. Intactis vorat oſſibus medullas. Et totum bibit artubus cruorem. Quod quiſq; fuerit inuiderq; ſorti vt debet ſibi pena ſemper ipſe eſt. Hec ille.

Uirgilius.

Regens. Quid tandiu blanda verborum lenocinia ſtuduiſti noſtris auribus inculcare. Nos enim latrāti vane aſſentationis vinculo credebas irretire cuꝫ me infinito laudis aggere nuper extuliſti atq; etiam omni pene virtutum celebraſti preconio. Illo hercle ⁊ ſupra hominum fidem moleſtie mihi plurimum attulit me deniq; ſummi rerum opificis teſtimonio ad tantā prouocauit iracundiā, vt niſi corone aſſiſtentis me grauitas retraxiſſet ſermonem tuum per deos immortales interrupiſſem. Indecens eſt nempe diſcipulum preceptorem quouis pacto laudibus efferre ne quamuis ſermonem veritatis plenum referret adulationis crimine inſimuletur. Nihilominus ſententiam tuā qua inuidorum naturam veriſſime explicuiſti: approbare non recuſabo. talis enim inuidorum natura eſt qualē eam deſcripſiſti. Faciaꝫ igitur quod ſuades nec ob inuidorum latratus vobis aliqua deſinam conſcribere. Ualete dulciſſimi iuuenes regentis veſtri nunꝙ immemores. Ex communi noſtra litteraria paleſtra bel uaica. Iterum felices valete.

¶Textus.

Quoniam autem eſt affir-
matio đ aliquo ſignificās
aliquid. hoc autem eſt vel
nomen vel innominatuȝ
vnum autem oportet eſſe ⁊ de vno id
quod eſt in affirmatione. Nomē au
tem dictum eſt ⁊ innominatum priꝰ
nonhomo enim nomen quidem nō
dico: ſed nomen infinitum. Vnū enī
ſignificat quodammodo infinitum
nomen quemadmodum ⁊ nōcurrit
non verbum dico ſed infinitum ver-
bum. ¶Erit omnis affirmatio ⁊ ne
gatio vel ex nomine ⁊ verbo vel ex in
finito nomine ⁊ v̄bo. Preter verbuȝ
auteȝ nulla affirmatio vel negatio ē
eſt enim vel erit vel fuit vel fit vel q̄-
cunqȝ alia huiuſmodi verba ex hijs
ſunt que ſunt poſita: conſignificant
enim tempus. ¶Quare prima eſt af
firmatio ⁊ negatio: eſt homo: nō eſt
homo. deinde eſt non homo: non eſt
non homo. Rurſus eſt omnis homo
non eſt omnis homo. eſt omnis non
homo. non eſt omnis non homo. ⁊ in
extrinſecis temporibus eadeȝ ratio
eſt. ¶Quando autem eſt tertiuȝ ad-
iacens predicatur dupliciter dicunt
oppoſitiones. Dico autem vt eſt iu-
ſtus homo eſt tertium dico adiacere
nomen vel verbum in affirmatione
quare quattuor erūt iſte: quarū due
quidem ad affirmationem et nega-
tionem ſeſe habebunt ſm conſequē
tiam vt priuationes due vero mini-
me. Dico autem quoniam eſt aut iu
ſto adiacebit aut non iuſto. quare ēt
negatio quattuor ergo erunt: intelli
gimus vero quod dicitur ex his que
ſubſcripta ſunt eſt iuſtus homo hu-
ius negatio eſt non eſt iuſtus homo
eſt non iuſtus homo huius negatio
eſt non eſt non iuſtus homo eſt enim
hoc loco ⁊ non eſt iuſto ⁊ nō iuſto ad
iacet. Hec igitur quemadmoduȝ in
reſolutorijs dictum eſt ſic ſunt diſpo
ſita. Similiter autem ſe habent ⁊ ſi
vniuerſalis nominis ſit affirmatio:
vt omnis eſt homo iuſtus. Negatio
non omnis eſt homo iuſtus: omnis
eſt homo non iuſtus: non omnis eſt
homo non iuſtus. Sed nō ſimiliter
angulares contingit veras eſſe con-
tingit autē aliquando. Hec due igi-
tur oppoſite ſunt: alie autem ad id
quod eſt non homo quaſi ſubiectum
aliquod addituȝ vt eſt iuſtus nō ho-
mo non eſt iuſtus non homo. eſt non
iuſtus non hō: non eſt nō iuſtus non
homo: magis autem plures his nō
erunt oppoſitiones: he autem extra
illas ipſe ſecundum ſe erunt vt nomi
ne vtentes eo ꝙ eſt nō homo. In his
vero in quibus eſt non conuenit vt in
eo quod eſt currere vl' ambulare idē
facit ſic poſitum ac ſi eſt adderetur
vt eſt currit omnis homo non currit
omnis homo- currit omnis non ho-
mo- non currit omnis nō homo. Nō
enim dicendum eſt nō omnis homo
ſed negationeȝ ad id quod eſt homo
addendum eſt. Omnis non vniuer-
ſale ſignificat ſed quoniaȝ vniuerſa
liter: manifeſtum eſt autem ex eo qđ
eſt currit homo- nō currit homo: cur
rit non homo- non currit non homo
hec enim ab illis differunt eo ꝙ vni-
uerſaliter non ſunt quare omnis vel
nullus nihil conſignificat aliud niſi
quoniā vniuerſaliter de nomine vel
affirmationem vel negationeȝ: ergo
⁊ cetera eadeȝ oportet apponi. Quo
niam vero contraria eſt negatio ei q̄
eſt omne animal eſt iuſtum illa que
ſignificat quoniam nullum animal
eſt iuſtum: he quidem manifeſtū eſt
quoniā nunqȝ erunt neqȝ vere ſimul
neqȝ in eodem ipſo his vero oppoſite
erunt aliquādo vt nō omne animal
iuſtuȝ eſt ⁊ eſt aliquod animal iuſtū.
Sequuntur vero hec hanc quidem

que eſt nullus homo eſt iuſtus illa q̄ eſt omnis homo eſt non iuſtus. Illa vero que eſt aliquis homo iuſtus eſt oppoſita quoniam nō omnis eſt homo non iuſtus: neceſſe eſt enim aliquem eſſe. Manifeſtum eſt autem quoniam etiam in ſingularibus ſi ē verum interrogatum negare quoniam et affirmare verum eſt vt putas ne ſocrates ſapiens eſt non ſocrates igitur non ſapiens eſt. In vniuerſalibus vero non eſt vera que ſimiliter dicitur vera autem negatio eſt vt putas ne omnis homo ſapiens eſt/non omnis igitur homo non ſapiens eſt hoc enim falſum: ſed non igitur omnis homo ſapiens eſt vera eſt. hec ei oppoſita ē illa vera cōtraria. Ille vero que ſunt ſecundum infinita contraiacentes nomina vel verba vt in eo quod eſt nonhomo vel nō iuſtus quaſi negationes ſine nomine et verbo eſſe videbuntur ſed non ſunt ſemper enim vel veram eſſe vel falſam neceſſe eſt negationēz qui vero dixit nonhomo nihil magis de homine ſed etiā minus verus vel falſus fuit ſi non aliquid addatur. Significat autem eſt omnis nonhomo iuſtus: nulli illarum idem nec huic oppoſita ea que ē non eſt omnis nōhomo iuſtus illa vero que ē omnis non iuſtus nonhomo illi que eſt nullus iuſtus nonhomo idē ſignificat. Trāſpoſita vero nomina ꝛ verba idem ſignificant vt eſt albus homo ꝛ eſt homo albus. Naz ſi hoc non eſt eiuſdē multe erunt negationes ſꝫ oſtēſum eſt quia vna vnius eſt eius enim que eſt eſt albus homo negatio eſt non ē albus homo/eius vō que eſt eſt homo albus ſi non eadem eſt ei que eſt eſt albus homo erit negatio vel ea q̄ eſt non eſt nonhomo albus vel ea q̄ eſt non eſt homo albus. Sed altera quedaz eſt negatio eius que eſt ē nō homo albus/alia vero eius que eſt eſt albus homo quare erunt due vnius. Quoniam igitur tranſpoſito nomine et verbo eadem ſit affirmatio et negatio manifeſtum eſt.

ISte eſt ſecūdus liber peri hermenias Ariſtotelis quem expoſitoꝛes diuerſi mode ſolent diſtinguere. Ego aūt eū ſolū in quattuoꝛ diſtinguā capita. Et hic pn̄s text⁹ pꝛimū caput ꝯſtituit/ ſꝫ aūt pꝛimū caput ſubdiuidā in octo ptes in pꝛima pte vult Ariſtoteles hēe hāc ꝓpoſitionē ꝙ oīs enūciatio conſtat ex noīe ꝛ verbo vel ex noīe infinito ꝛ verbo ꝛ ꝓbat hāc ꝓpoſitionē ſatis clare in textu:poſtꝗ em̄ oīs enūciatio enūciat aliꝗd de aliquo in oī tali opꝫ eſſe nomē vel nomē infinitū ꝛ etiā ꝑter verbum nulla eſt affirmatio vel negatio igit᷑. ¶ Sed hic dubitaret aliꝗs quare Ariſtoteles dicit ꝙ ꝑter verbū nulla affirmatio vel negatio eſt quēadmodū em̄ in aliqua enūciatiōe ponit᷑ nomē:in aliqua vero nō ponit᷑. Sed ponit᷑ nomē infinitū ita aliqua eſt affirmatio ſimiliter ꝛ negatio in qua nō ponit᷑ verbū ſed verbū infinitū quēadmodū eſt iſta ſoꝛtes nō ſanatur. tenendo illā negationē nō infinitāter ꝛ nō negāter ꝛ per ꝯñs videt᷑ ꝙ potius debeat dicere Ariſtoteles ꝑter verbuꝫ vel verbum infinituꝫ nulla eſt affirmatio vel negatio. ¶ Ad iſtud dubiū rn̄det Boetius ſuꝑ iſto paſſu libꝛo quarto editiōis ſecūde ꝙ Ariſtoteles nouerat nomen infinitū cōſtruere ꝓpoſitionē quam inueniſſet vt ſi in affirmatiua diceret᷑ affirmatiuā ſeruaret enūciationē quēadmodū em̄ iſta eſt affirmatiua hō ambulat ita infinitando illud ſubiectū remanet enūciatio affirmatiua:ſi vero ponat᷑ in negatiua negatiuā ſeruat enūciationē:verba vero que ſunt infinita nō affirmationē ſꝫ negationē perficiūt:ſemꝑ em̄ fit ex infinito verbo negatio. vult dicere boetius ꝙ in hac enūciatione ſocrates nō ſanat᷑. ſanatur eſt verbū negatū ꝛ illa enūciatio eſt negatiua ꝛ hoc totū nō ſanatur eſt verbū infinituꝫ ꝛ ita recte dixit Ariſtoteles. Pꝛeter v̉bū nulla eſt affirmatio vel negatio. Et huius opinionis aliquos fuiſſe meminimus in expoſitiōe capitis de verbo libꝛo pꝛio. Sed cōis logica dicit oppoſitū iſtoꝝ:quēadmodū em̄ infinitādo ſubiectū huius hō ambulat remanet affirmatio ita ꝛ infinitādo pꝛedicatū remanet affirmatio. Pꝛopterea aliter dicendū eſt. Et eſt equiuocādū de affirmatione ꝛ negatiōe pꝛout antea meminimus quēadmodū ſolemus eq̄uocare de iſto termino nomē vel de iſto termino verbū ꝛ qn̄ dicit in textu ꝙ erit omnis affirmatio vel negatio vel ex noīe ꝛ verbo vel ex infinito noīe ꝛ verbo ibi ly infinito debet determinare tā ly noīe ꝙ̄ ly verbo. ¶ Deinde in ſecunda parte q̄ incipit ibi Quare pꝛima ꝛc̄. docet multiplicare pꝛopōnes de ſecundo adiacēte variando ſbā penes finitū ꝛ infinitū vnde licet in iſtis pꝛopoſitionibus eſt hō eſt non hō ly hō ponatur poſt copulā dꝫ tn̄ accipi vt ſubiectum. Et docet multiplicare tales ꝓpoſitiones tā vniuerſaliter ꝙ̄ indefinite. Et ſubiungit ꝙ in extrinſecis tēpoꝛibus eadem ratio eſt hoc eodemmodo poſſumus multiplicare pꝛopoſitiones in pꝛopoſitionibus de extrinſecis tempoꝛibus. ¶ Deinde in tertia parte que incipit ibi quando autem eſt ꝛc̄. docet multiplicare pꝛopoſitiōes de tertio adiacente variando pꝛedicatū penes finitum ꝛ infinitū. ſed hanc particulā:quando autem eſt tertium adiacēs pꝛedicatur:aliter expoſuit boetius ꝙ̄ ſic in

Boetius

vſu eam exponere ⁊ dicit ꝙ in hac enunciatiõe eſt hõ
iuſtus ly homo eſt ſubiectum ⁊ ly iuſtus eſt predicatũ
Similiter ly eſt ita ꝙ ibi vnicum eſt ſubiectuz ⁊ duo
predicata. Et ſi petatur quare dicat philoſophus ꝙ
ly eſt tertium predicatur cũ potius predicetur ſecun/
dum. reſpondet Boeti⁹ ꝙ ly tertium debet referri ad
adiacere ⁊ non ad predicatur immo ly eſt eſt ſecundũ
predicatum nam de homine principaliter intenditur
predicari iuſtum ⁊ ideo iuſtum ſecundum eſt adiectuz
⁊ primum predicatum ⁊ quia per ly eſt intenditur da/
ri temporis intelligentia ideo ly eſt tertiuz eſt adiacẽs
⁊ ſecundum predicatum Non enim tempus iuſti adie
cti ad hominẽ intelligere poſſum⁹ niſi ⁊ hominez ⁊ iu
ſtum preintelligamus. Hec expoſitio vt dixi nunc non
eſt in vſu quoniam nunc non dicimus ly eſt eſſe predi
catum videtur tamen bene eſſe de mente ariſtotelis iõ
de ea non ſit contentio: vult igitur Ariſtoteles ꝙ vari
ando predicata penes finitum ⁊ infinitum erunt quat
tuor enunciationes ⁊ due oppoſitiões verbigratia ac
ceptis his quattuor propoſitionibus homo eſt iuſtus
homo non eſt iuſtus/ homo eſt non iuſtus homo non
eſt non iuſtus. inter illas quattuor due ſunt oppoſitio
nes. Nam inter duas primas eſt oppoſitio. Similiter
⁊ inter duas ſecũdas nec inter aliquas alias eſt oppõ
Deinde comparat iſtas enunciationes ad ſeinuicẽ di
cens ꝙ due negatiue ſequuntur ad affirmatiuas due
vero affirmatiue non ſequũtur ad negatiuas ⁊ hoc ſo
let dici ſub aliis verbis ꝙ ab affirmatiua de predicato
finito ad negatiuam de predicato infinito eſt bona cõ
ſequentia. Similiter ab affirmatiua de predicato infi
to ad negatiuam de predicato finito eſt bona ꝯña.
Sed ꝙ a negatiua de predicato infinito vel finito ad
affirmatiuã de predicato oppoſito nõ valet conſequẽ
tia. Et quo ad hoc vt dicit ſe habent affirmationes et
negationes de predicatis oppoſitis ſicut ſe habẽt af/
firmationes ⁊ negatiões de predicatis priuatiuis. Uñ
acceptis his quattuor ꝓpoſitionibus homo eſt iuſtus
homo non eſt iuſtus hõ eſt iniuſtus homo non eſt iniu
ſtus due negatiue ſequuntur ad duas affirmatiuas:
ſed affirmatiue non ſequuntur ad negatiuas. Boe/
tius ad longum declarat qualiter a priuatione ad ter
minum infinitum conſimiliter valet modus arguendi
Poſtea philoſophus docet eodemmodo multiplica/
re propoſitiones vniuerſales ⁊ dat differentiam inter
illas vniuerſales ⁊ illas indefinitas prius datas dicẽs
ꝙ omnes angulares propoſitiones in indefinitis poſ
ſunt ſimul eſſe vere ſed non in vniuerſalibus. Et ſubiũ
git ꝙ nõ ſimiliter angulares contingit veras eſſe: con
tingit autem aliquã per quod nihil aliud vult innuere
ꝙ ſi capiamus duas angulares affirmatiuas de predi
catis oppoſitis nunꝙ̃ illas ſimul eſſe veras continget
Sed alias particulares negatiões angulares bene ſi/
mul eſſe veras continget declaratur hoc exẽplo. Acci
pe has quattuor enũciationes omnis homo eſt iuſtus
nõ omnis homo eſt nõ iuſtus. nõ omnis homo ẽ iuſtus
omnis homo eſt non iuſtus due affirmatiões ſunt an
gulares nec eas ſimul eſſe veras cõtingere poteſt: due
autem negationes angulares ſunt ⁊ bene ſunt ſimul
vere. ❡ Deinde in quarta parte que incipit ibi. ❡ De
igitur ⁊c. Docet multiplicare propoſitiones de tertio
adiacente quarum ſubiecta ſunt infinita variandõ
predicatum penes finitum et infinitum. Et ponit ſi/
militer quattuor enunciationes et ſubiungit ꝙ non
contingit pluribus modis enunciationes cathegori/
cas poſſe multiplicari. ❡ Poſtea ponit differentiam
earum que ſunt de ſubiectis infinitis ad eas enun/
tiationes que ſunt de ſubiectis finitis dicẽs ꝙ ille de
ſubiectis infinitis non ſeruãt aliquã cõſequẽtiam ad
ſe ſicut ille de ſubiectis finitis. ❡ Deinde in quinta p
te que ibidẽ ſumit exordiũ in his vero ⁊c. dicit ꝙ eodẽ
modo poſſunt multiplicari propoſitiones cum verbis
adiectiuis ſicut cũ iſto verbo ſubſtantiuo eſt ⁊ dat exẽ
pla. Poſtea ſoluit quãdam dubitationẽ crederet eniz
forte aliquis ꝙ multiplicãdo has propoſitiones addẽ
da eſſet negatio ſigno vniuerſali. Et dicit ꝙ non de/
bet addi negatio ſigno vniuerſali eo ꝙ ly omnis non
vniuerſale ſignificat ſed vniuerſaliter prout explicui/
mus in ſuperiori libro. ❡ Deinde in ſexta parte que
incipit ibi quã vero contraria ⁊c. Dicit has contraria/
ri omne animal eſt iuſtum nullum animal eſt iuſtum ⁊
propterea ꝙ nunꝙ̃ erunt ſimul vere ſed eis oppoſite
bene poſſunt eſſe ſimul vere hoc autem reſumit Ariſto
teles ad intelligentiam differentie quam poſuit inter
vniuerſales variatas penes predicata finita ⁊ infini/
ta ⁊ inter indefinitas vel particulares conſimiliter va
riatas. Et ſubiungit ꝙ quemadmodum ad affirmati/
uas ſequuntur negatiue de predicatis oppoſitis ita
ad negatiuas ſequuntur affirmatiue de predicato op
poſito. Et ſubiungit neceſſe eſt enim aliquem eſſe quã
quidem particulam non inuenio explicatam ab ali/
quo antiquo expoſitore immo Boetius vult hanc cõ
ſequentiam eſſe bonam quidam homo non eſt iuſtus
ergo quidam homo eſt non iuſtus conſtat tamen illaz
nihil valere cum nullo exiſtente homine antecedens
eſſet verum ⁊ conſequens falſum. Propterea moder/
ni expoſitores dicunt ꝙ Ariſtoteles per illam particu
lam voluit innuere ponendum eſſe conſtantiam et tũc
affirmatiua conſequitur negatiuam cum conſtantia.
❡ Deinde in ſeptima parte que incipit ibi/ manifeſtũ
eſt autem ⁊c. vult monſtrare ꝙ eodemmodo in ſingula
ribus ad affirmatiuas ſequuntur negatiue de predi/
catis oppoſitis. Et hoc declarat quoniam ſi in hmõi
ſingularibus verum eſt illum qui interrogatur af/
firmationem negare manifeſtum eſt quoniam verum
eſt alteram de predicato oppoſito affirmare verbigra
tia ſi quis roget. Eſt ne ſocrates romanus et reſpon/
deatur ꝙ non apte concludere poſſumus ꝙ ſocrates
non eſt romanus et hoc ſuppoſita exiſtentia ſocratis.
Poſtea vult philoſophus in ſingularibus ⁊ vniuerſa
libus interrogatis id inter eſſe ꝙ in vniuerſalibus ex
negatione interrogate affirmationis non licet conclu
dere vniuerſalem affirmatiuam de predicato oppoſi/
to quemadmodum ex negatione interrogate ſingula/
ris affirmatiuam colligere potuimus ſingularez vt pu
ta ſi quis vniuerſaliter roget putas ne omnis medic⁹
ſanat et vere reſpondeatur ꝙ non ex hac reſponſione
non licet colligere ꝙ omnis medicus non eſt ſanans ſz
apte colligere lz ꝙ non omnis medicus ſanat Alii ali
ter exponunt hunc paſſum Ariſtotelis ⁊ redit in idem
⁊ inferunt hoc dictum commune non refert propone/
re vel poſtponere termino ſingulari negationẽ. ❡ De
inde in octaua parte ⁊ vltima huius capitis. Que in/
cipit ibi ille vero. ⁊c. remouet aliquos errores incidẽ/
tes circa predicta crederet enim quiſpiam nomina in
finita ⁊ verba infinita eſſe negationes ita ꝙ cum no/
mini adiiceretur negatiua particula quãdam crede/
ret fieri negationem. Et eodemmodo cum verbo infi/
nito vt puta ſi dixero currit ⁊ alius dixerit non currit
hũc errorem remouet dicens ꝙ ille qui dicit nõ homo
non magis verum falſum ve dicit ꝙ̃ qui dicit homo.
Et breuiter cum nomine infinito non poteſt conſtitui
negatio niſi ei aliquod verbum addatur nec etiam cũ
verbo infinito niſi ei addatur aliquod nomen. Poſtea
redit ad eas propoſitiones que ſubiectuz habẽt infini

tum predicatum vero vel finitũ vel infinitũ. Et remouet ſimiliter errorem qui circa tales propoſitiones impedire poſſet ⁊ breuiter vult ꝙ ad affirmatiuã de ſubiecto infinito nõ ſequitur negatiua de ſubiecto oppoſito vt declarat exẽplariter. Ultimo vero remouet errorem qui circa p̃dicta poſſet occurrere. putaret enim aliquis ꝙ ſicut negatio prepoſita vel poſtpoſita in propoſitionibus vniuerſalibus interrogatis variat veritatẽ ⁊ falſitatem ita etiã crederet ex tranſpoſitione nominum ⁊ verboꝝ impediri equiualentiam propoſitionum. Hunc errorem remouet philoſophus dicens ꝙ tranſpoſita nomina ⁊ verba idẽ ſignificant. Et ad hoc adducit probationẽ que vt claret intuenti non eſt demonſtratiua ſed ſolum topica. Et illud dictum Ariſtotelicum intelligendum eſt omnibus proprietatibus logicalibus ſeruatis. Dicũt Fabriſte id de tranſpoſitione ⁊ vario ſitu noĩm ⁊ verboꝝ intelligendum eſſe ſeruata proprietate latina apud latinos ⁊ greca apud grecos ⁊ vt idem maneat ſubiectum ⁊ idem predicatum. Quare vt dicunt non idem indicant iſte due hõ ẽ animal rationale homo eſt rationale animal eo ꝙ prima apta locutio eſt ⁊ ſecunda inepta cum regula ſit apud grammaticos ⁊ oratores cõia magis cõmunibus plationis ordine ſitu ꝗ eſſe preferenda. Audiant q̃ſo Boetium in principio libri quinti ſecunde editionis q̃ ſup iſto paſſu tranſpoſita vero nomina ⁊ verba ⁊c. ita proponit. Docet nunc q̃m ſi nomina ⁊ verba transferant ⁊ aliud prius: aliud vero poſterius predicetur vnam ſine dubio ſignificantiam retinere. Siue enim quis dicat eſt homo albus ſiue eſt albus homo: ſiue homo albus eſt ſiue albus homo eſt: ſiue q̃uolibet aliter ordinẽ predicationis permittꝫ eadem ſine dubio ſignificatio permanebit. Et hoc quidẽ fortaſſe oratoribus vel poetis non eodem modo perſpiciẽdũ eſt/ quo dialecticis Etenim q̃ntum ad compoſitionem orõnis ſpectat/ maxime differt quo verba ⁊ noĩa predicationis ſue ordine proferantur. Multum enim intereſt in eo ꝙ ait Cicero. Ad hanc te amentiam natura peperit: voluntas exercuit/ fortuna ſeruauit/ ita dixiſſe vt dictuꝫ eſt/ an ita ad hanc te amentiã peperit natura exercuit voluntas ſeruauit fortuna ſic eniꝫ minor eſt ſententie magnitudo minuſq̄ in ea licet id q̃ſi ſic componatur eminet ⁊ ſeſe vel nolentibus hoĩꝫ auribus animiſq̄ patefacit Ruſus cum dicat Uirgilius paciq̄ imponere morem potuiſſet ſeruare metrum ſi ita dixiſſet morẽq̄ imponere paci ſed eſſet debilior ſonꝰ/ nec eo ictu verſus tã preclare vt nunc compoſitus diceretur/ ergo non ideꝫ valet oratoribus vel poetis verborũ nominumq̄ ordo mutatus. Quod enim ad compoſitionem ſpectãt multum in ordine ſermonũ ornamenti reperient: dialecticis vero quibus nulla eſt ad orationis leporeꝫ cura loquendi a quibuſq̄ ſola veritas perſcrutatur nihil differt quolibet ordine verba ⁊ nomina permutent̃ cum tamen eandem vim quã prius in ſignificatione retineant/ ſed nec apud ip̃os modis omnibus permutato ordine dictionis eadem ſemper vis ſignificatioq̄ ſeruat̃ Hec eniꝫ particula que negatiua eſt id eſt non multũ valet multamq̄ differentiam perficit varijs adiecta locis. ¶ Si quis enim dicat homo albus non eſt faciet indefinitam ſimplicem negationem. Si quis vero dicat homo non albus eſt faciet indefinitam ex infinito predicato affirmationẽ. Et ſicut etiam patuit ex dictis aliud eſt dicere omnis homo non eſt ſapiens non omnis homo eſt ſapiens. Nec apud logicam iſte debent reputari eedem omnis homo eſt iuſtus/ iuſtus ẽ omnis homo. Recta eſt igitur ſententia Ariſtotelis ꝙ qualitercunq̄ tranſponantur nomina ⁊ verba ⁊ tranſmutentur extrema ſemper manebit equiualentia propoſitionum quoniam autem tria potiſſimum tanguntur in hoc textu. capropter circa hunc textuꝫ tres mouebuntur per ordinem queſtiões. Prima erit circa ea que ponit philoſophus in prima parte huius capitis ⁊ proponitur ſub hac forma.

Fabriſte.

Boetius

Utrum oĩs enũciatio ex nomine ⁊ verbo vel nomine infinito ⁊ verbo ſit compoſita. Pro deciſiõe huius queſtionis preſupponenda ſunt ea que dicta fuerunt in primo de enunciatione de verbo ⁊ de nomine de nomĩe infinito ⁊ verbo infinito. Et q̃ triplex eſt genus enunciationis videlicet enunciatio vocalis/ enunciatio ſcripta/ ⁊ enũciatio mentalis id queſtio propoſita non ſolum ſe extendit ad vnum genus enunciationum preciſe ſed ſe extendit ad quodlibet. Quid autem dicendum ſit de propoſitione ſcripta ⁊ vocali ſatis patꝫ ex primo libro: idcirco preſens queſtio magis mouetur de propoſitionibus mentalibus q̃ de alijs ⁊ circa enunciationes mentales vtrum videlicet ſint ex nomine ⁊ verbo compoſite magna eſt diſceptatio inter viros doctos. et de hac materia tres inuenio opiniones famoſas.

¶ Prima eſt gregorij de arimino tenentis ꝙ nulla enunciatio mentalis ſit cõpoſita ex nomine ⁊ verbo: immo quelibet talis vt dicit eſt vna ſimplex qualitas. Et huius opinionis credo fuiſſe ſanctũ Thomam. Nam in prima parte queſtionis: queſtione lviij. articulo ſecundo. Ubi inquirit an angelus ſimul poſſit m̃lta ĩtelligere: dicit ibidẽ ĩ corpe articuli ꝙ aliquando plura accipiuntur ſm quod ſunt vnum in toto ⁊ ſimul vna operatione cognoſcuntur tam per ſenſum q̃ per intellectum. Et poſtea ſubiungit ſic etiam intellectus noſter ſimul intelligit ſubiectum ⁊ predicatum prout ſunt partes vnius propoſitionis. Et infert correlarie ꝙ multa ſm ꝙ ſunt diſtincta non poſſunt ſimul intelligi ſed ſm ꝙ vniuntur in vno intelligibili. ex quibus verbis videtur ꝙ dixiſſet hanc mentalem homo eſt animal eſſe ſimplicem qualitatem.

Gregoriꝰ de arimino.

Doctor ſanctus

¶ Secunda vero opinio eſt petri de aliaco Camaracẽſis de qua meminit prima queſtione primi ſententiarum quam ad longũ declarauit in ſuo tractatu inſolubilium. Et eſt ꝙ nulla enunciatio mẽtalis cathegorica eſt compoſita ex pluribus noticijs: ſed quelibet enunciatio ypothetica mentalis eſt compoſita ex pluribus noticijs ſicut enunciationes vocales ex pluribus vocibus conſtituuntur.

De aliaco

¶ Tertia opinio hoc tempore cõmunis tenet quãlibet enũciationẽ mentalẽ tã cathegoricã q̃ ypotheticã cõpoſitã eſſe ex pluribꝰ noticijs quarũ vna ẽ ſubiectũ alia copula alia predicatũ. Et huiꝰ opinionis fuit Guillermꝰ Ockam queſtione duodecima tertij quotlibeti ſimilr̃ ⁊ hẽtiſber argumẽto tertio primi ſophiſmatis ⁊ Paulꝰ venetus ⁊ multi alij vt aũt appareat q̃ iſtarũ opinionũ ſit vera ex aliarũ falſitate iccirco q̃libꝫ iſtarũ opinionũ declarabit ⁊ impugnabitur ⁊ vniuſcuiuſq̄ opiniõis motiua adducent̃.

Uenerabilis inceptor.

Hentiſbar

Paulus venetus

Pro intelligentia prime opinionis aduertendum eſt ꝙ Gregorius diſtinctione prima/ queſtiõe prima/ articulo tertio in ſuo prio ponit vnã diſtinctionẽ ſatis tritã ⁊ ẽ hec. Duplex eſt genꝰ enũciationũ mẽtaliũ q̃dã enim ẽ earũ q̃ ſunt vocaliũ enunciationum imagines vel ſimilitudines ab exterioribus

vocibus in aiam deriuate ⁊ iſte non ſunt eiuſdem rōnis in oībus hominibus ſed alie ſunt in greco alie in latino ſicut alie ſunt enūciatiōes vocales apō grecos ⁊ apud latinos. Aliud vero eſt genus enunciationum mentaliū que nullarū ſunt ſimilitudines vocū ſed eedē ſunt ſecundū ſpeciem apud oēs idipm naturaliter ſignificantes quod vocales eis ſubordinate ſignificant ad placitum. Et ſubiūgit ꝙ mentalia primo modo dicta precedunt/ mentales primi generis vocamus mētales nō vltimatas mentales vero ſecundi generis vltimatas Poſtea ſubdiuidit mentales ſecundi generis ſꝫ noſtro propoſito eſt illa ſubdiuiſio impertinens Poſtea mouet hoc dubium Utrum ipſa enunciatio mentalis ſit eſſentialiter compoſita ex partialibꝰ noticijs quibuſdam ſimplicibus quarum vna ſit ſubiectum et alia predicatum an vnus ſit actus non ex talibus partibus conſtans. Et reſpondet hoc pacto Pronunc videt mihi rationabilꝰ dici ꝙ talis enūciatio mentalis cuiuſcūqꝫ generis mētaliū ſit nō ē taliter cōpoſita probatiōes q̄s adducit adducent cōtra tertiā opinionē.

## Cōtra hanc opinionē primo principaliter

arguit ſic Iſta opinio repugnat dictis philoſophi igit ipſa eſt nulla tenet cōſequētia ⁊ pbo aſſumptū ⁊ primo per propoſitionē aſſumptaꝫ in titulo queſtionis omnis enūciatio eſt ex nomine ⁊ verbo vel noīe infinito ⁊ verbo infinito ⁊ per cōſequens quelibꝫ enunciatio mentalis eſt cōpoſita ex pluribus noticijs idem videtur velle Ariſtoteles in multis alijs paſſibꝰ dicit eñ in prologo primi ꝙ circa cōpoſitionē vel diuiſionem eſt veritas vel falſitas. item in capite de verbo verbum eſt ſemper eorū que de altero dicunt nota igitur eandem ſententiā habet in multis paſſibus.

## Et ꝯfirmatur iſta opinio deſtruit

totam logicā igit minus tenēda ē probatur aſſumptū ex iſta opinione ſequitur nullū terminū diſtribui nullum terminum reſtringi ⁊ nulluꝫ terminū ampliari cōſtat autem hec omnia eſſe contra logicā communē igitur ex hac opinione ſequit deſtructio logicē ꝙ ſequatur nullum terminum diſtribui pbo ſic. Si aliquis terminus diſtribueretur maxime eſſet ſubiectū huius ꝓpoſitionis oīs homo eſt animal ſed ſubiectum illius non diſtribuitur quod ſic probo quia ſi ille terminus homo diſtribueretur vel hoc eſſet i voce vel in ſcripto vel in mēte non poteſt dici tertiū vel alias ſequit mentalē vltimataꝫ componi ex pluribus noticijs. Nā ſi in mentali huius omnis homo eſt animal ponatur conceptꝰ cui ſubordinatur ly homo diſtributus ab illo ſigno omnis iam clariſſime ſequitur illā mentalem eſſe compoſitā. Sed ꝙ nō poteſt dici illū terminum diſtribui in voce vel in ſcripto ſic pbo. Si ille terminus homo in voce vel in ſcripto diſtribueret hoc maxime eēt a ly omnis. ſed ſi ly omnis in voce vel in ſcripto haberet vim diſtribuendi iā ly omnis aliqualiter ſignificaret ſed nullꝰ terminus vocalis aut ſcriptꝰ pōt aliqualiter ſignificare niſi virtute mentalis cui ſubordinatur ⁊ ꝑ conſequens aliquis erit terminus mētalis habēs vim diſtribuendi aliū terminū qō reprobatū eſt q: ex illo manifeſte ſequitur mentalē vltimatam componi ex pluribus noticijs quod reſtabat probandum.

## Ad primū principale reſponderet

forte Gregorius ꝙ argumentum ſumptum per locuꝫ ab auctoritate Ariſtotelis non tenet idcirco non contendendo in hoc cum gregorio contra ipſuꝫ tamen ratione ſic arguo Aliqua mentalis componitur ex nomine et verbo prout dixit Ariſtoteles et non eſt maior rō de vna mentali q̄ de alia igitur quelibet eſt compoſita ex nomine ⁊ verbo tenet conſequentia ⁊ aſſumptū probo quo ad maiorem quoniam vt videtur minor nō eget probatione/ mentalis nō vltimata huius ꝓpoſitionis homo ē animal componitur ex cōceptu nō vltimato ſubiecti ⁊ cōceptu non vltimato predicati ⁊ actu vnitiuo verbali quū non ſit poſſibile formare mentalē nō vltimatā illiꝰ ꝓpoſitionis quin formentur cōceptꝰ non vltimati illorū extremorū igit. Ad iſtud argumentū reſpondet aliquis per duas propoſitiones.

## Prima ꝓpoſitio quādo ꝓpoſitio

vocalis vel ſcripta habet plures partes quarum vna ſit ſubiectum ⁊ alia predicatum propoſitio mētalis nō vltimata habet plures partes quarum vna eſt ſubiectum ⁊ alia predicatum.

## Secūda propoſitio quādo ꝓpoſitio

vocalis vel ſcripta non habet plures ptes quaruꝫ vna ſit ſubiectum ⁊ alia predicatum tunc propō mētalis non vltimata non habet plures ptes quarū vna ſit ſubiectum ⁊ alia predicatum probatur iſta propoſitio in caſu cōmuni. ſi ly a imponeret ad ſignificandū hominem eſſe animal tūc ly a eſſet ꝓpoſitio ⁊ tamen eiꝰ mentalis non vltimata nō eſſet compoſita ex pluribꝰ partialibus noticijs Poſtea dicit ꝙ quecunqꝫ opinio teneatur iſte due propoſitiones ſunt concedende ⁊ ita vt dicit Gregorius ſolū intendit loqui de propoſitione mentali non vltimata ſed iſte non intellexit menteꝫ gregorij cū dicat gregorius vt ſupra dictum eſt ꝙ propō mentalis cuiuſcunqꝫ generis mentalium ſit nō ē taliter compoſita Prius aūt poſuerat diuiſionē in mentalem nō vltimatam ⁊ vltimatam ⁊ per cōſequens de mente eius eſt mentalē non vltimatā nō eſſe compoſitam ex pluribꝰ noticijs ſicut nec vltimatā ⁊ ita negandum eſt ſecundum opinionē gregorij mētalem nō vltimatā huius vocalis homo eſt animal cōſtitutā eſſe ex pluribus noticijs. Sed tamē ꝙ illud debeat concedi alia via ſic probo ⁊ pono ꝙ corā aliquo ſucceſſiue proferatur iſta propō vocalis homo eſt animal ſtat bene ꝙ audiens primo formet conceptū non vltimatuꝫ ſubiecti ⁊ remanente illo conceptu ꝙ formet cōceptū nō vltimatū de ly animal quibus conceptibus exiſtētibꝰ in aīa talis poterit formare propoſitionem mentalem igitur illa eſſet vere compoſita igit. Hoc argumentuꝫ ducit quidā venerabilis religioſus mihi cōterraneus de mentali vltimata illius ꝓpoſitionis articulo quinto queſtiōis prime in ſuo primo peri hermenias. Et reſpōdet ad ipm ꝙ adueniēte nouo cōceptu verbigratia conceptu animalis corrūpitur primus videlicet conceptus hoīs ⁊ relinquit vna ſimplex qualitas eminenter continens omnes conceptus precedentes.

## Sed contra hanc ſolutionē arguo

ſic. Si primo formetur cōceptus hominis et poſtea cōceptꝰ aīalis: dicis ꝙ adueniente ſecūdo ꝯceptu corrūpitur primus. Sic arguo nulla eſt repugnantia inter illos duos cōceptꝰ ob quā non poſſent ſimul ſtare in eodē intellectu igit adueniente ſecundo non oporter primū corrumpi peto etiā a te quid intelligis ꝑ qualitatem eminenter continentē omnes precedentes conceptꝰ Non videtur ꝙ aliud poſſis intelligere q̄ vnam qualitatē repreſentātē omnia ea que repreſentant ꝑ cōceptus precedētes. Si tūc ducā argumentū de mētali nō vltimata ꝓpōnis date ⁊ manifeſtū eſt ꝙ nō taliter potes dicere de mētali nō vltimata ſicut de mētali vltimata. Ducā etiā argumētū de cōceptu ſubſtātie ⁊ poſtea de ꝯceptu accidētis nulla videt apparētia q̄re adueniēte cōceptu accidētis deberet corrūpi cōceptꝰ ſubſtantie nec videt que qualitas ibi derelinqueretur

pmineter continēs illos conceptus. Propterea conſequenter defendēdo opinionem gregorij dico ꝙ ſi aliquis primo formet cōceptum hominis ⁊ poſtea cōceptum animalis nō oportet ꝙ adueniente cōceptu animalis corrūpatur cōceptus hoīs immo ad hoc ꝙ aliquis habeat ſimplicē noticiā cui ſubordinatur hec vocalis hō ē aīal requirit ꝙ habeat noticiā hominū ⁊ ſimiliter animaliū imo dico illas duas noticias cōcurrere ad ꝓductionē illius ſimplicis noticie Nec ſequit ꝙ licet ille due noticie ſint ſimul in eodē intellectu ꝙ poſſit cōſtitui propterea propoſitio mētalis cōpoſita.

**¶ Ad confirmationē reſpondet aliquis** defendendo opinionē gregorij cōcedēdo ꝙ ipſa non quadrat cū logica ⁊ cōſequenter cōcedit nullum terminum poſſe diſtribui nec in voce nec in mente. Et etiā ꝙ ſub nullo termino licet facere deſcenſum copulatiuū ratione diſtributionis. Similiter ꝙ equiualentia propoſitionum non eſt attendenda penes eandem ſuppoſitionem extremorum.

**¶ Cōtra hanc reſpōſionē arguit ſic** ſequeretur ꝙ ly omnis nō eſſet terminus ſignificatiuꝰ qđ eſt falſum ſequelā ſic probo ille terminus oīs non ſignificat aliquid nec aliqua nec ēt ſignificat aliqualiter. Si eñ ſignificaret aliqualiter maxime ſignificaret aliqualiter diſtribuendo ſed hoc nō vt dictū eſt in precedenti reſponſione igit nullomō eſt terminus ſignificatiuus falſitatē tñ conſequentis ſic ꝓbo loco cuiuſlibet termini nō ſignificatiui non ſtantis materialiter lz ponere quēlibet alium terminum nō ſignificatiuū igitur ſi in hac ꝓpoſitione omnis homo eſt animal nō ſit ly oīs terminus ſignificatiuꝰ poterit poni loco eiꝰ iſte terminus buf ⁊ ita illa ꝓpoſitio equaleret huic buf hō eſt animal Notanter dixerim in maiori non ſtātis materialiter q: ſemota illa particula maior eſſet falſa nā hec ꝓpō hō eſt dictio diſſyllaba eſt vera ⁊ eius ſubiectū ſcđm ſignificationē ſecundū quam ibi accipitur ē terminus nō ſignificatiuus ⁊ tamen loco eius nō licz ponere iſtum terminum bu f vt conſtat.

**¶ Ad hoc argumentū reſpondēt ille** idē negādo ꝙ ly oīs nō ſit terminus ſignificatiuus immo vt dicit ſignificat totā iſtam propoſitionē omīs hō eſt animal ſignificare ſic vniuerſaliter. Et hinc ē ꝙ audita iſta omnis hō ē aīal. Si queratur qualiter illa ſignificat: reſpondetur vniuerſaliter q: illud ſignuz omnis ſignificat illā ꝓpoſitionem ſignificare vniuerſaliter. Et vlterius ex illo cōcedit correlarie ꝙ ly omnis ē ꝓpoſitio quēadmodū vt dicit habet concedere illi qui ſuſtinēt excluſiuas eſſe propoſitiones ypotheticas de iſto ſigno excluſiuo tantum quod eſt propoſitio. Et licet ly omnis ſit propoſitio tamen loco eius non lz ponere propoſitionem ſecuz ſinonimā Omnia hec adeo abſurda ſunt ꝙ pro eorum impugnatione ſufficiat eorum recitatio ⁊ ſine dubio. Si omnia hec abſurda ſequātur ex opinione gregorij bñ abſurda ē opinio gregorij. Omnia etiam hec ſunt contra doctrinaz ipſius gregorij ſicut eñ prius patuit queſtione nona primi gregoriꝰ diſtinguit hāc omnes anime cauſabiles poſſunt eſſe cauſate penes hoc ꝙ ly oēs poteſt accipi collectiue vel diſtributiue ⁊ ꝑ cōſequēs dicēdū eſt aliquē teriuz poſſe diſtribui. ꝓpterea alr rñdēdū eſt ad ꝯfirmationē ⁊ nego ꝙ nullꝰ teriꝰ diſtribui pt vñ lz nullꝰ teriꝰ poſſit diſtribui in mente atñ ſubiectū huius vocalis omnis homo eſt aīal diſtribuitur. Et nego illud ꝙ aſſumis ꝙ ly omnis in voce nō poſſit habere vim diſtribuēdi niſi ratione ⁊ virtute alicuiꝰ termini mētalis

vnde hic eſt aduertendum ꝙ ſecundum opinionē predictam ponenda ſunt ſincathegoreumata in voce dato ꝙ eis non correſpondent aliqui actus ſincathegoreumatici mentales Nec ex illo inferre poteſt ꝙ ſuperflue ponantur ſecundum opinionem communem: tā in voce ꝙ in ſcripto reperiuntur verba adiectiua non tamen in mente. Et licet non ſit omnino ſimile non tamen aliter eſt dicenduz. Sz petes ⁊ bene poſtꝙ ly oīs non ſubordinatur alicui actui ſincathegoreumatico in mēte Unde eſt ꝙ dicat ſincathegoreuma. Ad hoc dico ꝙ ſecundum hanc opinionem aliquis terminus dicitur ſincathegoreuma ex eo ꝙ non ſubordinat alicui conceptui ſignificanti aliquid vel aliqua ſed ratione eius aliqualiter ſignificatur per aliquā propoſitionē qualiter non ſignificaretur per illā Illo ſincathegoreumate ſecluſo iuxta dictū Ariſtotelis ipm verbum ē ſi purum dixeris nihil ſignificat hoc ē ipſum verbum eſt per ſe ſumptuz nō ſignificat aliquid vel aliqua nullam enim rem ſignificat tota iſta propō hō eſt animal quam non ſignificat ille terminus homo vel ille terminus animal. Sed rōe illius verbi aliqualiter ſignificatur eē iure qualiter nō ſignificatur illo ſecluſo. Et hic ſemp ſecludo opinionē Gregorij de complexis ſignificabilibus quia illa admiſſa aliter eſſet dicendū. Et ſi dicas addito illo ſigno diſtributiuo oīs ſubiecto huius homo eſt animal repreſentatur nobis eē deſcendendū copulatiue ſub illo termino nō addito illo ſigno oīs illi termino homo Illud nobis nō repreſentat igitur illud ſignum omnis repreſentat nobis ꝙ eſt deſcendendum copulatiue ſub illo terio. Et vltra ſeqtur illud ſignum omnis repreſentat nobis ꝙ eſt deſcēdendū copulatiue ſub illo termino igitur repreſentat nobis ꝓpoſitionaliter ⁊ per cōſequēs oportet incidere in ſolutionē precedentem ꝙ ly oīs eſt propoſitio qđ euitare intendimus. Ad hoc argumentū reſpondeo ꝙ ipſum eſt ſophiſticū equaliter enim currit contra quālibet aliam opinionē ſicut contra iſtaz vt ſatis conſtat ad ipm tamen reſpondeo negando ꝙ ly omnis repreſentat nobis eſſe deſcēdendum copulatiue ſub illo termino homo bene verum eſt ꝙ illo ſigno cadente ſemp illud ſubiectum bonus logicus ſcit deſcendendū eſſe copulatiue ſub illo tñ ly omnis nō repſentat eo pacto quo circulus ante tabernā repreſentat vinū eſſe venale. Et qñ dicis addito illo ſigno illi termino repñtat nobis eē deſcēdendū copulatiue nō addito illo ſigno nō repñtatur eſſe deſcendendum copulatiue igitur illud ſignū repñtat nobis eē deſcendenduz copulatiue. Concedo ꝯñam negato antecedēte imo addito illo ſigno omnis nō repñtatur nobis eē deſcendendū copulatiue qm̄ deꝫ oppoſitū ꝙ nobis repñtetur eē deſcendendū copulatiue ſequit ꝙ ab aliquo vel ab aliquibꝰ illud nobis repñtatur ⁊ nō poteſt dicere a quo niſi a ly omnis igit a ly oīs repñtatur eē deſcendenduz copulatiue ⁊ ꝑ ꝯñs ly oīs repñtat eē deſcendendū copulatiue a paſſiua ad actiuā bene verū eſt ꝙ addito illo ſigno bonus logicus ſcit eē deſcendendum copulatiue tamē a nullo ei hoc repreſentat ꝓprie ſemp capiendo illum terminum repreſentari. Do tibi analogiā acceptis iſtis duabus ꝓpōnibus hō incipit eē / incipit eē hō / bonus logicus ſcit ꝙ prima nō eſt immediate exponenda ſicut ſecunda ⁊ tamē a nullo ei hoc repñtatur niſi velles dicere ꝙ a termino ſtāte determinate ꝑcedēte ly incipit ei hoc repñtatur et tūc ex illo ſi tunc modꝰ arguēdi fuerit bonus ſequit ꝙ ly hō eſſet ꝓpō quod nemo concederet. Similiter dato aggregato ex determinatione ⁊ determinabili determinatione accepta non vnica acceptione ſcimus q: deſcendenduz ē p.....

ſub determinatione ꝙ ſub determinabili a nullo tamē nobis illud rep̄ntat̄ niſi dicat̄ ꝙ illud nobis repreſentat̄ a determinatione q̄ accipitur non vnica acceptiōe quo tamē cōceſſo manifeſtū ē nō eē cōcedēdū illā determiatonē eē ꝓpōnē. Nec Johānes buridanꝰ cōcedens hanc eē ypotheticā tantū hō eſt aīal conceſſit illud ſignū excluſiuū tantū eē ꝓpōnē. Et eodē mō dico ad alia incōueniētia illata in argumēto ꝙ bñ ɔtingit aliquē terīuȝ āpliari aut reſtrīgi ī voce vel ī ſcripto ſed nō in mēte ⁊ ſic patet ſolutio ad cōfirmationeȝ.

**¶ Secūdo principaliter arguit̄ ſic** ſi ꝓpō mētalis vltimata nō cōponeret̄ ex pluribꝰ ꝑtialibus noticijs ſeq̄ret̄ ꝙ aliq̄s poſſet habere noticiā ſimplicē alicuiꝰ ꝓpōnis ypothetice ɔpoſite ex oībꝰ ꝓpōnibꝰ cathegoricis qḋ ē icōueniēs. Seq̄la tñ ꝓbat̄ ſic capio vnā ypotheticā ɔpoſitā ex duabꝰ cathegoricis ⁊ ſic arguo ſortes pōt habere noticiā ſimplicē illiꝰ ypothetice igr̄ nō magis repugnat itellectui ſortis habere quācūq̄ noticiā ſimplicē alicuiꝰ ypothetice ex quibuſcūq̄ cathegoricis ɔſtitute ⁊ ꝑ ɔñs habet̄ ꝙ ſortes pōt habere noticiā ſimplicē alicuiꝰ ypothetice ex oībꝰ cathegoricis conſtitute Abſurditas tñ illiꝰ arguit̄ ſic. Si talē noticiā ſimplicē aliquis poſſet habere ſeq̄ret̄ ꝙ capacitas illius nullo pacto terminaret̄/ de actiua loquor quod tamen conſtat eſſe falſum.

**¶ Et confirmat̄ aliqua ē mētalis vltimata** cōpoſita ex pluribꝰ partialibꝰ noticijs igitur quelibet mētalis vltimata ē cōpoſita ex pluribꝰ ꝑtialibus noticijs. Cōſequētia tenet q: equalis eſt ratio in oībus ⁊ ꝓbat̄ aſſumptū ⁊ accipio mentalē vltimatam cui ſubordinatur hec ypothetica ſortes currit ⁊ ſortes nō currit ⁊ quero vel illa mentalis vltimata eſt ſimplex noticia vel nō. Si ſecūdū habeo ꝓpoſitū. Si primū arguo ſic ſi hoc eſſet verū ſequeret̄ ꝙ eadē noticia cōtradictoriomō repreſentaret qḋ nō eſt dicenduȝ ꝓbat̄ tñ ſequela q: illa noticia ſimplex rep̄ntat ſortē currere et ipa eadē repreſentat ſorteȝ nō currere ꝙ tñ illud dici nō poſſit patet q: tantum repugnat vnam ſimplicem noticiam ſic repreſentare quantū repugnat ꝙ noticia hominum repreſentet aſinos ſed clariſſimum eſt ꝙ illud repugnat igitur ⁊ aliud etiam repugnat.

**¶ Ad ſecundū principale reſpondetur** negādo ſequelā Unde queadmodū dictū eſt ꝙ ad habendū ſimplicē qualitatē que ſit mētalis cui ſubordinet̄ iſta vocalis hō ē animal oportet habere ſimplices noticias extremorū illius vocalis ita etiā non pōt formari aliqua mētalis ypothetica niſi exiſtētibus in anima ſimplicibꝰ noticijs requiſitis ad productionē cathegoricarū que quidem cathegorice de neceſſitate etiā concurrunt ad ꝓductionē talis ypothetice. Unde quo ad productionē. Similiter ⁊ cōſeruationeȝ illius ſimplicis qualitatis que ē ꝓpō puto eſſe imaginādū ſicut de aſſenſu ſcientifico genito per demonſtrationē vnde queadmodū dici ſolet de eo ꝙ nō poteſt produci īmmo neq̄ conſeruari ſine aſſenſibus premiſſaruȝ ita ſimplex qualitas cui ſubordinatur iſta ꝓpō hō eſt animal nō pōt produci nec conſeruare niſi exiſtētibꝰ his duabꝰ noticijs in anima hominum et animalium. Et ſicut aſſenſus premiſſarū actiue cōcurrūt ad ꝓductionem aſſenſus ſcientifici concluſionis ſimiliter ⁊ eiꝰ cōſeruationē ita ⁊ ille due noticie actiue cōcurrūt ad productionem illius qualitatis ſimiliter ⁊ eius conſeruationem. Cum igitur cuiuſlibet intellectum conſtat eē finite capacitatis actiue non poterit aliquis habere ſimplicem noticiam alicuius ypothetice niſi poſſit habere noticias ſimul ⁊ ſemel que de neceſſitate ɔcurrūt ad ꝓductionē cathegoricaꝝ que cathegorice de neceſſitate cōcurrunt ad ꝓductionē talis ypothetice. Et ex iſtis liquet ꝙ data aliqua ypothetica vocali de qua poteſt formari ſimplex qualitas cui ſubordinabit̄ non ſequitur ꝙ ſortes poteſt formare ſimplicē qualitatem cui ſubordinatur hec ypothetica igit̄ pōt formare ſimplicem qualitatem cui ſubordinetur ypothetica conſtituta ex pluribꝰ cathegoricis verbigratia ſuppoſito ꝙ capacitas intellectus ſortis terminetur ad ſexdeciȝ tūc accepta iſta copulatiua omnis auis hñs vncoſos vngues cibat̄ a carnibꝰ: ⁊ oē genꝰ aq̄le ⁊ falconū veniēs ab aquilone eſt melius ⁊ ferocius: intellectus ſortis poterit formare ſimplicē qualitatē cui ſubordinabit̄ illa copulatiā ad cuiuſquidē qualitatis ꝓductionē ɔcurrūt tredeci ſimplices noticie quibꝰ ſubordināt̄ tredeci termini cathegorematici poſiti in illa copulatiua. Similiter ɔcurrūt due alie ſimplices qualitates quarū quilibȝ ē ꝓpō quibꝰ videlicȝ ſubordinantur due cathegorice illiꝰ copulatiue ⁊ tñ nō poſſet intellectꝰ ſortis formare ſimplicē qualitatē cui ſubordinat̄ vna copulatiua inqua ponerent̄ ille due cathegorice vna cū iſta oēs aquile ⁊ falcones veniētes a regione ſuetie ⁊ liuorie liberius comedunt piſces q̄ carnes q̄ tūc oporteret ipſum formare plures q̄ ſexdeci noticias qḋ nō pōt ex ſuppoſitione. Ex iſtis patet ꝙ non oportet ſolū aſpicere ad vnū totale extremū ſed etiaȝ ad partes eius ſuppoſito ꝙ habeat.

**¶ Cōtra dicta in hac ſolutiōe arguitur** ſic. Et hoc cōtra hoc in quo dictū ē ꝙ naturalis ſimilitudo hominū ⁊ naturalis ſimilitudo animaliū cōcurrunt ad ꝓductionē huius ꝓpōnis mentalis hō eſt animal que eſt ſimplex qualitas et ſic arguo: ſequeret̄ ꝙ illa ꝓpō mētalis ꝓduceret̄ naturaliter ⁊ non libere qḋ eſt falſum cū in libera poteſtate hoīs ſit formare illā ꝓpōnē ⁊ nō formare. Sequela tñ ſic patet Ille due noticie mere naturaliter cōcurrūt ad ꝓductionē illius ꝓpōnis mentalis ⁊ ꝑ cōſequens illa propoſitio mētalis naturaliter producitur ⁊ nō libere.

**¶ Ad hoc argumentū reſpondeo ꝙ** ipſum ē nullū equaliter eñi currit tenēdo ꝓpōnē mentalē eē cōpoſitā ſicut tenendo oppoſitū nec eſt dubiuȝ de hoc quī aliqua mētalis ꝓducitur naturaliter ⁊ nō libere aliquibꝰ ſaltē ſuppoſitis ſi ſortes aduertat circa aliquā ꝓpōnē ⁊ intelligat eius ſignificationē tunc mere naturaliter ꝓducit̄ illa ꝓpō. Dico tñ ad argumētū ꝙ poſitis illis duabus noticijs in aīa ſortis adhuc libere ꝓducit̄ illa ꝓpō mētalis q̄ñ in poteſtate intellectus eſt cōcurrere cū illis noticijs ad ꝓducēdū ꝓpōnem mentalē vel nō. Et ſi dicas poſitis cauſis ſufficiētibus ad ꝓductionē alicuius effectꝰ de neceſſitate naturali ponit̄ talis effectꝰ. ſed poſitis illis duabus noticijs in aīa ſortis ponunt̄ cauſe ſufficientes ad ꝓducendū illā ꝓpoſitionē mentalē igitur de neceſſitate naturali ꝓducitur illa ꝓpoſitio mentalis. Ad hoc dico ꝙ illa maior habȝ verū quando omnes ille cauſe ſunt naturaliter agentes ⁊ non libere.

**¶ Ad cōfirmationē que eſt ratio petri de aliaco** in ſuis inſolubilibus r̄ndeo ꝙ mentalis vltimata huiꝰ copulatiue ſortes currit ⁊ ſortes nō currit ē vna ſimplex qualitas. Et q̄ñ dicis ſequeret̄ ꝙ eadē ſimplex noticia cōtradictorie repreſentaret. Diſtinguo vel iadequate ⁊ copulatiue ɔcedo vel copulatiue et adequate ⁊ ſic nego Tñ dico ꝙ illa ſimplex noticia cui ſubordiat̄ illa ypothetica rep̄ſētat ſortē currere ſȝ hoc

inadequate etiam repreſentat ſortē nō currere ſed hoc iterū inadequate ſed adequate repreſentat ſortē currere ⁊ non currere Nec ex illo habere potes ꝙ noticia repreſentatiua hominū poſſit repreſentare oēs aſinos Et hec quo ad primā opinionem dicta ſufficiant.

Sequitur ſecūda opinio quā tenet petrus de aliaco locis ſepiꝰ allegatis. Pro cuius intellectu pono duas breues propoſitiones.

¶ Prima ꝓpō nulla propoſitio mētalis ypotetica ē ſimplex qualitas imo quelibet talis ē cōpoſita ex pluribus partialibus noticijs hanc ꝓpoſitionē potiſſimū ꝓbat ipſe ꝑ argumētū nūc factū repugnat eīn vt dicit alicui ſimplici noticie contradictorio mō repreſentare inſuper quelibet cōditionalis mētalis eſt vna bona cōſequentia igit̄ quelibet talis cōponitur ex antecedēte ⁊ cōſequente ⁊ per cōſequens quelibet talis eſt cōpoſita ex pluribꝰ partialibus noticijs idē ꝓbat ipſe de ſillogiſmo nā quilibet ſillogiſmus eſt propō ypotetica. Et oportet quemlibꝫ ſillogiſmum conſtitui ex maiore minore ⁊ concluſione igitur quelibet talis ypotetica eſt compoſita et ꝑ cōſequēs oportet dicere nullas tales ypoteticas eē ſimplices qualitates. Et ex hac ꝓpōne infert ipſe de Aliaco opinionem Gregorij non eſſe vniuerſaliter veram.

¶ Secūda ꝓpoſitio nulla ꝓpoſitio mentalis cathegorica eſt eſſentialiter cōpoſita ex pluribus partialibꝰ noticijs quarū vna ſit ſubiectuꝫ alia predicatū ⁊ alia copula Hāc propoſitionē cōformiter ponit ad primā opinionē ⁊ eam derelinquit ſufficienter ꝓbatam per probationes quas adducit Gregoriꝰ ad probanduꝫ ſuam opinionē de quibus videbitur in tertia opinione: argumenta autem que adducta fuerunt contra precedenteꝫ opinionem etiam adduci poſſunt contra iſtam: nichilominus tamen

¶ Adhuc tripliciter arguo ꝯtra hāc opinionē Prio ſic quēadmodū mētalis cathegorica ē vna ſimplex qualitas ita ⁊ mētalis ypotetica igit̄ prima ꝓpō ē falſa cōſequētia ē clara ⁊ ꝓbo aſſumptū ſecūdū ipſummet petrū de Aliaco queſtione prima primi ſentētiarū vnus ⁊ idē aſſenſus pōt eſſe duorū contradictoriorū imo vt ipſemet fatet̄ dato ꝙ aſſenſus cōtradictoriorū eſſent cōtrarij ⁊ ꝙ eēt impoſſibile naturaliter ipſos eē ſimul in eadē mēte ſicut aſſenſum quo aſſentirem ſortem eſſe: ⁊ aſſenſum quo aſſentirem ſortem non eſſe tamen vt dicit nō ꝓpter hoc videtur impoſſibile poſſe eē vnū aſſenſum quo aſſentirē toti iſti copulatiue ſortes ē ⁊ ſortes nō ē. Ex iſto cōceſſo ab eo ſic arguo ſiue vitatē ꝯtineat ſiue nō q2 de hoc videbit̄ in prio poſteriorū pōt eē vnꝰ aſſenſꝰ duorū ꝯdictorioꝝ ꝗlibꝫ aūt aſſenſus ē vna ſimplex qualitas nō cōpoſita ex ꝑtibꝰ diuerſaꝝ rōnū igit̄ a fortiori pōt eē aliqua mētalis vltiata apprehēſiua ſimplex qualitas repſentās ita eē inadequate ſicut ꝑ duo cōtradictoria ſignificat̄ ⁊ per ꝯſequēs rō Petri de Aliaco ē nulla ꝓpter quam ponit illam primaꝫ propoſitionem ⁊ credo ſine dubio ꝙ difficile eſſet petro de aliaco dare diſcrimen.

¶ Secūdo ſic arguo ſecūda propoſitio repugnat prime igit̄ ⁊ de aliaco ponēs illas duas propoſitiones ſibi repugnat tenet conſequētia ⁊ ꝓbo aſſumptum ⁊ accipio hāc cathegoricā ſortes eſt ⁊ non ē ⁊ peto a te an mentalis vltimata cui ſubordinatur ſit ſimplex qualitas vel non. Si ſecundum ſecunda propoſitio eſt falſa. Si primum ſequitur ꝙ eadeꝫ ſimplex qualitas repreſentat ſortem eſſe ⁊ non eſſe ⁊ hoc eſt cōtradictorie repreſentare ⁊ per cōſequens qualitati nō cōpoſite ex partibꝰ diuerſarū rationū non repugnat contradictorio mō repreſentare ⁊ per conſequens male poſita eſt prima propoſitio. Et ſi dicas ſicut videtur velle dicere petrus de aliaco ꝙ mentalis vltimata huius cathegorice ſortes eſt ⁊ nō eſt non eſt ſimplex qualitas ſed compoſita ex partibus diuerſarum rationuꝫ quēadmodum mentalis huius copulatiue ſortes eſt ⁊ ſortes nō eſt ⁊ ꝙ illa ſecūda propō debet intelligi de ꝓpōibus cathegoricis de ſimplicibꝰ extremis et ſimplici copula hoc adhuc non ſatiſfacit immo ex illo ſequit̄ deſtuctio totius opinionis qđ facillie ſic oſtēdo ex ſolutione data ſequitur ꝙ hoc verbū ē ſubordinatur alicui actui in mente vt perſpicuū eſt ⁊ ſi reperibilis ē talis acꝰ in mēte nulla poterit dari rō quare mediante eo nō poſſet intellectus vnire ꝯceptū ſortis: ⁊ ꝯceptū hominū ꝙ ſi intellectꝰ pt clariſſime ſequit̄ aliquā mētalē cathegoricā de ſimplicibꝰ extremis ꝯponi ex pluribus noticijs ⁊ ita quicquid dicat petrꝰ de aliaco ad argumentum non poterit euitare contradictionem.

¶ Tertio ſic arguo ⁊ accipio hāc vocalē hō ē aīal iſta ē terminꝰ igit̄ cōplexus vel incōplexus nō ſcōꝫ vt cōſtat ⁊ ſi detur primū ſic arguo bene ſequit̄ iſta ē terminꝰ cōplexus igit̄ ſubordinat̄ cōceptui cōplexo ⁊ nō potes dicere cui cōceptui cōplexo ſubordinat̄ niſi ille ſit ꝓpō ⁊ ꝑ cōſequēs mētalis illiꝰ cathegorice ē cōpoſita ex pluribꝰ noticijs qđ infert ꝓpoſitū Hec duo prima argumēta ſpāliter currūt cōtra hanc ſecūdā opinionē ⁊ nō cōtra primā/ et vt puto difficile eēt ſcōm doctrinā ipſius Cameracēſis ipſis ad plenum ſatiſfacere/ hoc aūt tertiū argumētū equaliter currit cōtra priorē opinionē ⁊ cōtra iſtā ⁊ ipſuꝫ mouet petrꝰ de aliaco. Et ad ipm nitit̄ reſpōdere ꝑ aliquas propoſitiones quas hic ſuccincte ſubnectaꝫ.

¶ Prima ꝓpoſitio affirmatio vl̄ negatio in intellectu ſeu queuis mentalis oratio non debet dici cōplexa ꝓpter hoc ꝙ ſit cōpoſita ex pluribus noticijs partialibus ꝓbat̄ hec propoſitio quelibet ꝓpoſitio debet dici noticia complexa ⁊ tamen nō quelibet eſt predicto modo compoſita vt dictum eſt igit̄:

¶ Secunda propō oratio mentalis nō debet dici cōplexa q2 equalet in ſignificādo pluribꝰ vocibꝰ vel ſcriptis orationē vocalē vel ſcriptā ꝑdicto mō ꝯponētibꝰ ꝓbat̄ hec ꝓpō q2 dato oppoſito ſequeret̄ ꝙ nulla orō mētalis eēt naturaliter cōplexa ſꝫ ſolū ad placitū qđ videt̄ irrōabile ſeqla tn̄ pꝫ q2 ſi dicatur mētalē vltiatā huiꝰ vocalis hō ē aīal eē cōplexā eo ꝙ illa vocalis ſignificās taliter qualiter illa mentalis etiā ē ꝯplexa tūc ſi nō eēt talis vocalis ſꝫ imponeretur iſta littera a ad ſignificādū hominē eē aīal iā illa mētalis nō amplius deberet dici cōplexa ſꝫ incōplexa et ꝑ cōſequens nō naturaliter ſed ſolum ad placitum illa oratio mentalis diceretur complexa.

¶ Tertia ꝓpoſitio mentalis non debet dici cōplexa q2 cōpoſitionem vel diuiſionē ſignificat in entibꝰ intelligēdo ꝑ cōpōnē vel diuiſionē in entibꝰ aliquā cōpōnē vel diuiſionē extra animā ꝓbatur iſta ꝓpō q2 oratio mētalis cui ſubordinat̄ hoc totum ſbā animata ſenſitiua rationalis eſt coplexa ⁊ tn̄ non ſignificat compoſitionem vel diuiſionem in entibus.

¶ Quarta propō affirmatio vel negatio in intellectu debet dici noticia complexa quia pluribus noticijs ſpecifice diſtinctis equiualet in ſignificando nō ꝙ ille noticie ſint partes eiꝰ ratione cōpoſitionis ſed pñt improprie dici partes eiꝰ ratione ſi

gnificationis ſic videlicet ꝙ ille noticie ſignificāt prīa-
liter oīa illa que ſignificat ſimul talis affirmatio vł ne-
gatio. Hec quarta ꝓpō videtur eſſe ſatis cruda ꝓp-
pter duo. Primū eſt ſtando in cōmuni ſignificatiōe ter-
minorū qua communiter loquētes vtuntur nullo pa-
cto videt eſſe concedendum mentalem vltimatam hu-
ius vocalis homo eſt animal equiualere in ſignificādo
pluribꝰ noticijs ſpecifice diſtinctis: q: vel ille noticie
ſpecifice diſtincte cōſtituunt propoſitionē vel non. Si
primum dabit aliqua mentalis cathegorica compoſi-
ta ex partibus diuerſarū rationū. Si ſecundum ſequi-
tur ꝙ illa ꝓpoſitio non equiualet in ſignificādo illis
noticijs qm̄ propoſitio non equiualet in ſignificando
non propoſitioni. Secundū eſt quia ſequeret nō quā-
libet propoſitionum mentalē debere dici complexam
quod eſt contra dicta in prima propoſitione cōſequē-
tia probatur ſic accepta mētali huius vocalis homo ē
homo petitur an illa ſit complexa vel nō. Si ſecundū
habetur propoſitū. Si primū ſic arguo ipa eſt comple-
xa igit equiualet in ſignificādo pluribus noticijs ſpe-
cifice diſtinctis ſꝫ noticie ſignificātes omnia illa que
ſignificat talis oratio nō ſpecifice diſtinguntur niſi in-
cis includas copulā verbalem quo conceſſo ſtatim ſe-
quitur totā opinionē ruere vt ſatis cōſtat intuenti ꝓp-
pterea tenendo opinionem Gregorij ſecurius eſt dice-
re ꝙ cōplexio ſolum reperitur in voce aut in ſcripto.
Et ſatis miror ꝙ de Aliaco nō melius inſpexerit r. mo-
nes Gregorij quibus ꝑmouetur tenere mentalē ca-
thegoricam non eſſe cōpoſitam quoniā quecunqꝫ ra-
tio adduci poteſt ad probandum ſimplicitatem men-
talis cathegorice conſimilis omnino adduci poteſt de
mentali ypothetica propterea tenendo vnum tenen-
dū erat ⁊ aliud aut ſaltē rationes que adducuntur ad
probandum ſimplicitatem cathegorice concludūt fal-
ſum ſicut ⁊ verū ⁊ ꝑ cōſequens ſunt nulle Facile autē
ē ꝑ gregorio rn̄dere ad motiua inducta ꝓ ꝓpōe ꝓpōis
ypothetice iō de eis ptraſeo dimiſſa igit hac opiniōe
venio ad tertiam q̄ ſola inter ceteras eſt ſuſtinenda.

DIſto cuiꝰ intellectu ponitur
hec cōcluſio reſpōſiua ad titulū q̄ſtionis
ꝓpoſite. Ois enūciatio ex noīe ⁊ verbo vł
noīe infinito ⁊ vbo formaliter aut equiua-
lēter ē ꝓpoſita nō ſolū vocalis aut ſcripta
immo q̄libꝫ mētalis ꝓbat hec cōcluſio ꝑ argumēta cō-
tra opiniones precedentes adducta que ſine dubio re-
ctā nō patiunt ſolutionē quare addo illā particulam
formaliter aut equiualēter ſatis cōſtat. Et huius opi-
nionis fuit aī oēs eos de quibꝰ mētiones fecimus in
principio queſtionis. Cōmētator expreſſe ponēs hāc
cōpōnē in propōibus mētalibꝰ ⁊ etiā doctor ſubtilis
qui in prima queſtiōe primi peri hermenias in reſpō-
ſione ad tertiū ſic dicit. Sicut nomē vocale ⁊ verbū vo-
cale ſunt partes ꝓpōnis vocalis ita nomē mētale ⁊ ver-
bū mētale ſunt partes ꝓpōis mētalis. Ex quibus ver-
bis manifeſte liquet ipm̄ fuiſſe huius opinionis.

Gregorius de arimino

¶ Cōtra hāc opinionē prio principa-
liter arguitur argumētis dn̄i gregorij ex hoc ſic ſi ali-
qua ꝓpō mētalis vltimata eſſet ſic cōpoſita ſequeret
quālibꝫ taliter cōponi cū equa ſit in oibꝰ ratio ꝙ hoc
ſit falſū ꝓbo ſic q: dato oppoſito ſequitur ꝙ poſſibi-
le eſſet eſſe duas propōnes mētales naturaliter ⁊ nul-
lo modo ad placitum ſignificātes oīno ſimiles ⁊ eiuſ-
dē rōnis ſpecifice quarū vna eſſet poſſibilis immo de
facto vera ⁊ alia prorſus impoſſibilis quod eſt falſum
conſequentia ſic oſtenditur mentalis cui ſubordina-
tur hec vocalis oīs albedo eſt entitas eſt vera ex men-
talis cui ſubordinatur hec vocalis omnis entitas eſt
albedo eſt impoſſibilis ſed ſi ille mētales ſic cōponant
vt dictū eſt neceſſariū erit dicere ꝙ cōponunt ex termi-
nis oīno ſimilibus ⁊ eiuſdē ſpeciei igit etiā ille mēta-
les ſunt eiuſdē rōnis q̄ñcūqꝫ eñ ſunt aliqua tota quo-
rū q̄libet ꝑs vniꝰ eſt ſimilis alicui pti alteriꝰ ⁊ ecōuerſo
illa duo tota debent eē oīno ſimilia ⁊ eiuſdē rōnis. Re-
linquitur ergo duas eſſe mētales eiuſdem rationis oī-
no quarū vna eſt vera altera vero impoſſibilis. Falſi-
tas tn̄ illius ſic ꝓbat q: ille tales ꝓpoſitiones idē ade-
quate ſignificant igitur ſi vna eſt vera ⁊ reliqua.

¶ Et cōfirmat non apparet aliquis
modus poſſibilis talis cōpōis igit nō eſt in mente ta-
lis ꝓpō ponēda ꝯña eſt nota ⁊ probatur aſſumptum ⁊
pono caſum ꝙ aliquis nihil affirmans vel negās ha-
beat noticias aliquas verbi grā ſimilitudinē hoīm ⁊ ſi-
militudinē aīaliū ⁊ tūc arguit ſic q̄ñ ille noticie ꝓpō-
nē cōſtituūt nullo pacto aliter ſe hñt ꝙ nūc q̄ñ nullā
cōſtituūt igit nunqꝫ pñt cōponere ꝓpōnē. Forte dices
ꝙ ꝑ aduētū copule de nouo ex illis noticijs ⁊ illo actu
ſincategorumatico ꝯſtituit ꝓpō. Sꝫ cōtra nullo mō
variat acceptio illorū cōceptuū formata copula ⁊ nul-
la illarū noticiarū plus cōponet cū alia q̄ prius viſo
ꝙ antea erant in eodem ſubiecto adequate ſicut nunc
igitur ſicut añ formationē copule non erat propō in
mente ita neqꝫ poſt copule formationē ⁊ per ꝯñs nul-
lo modo videtur poſſibilis iſta ꝓpō propoſitionis men-
talis quod erat probandum.

¶ Ad primum principale reſpondet
cōiter ꝙ nō eſt inconueniēs duas eſſe propōes eiuſdem
ſpēi quarū vna eſt vera ⁊ reliqua falſa iſte enim ſunt
eiuſdem ſpeciei hoc eſt falſū / hoc eſt ſim̄. v. robinqꝫ de-
monſtrādo ſecundam. Sed q: hoc nihil eſt rn̄dere ad
intentionem argumentis icirco negat ꝙ iſte due pro-
poſitiones mentales oīs albedo eſt entitas et oīs en-
titas ē albedo ſunt eiuſdē rōnis. Et q̄ñ dicis quelibet
pars vnius ē eiuſdē rōnis cū aliqua pte alteriꝰ illud
ſimiliter negatur inſtantia eſt de actu diſtributiuo re-
gula eñ cōmunis ē ꝙ ex dēa ſpecifica cathegoreuma-
tū ſpecifica ſequitur diſtinctio actuū ſincathegoreu-
maticorū. Ex quo igit cōceptꝰ quibꝰ ſubordinant ly
entitas ⁊ ly albedo diſtinctarum ſunt rationū icirco
illos actus diſtributiuos diuerſarum ſpecierum eſſe
opꝫ. Sed vt dicūt cōiter loquentes hec ſolutio nō eu-
ſcerat oīno difficultatem argumenti captis enim iſtis
duabus mētalibus oīs hō ē hō / hō oīs hō eſt philoſo-
phice loquendo vna earum eſt neceſſaria et altera im-
poſſibilis ⁊ tn̄ ille mentales ſunt oīno eiuſdem rōnis
nō eñ pōt ibi haberi recurſus ad actus diſtributiuos
viſo ꝙ in cōceptus ſinonimos ferantur. Sed ad iſtud
cōiter loquētes ita reſpōdēt ꝙ actus diſtributiui iſta-
rū duarū ꝓpōnū oīs hō eſt hō / hō oīs hō eſt non ſunt
termini ſinonimi ſꝫ diuerſarū rōnū q: iſta oīs hō ē hō
ſubordinat vni mētali in qua ponit actꝰ hñs vim di-
ſtributiuā vniꝰ cōceptꝰ ⁊ ꝯfuſiuā alterꝰ. Iſta vero hō
oīs ē ſubordinat vni mentali in qua ponit actus hñs
virtutē diſtributiuā vniꝰ cōceptꝰ nō hñs virtutē cōfu-
ſiuā alterius cōceptꝰ mō actus diſtributiuꝰ ⁊ ꝯfuſiuꝰ
ſpecie diſtinguitur ab actu diſtributiuo tātū. Et hec ē
ſolutio noſtri Buridani quam ponit queſtione nona
primi phiſicorum in reſponſione ad vltimum argumē-
tum. In oppoſitum attamen

¶ Cōtra hāc ſolutionē arguitur ſic
vel ſpecifica diſtinctio actuum debet preciſe attēdi pe-
nes conceptus in quos immediate tales actus cadūt
vel non. Si primum ſequitur ꝙ actus diſtributiui iſta

ſum duarũ ꝓpõnũ oĩs homo eſt hõ hõ oĩs hõ eſt ſunt
eiuſdẽ rõnis poſtq̃ cadũt imediate in cõceptꝰ ſinoni-
mos. Sꝫ ſcdõ nõ videt̃ penes quid debeat attẽdi talis
ſpecifica diſtictio actuũ niſi attẽdat̃ penes aggregata
in que tales actꝰ ferunt̃ ſꝫ actꝰ diſtributiui harũ dua-
rũ ꝓpõnũ oĩs albedo eſt entitas oĩs entitas eſt albe-
do ferũtur in aggregata oĩno ſinonima ſunt enim hec
duo aggregata omnino ſinonima albedo ẽ entitas en-
titatis eſt albedo. Et per cõſequens vel actus diſtribu-
tiui harũ duarũ omnis albedo eſt entitas omnis enti-
tas eſt albedo ſunt eiuſdem rationis vel actꝰ diſtribu-
tiui iſtarũ oĩs hõ eſt hõ hõ oĩs hõ eſt ⁊ per conſequẽs
ſolutio data nulla. Forte dices ꝙ actus diſtributiui
duarum primarum non ſunt eiuſdem rationis dato
ꝙ ferantur in aggregata omnino ſinonima eo ꝙ non
eodem modo feruntur in partes illorum aggregato-
rũ ita ꝙ oporteret arguere hoc pacto iſti actus diſtri-
butiui feruntur in aggregata ſinonima ⁊ cadũt in par-
tes ſinonimas illorum aggregatorũ igit̃ illi actus di-
ſtributiui ſunt eiuſdem rationis ꝯmodo conſtat ante-
cedens eſſe falſum. Sed quicquid ſit de omnibus iſtis
videri meo omnes iſte ſolutiões ſuperfluunt Impoſſi-
bilitas enĩ huius propoſitionis omnis entitas eſt al-
bedo ⁊ veritas huius omnis albedo eſt entitas nullo
pacto prouenĩũt ex diuerſitate ſpecifica illorũ actuũ
diſtributiuorũ immo qñ ad imaginationem ita eſſet
ꝙ eodẽ actu diſtributiuo affirmatiuo diſtribueretur
ille terminus albedo ⁊ etiam ille terminus entitas nõ
minus vna illarũ propoſitionũ eẽt vera ⁊ alia impoſſi-
bilis ⁊ ita veritas ⁊ impoſſibilitas illarum propoſitio-
num non proueniunt ab illis actibus diſtributiuis.
Propterea aliter reſpondeo ad argumentum nullum
eſſe inconueniẽs duas eſſe propoſitiones eiuſdem ra-
tionis oĩno quarũ vna ẽ vera ⁊ alia impoſſibilis vt ptꝫ
de iſtis duabus ſortes eſt ſortes ⁊ ſortes eſt plato. Sed
ſi gregorius per ꝓpoſitiones oĩno ſimiles intellexiſſet
propoſitiones ſinonimas tunc illud non eſſet cõcedẽ-
dũ ſed ex toto illo articulo tertio. diſtinctionis allega-
te patet ipſũ nõ ſic intellexiſſe. Ex p̄dictis infero duo
correlaria Primum eſt iſta conſequentia nõ valet iſte
due propoſitiones ſunt eiuſdẽ rationis oĩno igitur iſte
due propoſitiões ſunt ſinonime. Secundũ eſt Iſta cõ-
ſequentia nõ valet iſti actꝰ diſtributiui diſtinguntur
ſpecie ergo iſti actus diſtributiui nõ ſunt ſinonimi ac-
cepta eñ hac vocali omnis homo eſt animal ⁊ ſua mẽ-
tali perſpicuum eſt ꝙ actus diſtributiui illarum dua-
rum ſunt termini ſinonimi attamen ſpecie diſtingun-
tur ex quo generaliter omnis vox ⁊ ꝯceptꝰ ſpecie di-
ſtinguntur. Et ſi petas in quo conſiſtit ſinonimitas il-
lorum duorũ actuũ ſincathegorematicorum ad hoc
ſufficienter reſponſum eſt queſtione decimatertia cir-
ca primam opinionẽ in ſolutione confirmationis ter-
tij argumenti principalis vbi dictũ eſt ꝙ ſinonimitas
illorũ actuũ cõſiſtit in hoc ꝙ intellectus taliter conci-
pit res ſignificatas per vnã qualiter ſignificat̃ ꝑ aliã.

**¶ Ad confirmationẽ reſpondet̃ ne-**
gãdo ꝙ nõ apparet aliquis modus poſſibilis talis cõ-
põnis ꝓpoſitionis mentalis. Et admiſſo caſu ꝙ aliq̃s
intellectus nihil affirmans vel negãs habeat has no-
ticias videlicet ſimilitudinem hominum ⁊ ſimilitudi-
nem aĩalium. Dico quãdo ille noticie propoſitionem
conſtituunt vna cum copula aliter ſe habebunt q̃ nũc
ſe habeant quando nullam ꝓpõnem cõſtituunt bene
verũ eſt ꝙ non aliter ſe habebunt vel ordine ſitus vel
ordine cõceptionis ſꝫ poſt aduẽtũ copule taliter cõpo-
nẽt adinuicem ꝙ ꝓpoſitionem cõſtituent cũ actu ver-
bali ⁊ ille noticie tunc ſe habebunt vnitiue vnione ſu-
q̃ requiſita ad cõſtitutionẽ propoſitionis qualiter an-
te aduentum copule non ſe habebant Nec credas ꝙ
hec ſolutio principiũ petat videtur eñ arguẽti ex quo
ille noticie ſunt in eodẽ intellectu indiuiſibili ꝙ non
aliter ſe habent poſt aduentum copule quando ꝓpoſi-
tiones conſtituunt q̃ ante aduentũ copule. Et in hoc
ipſe paralogiſatur quẽadmodũ enim communiter ſo-
let cõcedi in philoſophia ꝙ deus poſſet ponere duas
albedines in eodem ſubiecto penetratiue et inheſiue:
non tamen vnitiue ſed poſtea faceret ꝙ ille albedines
ſe haberent vnitiue ita ꝙ eandem qualitatem conſti-
tuerent manifeſtum eſt ꝙ poſtea ſe haberent aliter q̃
nunc habeant dato ꝙ nulla earum in aliquo moueret
ſitum aut locũ pariformia oĩno dico eſſe poſſibile du-
as noticias eſſe in eodem ſubiecto que non vniuntur
aliqua copula verbali ⁊ poſtea vnient̃ copula verbali
⁊ tũc aliter ſe hẽbũt q̃ nunc ſe habeãt licꝫ nulla earum
variet ſuum ſitum aliter inq̃ vnitiue vnione requiſita
ad propoſitionem quali vnione nunc non vniuntur.

**¶ Secũdo principaliter arguit̃ ſic.**
ſi mentalis vltimata huius propoſitionis homo ẽ ani-
mal componeretur ex pluribus noticijs ſequeretur ꝙ
illa mentalis nullum haberet ſubiectum vel nullum
predicatum quod ſic probo qua ratione noticia homi-
nũ eſſet ſubiectum ea ratione noticia aĩaliũ eſſet ſub-
iectũ ⁊ econuerſo ea ratione qua noticia animaliũ eẽt
predicatum conſimili oĩno noticia hominum eſſet pre-
dicatum igitur ſi alter illorum terminorum ſit ſubie-
ctum vterq̄ illorum erit ſubiectum ⁊ ſi alter illorũ fue-
rit predicatum vterq̄ illorum terminorũ erit predica-
tum ⁊ ita vel illa propoſitio non habebit ſubiectũ vel
ſi ſubiectum habuerit non habebit predicatum.

**¶ Et cõfirmat̃ ſi dicta eſſent vera ſe-**
queretur ꝙ predicatũ huius propõnis oĩs homo eſt
homo diſtribueretur quod eſt contra oẽm logicã. Se-
quelã tamẽ probo ſic noticia ſubiecti ⁊ predicati ſunt
eiuſdem ſpeciei igitur actus diſtributiuus diſtribuẽs
vnam illarum noticiarum diſtribuit ⁊ aliam poſtq̃ il-
le noticie ſunt eque immediate actui diſtributiuo.

**¶ Ad ſcdm principale ſolet cõmuni-**
ter reſponderi concedendo ꝙ mentalis vltimata huiꝰ
homo eſt animal cõponitur ex pluribus partialibus
noticijs ⁊ negatur ꝙ illius mentalis nullum poſſit aſ-
ſignari ſubiectum aut predicatum immo noticia ho-
minum eſt ſubiectum illius propoſitionis ⁊ non noti-
cia aĩalium: noticia vero animalium eſt predicatum ⁊
non noticia hominũ. Et negatur ꝙ qua ratione vna
illarum noticiarũ eſt ſubiectũ eadẽ rõne eſt ⁊ alia vñ
noticia hominum eſt ſubiectum eo ꝙ precedit noticiã
animalium/ noticia vero aĩaliam eſt predicatũ eo ꝙ
ſequitur aliam noticiam non quidẽ ordine ſitus cum
nullus talis repibilis ſit in mẽte ſꝫ ordine cõceptiõis.

**¶ Sed cõtra hãc ſolutionẽ ipe Gre-**
gorius ſic arguit talis ſucceſſio productionũ irratio-
nabiliter ponit̃ igit̃ per talẽ ſucceſſiuã productionẽ
noticiarũ nõ põt ſaluari quare vna earum ſit ſubiectũ
⁊ alia predicatum ꝙ talis ſucceſſio productionũ irrõ-
nabiliter ponat̃ pꝫ q: intellectus põt ſimul ⁊ ſemel ꝓ-
ducere plures actus diuerſarum rõnũ ⁊ ꝑ ꝯñs mirũ
eſſet ſi intellectus nõ poſſet ſimul totã vnã ꝓpõnẽ ꝓ-
ducere ꝙ ſi poſſit ſimul vnam totam propoſitionem ꝓ-
ducere iam ratio data nullo pacto ſatiſfacit. Tum eti-
am ſicut dicit Gregorium tota difficultas argumenti
reducetur de vna propoſitione in intellectu angelico.

Cũ dicat Auguſtinus quarto capite ſuper geneſim ꝙ
mens angelica cuncta que voluerit ſimul noticia facil
lima comprehendit ⁊ alibi ꝙ oĩa ſimul mens angelica
põt que ſigillatim per ordinẽ connexarũ cauſarũ ſmo
diſtinguit. Ex quibus verbis videt̃ eſſe de mẽte Augu
ſtini ꝙ intellectus angelicus ſimul ⁊ ſemel formare pt
vnã totalẽ propoſitionẽ quo poſito non habebit ſolu
tio data locũ quare potius vna noticia illius propõ-
nis ſit ſubiectũ ꝙ̃ alia cũ vna aliã non precedat ordĩe
cõceptionis. Et quando etiam illud negaretur ſtabit
difficultas premiſſa eo ꝙ deus ſaltem poteſt cuiuſli-
bet taliũ propoſitionũ partes ſimul in intellectu pro-
ducere: quo poſito ineſſe arguatur vt ſupra.

¶ Ad iſtud argumentum Gregorij dantes priorem ſolutionem reſpondent ꝙ intellectus
naturaliter non poteſt ſimul formare vnam talem mẽ
talem: experimur enĩ nos ſucceſſiue audita vna voca
li formare ſubiecti ⁊ predicati noticias. Et eodẽmodo
forte dicerent de intellectu angelico. Et ad auctorita
tem auguſtini diceretur ꝙ in ea ly ſimul dicit ſimulta
tem temporaneam ⁊ nõ ſimultatẽ inſtantaneam. Sed
tũc ad illud qđ vltimo ſubiungitur ꝙ deus ꝓducat in
eodẽ inſtanti partes talis propoſitionis. Dicunt ꝙ ar
gumẽtũ non vincit ſi deus naturalem ſimilitudinẽ an
techriſti producat in anima mea ipſa non concurrẽte
actiue ſed pure paſſiue ſe habẽte illa qualitas nõ erit
mihi nec alicui noticia ſic in propoſito. Si deus illaʒ
qualitatẽ que eſt propoſitio mẽtalis quia ex ſua natu
ra ſucceſſiue eſt producibilis producat ſimul ⁊ ponat
in intellectu meo non erit mihi propoſitio. Secũdo di
cunt ꝙ illo caſu admiſſo ⁊ producta vna tali mentali
in inſtanti illa noticia eſt ſubiectũ eius que fuiſſet pri
mo in rerum natura ſi illa propoſitio ſucceſſiue fuiſſet
producta ⁊ illa noticia eſt predicatum que vltime fuiſ
ſet producta ſuppoſita ſucceſſiua productione talis ꝓ
poſitionis mentalis. Tertio dicunt dãdo ꝙ intellect⁹
habeat ſimul illam mentalẽ primo formatã ſimultate
inſtantanea ꝙ adhuc vna noticia eſſet ſubiectum illi⁹
⁊ alia predicatum dato ꝙ nõ poſſit dari ratio a nobis
quare vna earum eſt ſubiectum ⁊ alia predicatuʒ. Et
ad hoc inducunt Themiſtium dicentem noſtrum ſcire
eſt minima pars eorum que ignoramus. Et poſtea re
torquent argumentum in Gregorium petentes ab eo
quare vnus gradus forme ante alios corrũpitur ſup-
poſito ꝙ omnes producantur in inſtanti volentes di-
cere ꝙ ſicut ad hoc nõ poteſt dari aliqua ratio ita nec
dari poteſt in propoſito ſed nulla iſtarum ſolutionuʒ
ſatiſfacit non prima quoniam hoc non videtur verum
ꝙ intellectus non poſſit ſimul ⁊ ſemel formare vnam
propoſitionem mentalẽ: ſuppoſito enim ꝙ naturali-
ter in inſtanti poſſit produci aliqua noticia conceden
dum eſt ꝙ in inſtanti poteſt produci aliqua ꝓpoſitio
qđ ſic probo ſi in hoc inſtanti producat̃ noticia intuiti
ua alicui⁹ rei illa noticia in hoc inſtãti cauſabit iudi
ciũ de exiſtẽtia illius rei quo quidẽ iudicio iudicat̃ il
la res eſſe: ſed illud iudiciũ nõ põt eſſe ſine propoſitio
ne mentali igitur in hoc inſtãti formatur hec mẽtalis
hec res eſt. Ad illud qđ dicunt nos experiri audita vna
vocali ſucceſſiue formare ſubiecti ⁊ ꝑdicati noticias ꝓ
ſolũ arguit ꝙ ille mentales formãtur ſucceſſiue q̃ for
mantur mediantibus propoſitionibus vocalibus vel
ſcriptis cũ quo tamen bene ſtat ꝙ intellectus põt na-
turaliter formare vnã propõnem in inſtãti. Et ita cla
ret ꝙ ſi deus producat aliquam mentalem in inſtanti
⁊ ponat illã in intellectu intellectus in eodem inſtan-
ti poteſt concurrere actiue ad productionem talis ꝓ-
poſitionis ⁊ ita in illo inſtanti eſſet ei propoſitio. Se-
cunda etiã ſolutio nihil vʒ immo ex ea ſequit̃ ꝙ nulla
illarũ noticiarũ eſt ſubiectũ aut predicatũ qđ ſic ꝓbo
⁊ pono ꝙ in hoc inſtãti deus ꝓducat mẽtalẽ vltimatã
cui⁹ vnũ extremũ ſit noticia hoĩm ⁊ aliud extremũ no
ticia animaliũ noticia hominũ ſit a noticia animaliũ
ſit b quo poſito ſic arguo falſum eſt dicere ꝙ noticia a
fuiſſet primo producta ſi tota illa ꝓpoſitio fuiſſet ſuc
ceſſiue ꝓducta Similiter falſum eſt dicere ꝙ a noticia
fuiſſet poſtremo ꝓducta ſi illa propoſitio ſucceſſiue fu
iſſet ꝓducta. Et oĩno ſimiliter de b igit̃ falſum eſt dice
re ꝙ a eſt ſubiectũ vel predicatũ ⁊ ſimiliter ꝙ b eſt ſub
iectum vel ꝑdicatũ. Nec tertia etiã ſolutio vʒ vt infra
patebit qñ dabitur ratio quare vna illaruʒ noticiarũ
eſt ſubiectũ ⁊ alia predicatũ immo breuiter tota diffi
cultas hui⁹ argumenti poteſt deduci abſq̃ hoc ꝙ po-
natur aliquam mentalem produci in inſtãti quod ſic
probo ſortes põt ſucceſſiue in aliquo tẽpore paruo for
mare noticiã hoĩm ⁊ in eodem tẽpore adequato põt for
mare noticiã aĩalium ita ꝙ idem tempus erit adequa
te menſurans cuiuſlibet illarũ noticiarũ productio-
nem ⁊ poſtea poteſt vnire illas duas noticias per co-
pulã verbaleʒ ⁊ ibi nõ põt dari ratio quare vna noticia
ſit ſubiectum ⁊ alia predicatum: nã nulla illarũ noti-
ciarum alteram precedit ordine conceptionis. Tuʒ ſe
cũdo intellectus ſortis poteſt primo formare noticiaʒ
animalium ⁊ poſtea formare noticiam hominuʒ ⁊ ſtã
tibus illis noticijs in anima poteſt cum actu vnitiuo
formare hanc propoſitionem mentalem homo eſt ani
mal ⁊ noticia hominum tunc erit ſubiectum ⁊ tamen
nullo pacto precedit noticiam animalium ordine con
ceptionis immo noticia animalium preceſſit noticiaʒ
hominum vt claret ex ypotheſi. ideo dimiſſa hac ſolu
tione aliqui aliter reſpondent ad argumentum prin-
cipale tenentes pro fundamento ꝙ nullus terminus
in aliqua propoſitione mentali poteſt eſſe preciſe ꝑdi
catum ſic videlicet ꝙ eſſet predicatum ⁊ non copula.
Et iſti tenent verba adiectiua eſſe incomplexa ⁊ quod
magis eſt dicunt ꝙ iſta vocalis homo eſt animal non
ſubordinatur alicui mentali cuius predicatum ſit na-
turalis ſimilitudo animaliũ ſed eius predicatuʒ ẽ vna
noticia ſimplex tantũ ſignificans ſicut hoc aggregatũ
eſt animal hoc fundamẽto preſuppoſito faciliter dãt
rationem quare accepta aliqua mentali vna noticia
potius ſit ſubiectũ ꝙ̃ alia dicentes ꝙ illa noticia que
nõ eſt copula eſt ſubiectũ ⁊ illa que eſt copula eſt pre-
dicatum ⁊ ita illa vocalis hõ eſt animal ſubordinatur
vni mentali conſtitute preciſe ex duabus noticijs. Sʒ
ex hac reſpõſione multa ſequũtur abſurda Primo ſe-
quitur nullum eſſe verbuʒ ſubſtantiuũ in mẽte. Simi
liter ꝙ nunꝙ̃ in mẽte aliqđ verbũ ſignificat aliquali-
ter ſolũ. ⁊ breuiter illa argumẽta q̃ adducta fuerũt cõ
tra opinionẽ tenẽtẽ verba adiectiua eſſe incõplexa ad
duci poſſunt cõtra hũc modũ dicẽdi in quorũ aliquib⁹
erat ſatis bona apparentia. attamen contra iſtos

¶ Sic arguo ſequeret̃ ſecundum il-
lum modũ dicendi ꝙ predicatum huius ꝓpõnis cre-
ans neceſſario eſt creans nõ ſupponeret cuius oppoſi
tum nũc communiter tenet̃ ſequela tñ ſic patet predi-
catũ mẽtalis illi⁹ ꝓpõnis eſt copula eiuſdẽ puta hoc
totum neceſſario eſt creans ⁊ eſt vna ſimplex qualitas
⁊ hoc totũ non poteſt de aliquo verificari vt cõſtat im
mo qđ magis eſt ex illo mõ dicendi ſequit̃ ꝙ ſubiectũ
huius ꝓpõnis nõ ſupponit rebus ſtantibus vt nũc hõ
eſt animal cũ non poſſit verificari mediãte copula ſue
propoſitionis de aliquo vt ſatis conſtat Iſta aũt ſunt

contra logicam communem igitur.
¶ Secūdo ſic ex iſto mō reſpōdendi
ſequit̄ ꝓpoſitionē mentalē eſſe ſimplicē noticiā: qḋ
tñ intendit negare hic modus dicēdi: ſequelā tñ ſic ꝓ
bo hoc totuꝫ neceſſario eſt aīal bene pōt ſubordinari
vni ſimplici noticie igit̄. ⁊ hoc totum hō neceſſario eſt
animal vni ſimplici noticie ſubordinari poterit: imo
ſine dubio quodcunq; incōueniens adducatur contra
vnū adducet̄ contra aliud ⁊ quodcunq; motiuū addu
catur pro vno hoc poteſt adduci ⁊ pro alio.
¶ Tertio ſic data hac opiniōe ſequit̄
equiualentiā eſſe inter has duas ꝓpoſitiōes ſortes
eſt vel non fuit hō ſortes nō eſt vel fuit hō qḋ cōſtat eē
falſum cū in primo inſtāti eſſe ſortis prima ſit vera ⁊ ſe
cunda falſa. Sequelā tñ ſic probo ⁊ peto a te vtrū illa
vocalis ſubordinatur vni ꝓpoſitioni mētali cui⁹ idē
terminus eſt p̄dicatū ⁊ copula vel nō: ſi ſecundū ma
le dicit hec opinio. Si primū ſequit̄ ꝙ negatio prece
dit totā copulā ⁊ per ꝯñs tota copula negatur: igitur
prima equiualet ſecūde. Nec poſſent iſti ſe defendere
cū modo hentiſberi de quo meminimus q̄ſtione deci
ma vt patet ſpeculanti. Sequit̄ etiā ex iſto mō dicēdi
nullū p̄dicatū alicuius mentalis aliqua ſuppoſitio
ne ſupponere qḋ eſt abſurdū ⁊ ſequela eſt ſatis clara.
Et ſine dubio tot abſurda ſequuntur ex iſto modo di
cendi quot ſequunt̄ tenendo mentalē eſſe ſimplicē no
ticiā. ¶ Inuenio quēdam alium aliter adhuc reſpon
dentē ad argumētum principale ⁊ dicit ꝙ iſta ꝓpo
ſitio homo eſt animal ſubordinat̄ vni mentali in qua
ponitur actus verbalis q̄ ex ſua natura immutat intel
lectū ad apprehendēdū hoīem eſſe animal per conce
ptus illos vnitos illo actu verbali ſed iſta animal eſt
homo ſubordinat̄ vni mentali in qua ponit̄ actus ver
balis alterius ſpeciei qui ex ſua natura vitaliter mu
tat intellectū ad apprehendendū animal eſſe hoīeꝫ ꝑ
illos duos cōceptus. Sed nec iſte modus dicendi pla
cet q: nō eſt magna apparentia dicere illos duos act⁹
ſincathegorematicos diſtingui ſpecie ſicut nec ī hoc
ꝙ cōcedit noticiaꝫ ſortis ⁊ platonis ſpecie diſtingui.
Aliū adhuc modū reſpōdendi hꝫ Paulus venetus in
Paulus ve- magna logica in ſecūda regula de cōditionalibus vbi
netus inquirit qua rōne vna ꝓpoſitio eſt aīs ⁊ alia ꝯñs ſup
poſito ꝙ nulla ſit prioritas aut poſterioritas intelligē
do vnū caruꝫ ⁊ dicit ꝙ hoc eſt eo ꝙ intellectus accipit
vnā ꝓpoſitionē pro antecedente ⁊ aliā pro cōſequē
te. Eodēmodo diceret in ꝓpoſito ꝙ iſta vocalis hō
eſt animal ſubordinat̄ vni mētali ſignificāti hominem
eſſe aīal ⁊ nō vni mētali ſignificanti animal eſſe hoīeꝫ
⁊ diceret ꝙ ratio quare vnus illoꝝ terminoꝝ eſt ſubie
ctum ⁊ alius p̄dicatū eſt q: vnū illoꝝ terminoꝝ acci
pit intellectus pro ſubiecto ⁊ nō aliū. Sed videt̄ ꝙ ne
q̄ iſtud ſatiſfaciat q: ꝙ intellect⁹ ꝯcipiat ſic vel ſic hoc
habet a noticia immutante ipm ⁊ ꝙ noticie ſignificēt
ſic vel ſic hoc nō habent ab ipſo intellectu. Propterea
non data eſt ſufficiēs ratio quare ille tres qualitates
hō eſt animal nō ſignificāt animal eſſe hoīeꝫ. Propter
ea dimiſſis omnib⁹ his modis dicēdi aliter reſpōdeo
ad argumētū principale aſſignādo aliā rōnem quare
poti⁹ vna noticia ſit ſubiectū q̄ alia ⁊ dico ꝙ ſicut ter
mini vocales ⁊ ſcripti aliquas denominatiōes ſumūt
a terminis mentalibus q̄bus ſubordinant̄ ſic ecōuerſo
termini mētales aliq̄s ſumūt denominationes a ter
minis vocalibus: vnde pro tāto aliquis terminus mē
talis eſt ſubiectū q: ſubiectū ꝓpoſitiōis vocalis aut
ſcripte ei ſubordinatur. Ille vero terminus dicit̄ p̄di
catum cui p̄dicatum vocalis aut ſcripte ſubordinat̄

Forte dicis ex iſta ſolutiōe ſeq̄tur ꝙ ſi ſortes haberet
hanc mentalem vltimatam homo eſt animal ⁊ ꝙ non
eſſet aliqua talis vocalis aut ſcripta in mundo ꝙ illa
mentalis non haberet ſubiectum ⁊ p̄dicatum qḋ eſt
falſum: ſequela tamen patet ſic ſecundum ſolutionem
datā terminus ille dicitur ſubiectuꝫ mentalis cui ſub
ordinatur ſubiectum ꝓpoſitionis vocalis ſed in ca
ſu dato nullus eſt terminus in illa mentali cui ſubor
dinatur ſubiectum vocalis poſtq̄ nulla talis vocalis
eſt in rerum natura: igitur in illa mentali nullum erit
ſubiectum. Ad hoc dico ꝙ non requirit̄ actualis ſub
ordinatio ſed aptitudinalis ſufficit: ex illo correlarie
infero ꝙ quelibet illarum noticiarū indifferenter pōt
eſſe ſubiectum vel p̄dicatum.
¶ Ad ꝯfirmationē diuerſimode poſ
ſumus reſpōdere ſm diuerſos modos reſpōdendi ta
ctos in argumēto precedenti. Uñ breuiter dicit̄ ꝙ mē
talis huius oīs homo eſt homo cōponitur ex plurib⁹
partialibus noticiis. Et licet ſubiectū ⁊ p̄dicatū ſint
eiuſdē ſpeciei nō tñ ſequitur ꝙ actus diſtribuēs ſub
iectū debeat diſtribuere p̄dicatū. Et lꝫ noticia q̄ eſt
ſubiectū nō ſequatur immediati⁹ ordine conceptionis
aut ſitus actū diſtributiuū q̄ noticia que eſt p̄dica
tū tamē quia intellectus fert illum actum diſtributi
uum in vnam illarū negationū ⁊ non in aliam: idō vna
illarum diſtribuitur alia non diſtributa: vel ſi velis di
cere ꝙ ille actus diſtributiuus ex ſua natura eſt diſtri
butiuus vnius illarum noticiarum ⁊ non alterius il
lud videtur durum ſed dic conſequenter.
¶ Tertio principaliter arguitur ſic
mētalis cui ſubordinatur hec vocalis ſortes eſt ſortes
non componitur ex pluribus partialibus noticiis: et
non eſt maior ratio de vna mentali vltimata q̄ de alia
ergo nulla mentalis vltimata componitur ex plurib⁹
partialibus noticiis. Conſequentia eſt clara ⁊ ꝓbo aſ
ſumptum noticia cui ſubordinatur ſubiectum ⁊ noti
cia cui ſubordinatur p̄dicatum ſunt duo accidentia
ſolum numero differentia ⁊ ſunt in eodē ſubiecto igi
tur debent conſtituere aliquod vnum: tenet conſequē
tia per ꝓpoſitionem philoſophi impoſſibile eſt duo
accidentia ſolum numero differentia inherere eidem
quin conſtituant aliquod vnum ⁊ tunc quero vel illa
noticia eſt ſubiectum ⁊ ſic ibi nullum erit p̄dicatum
vel ipſa erit p̄dicatum ⁊ ſic ibi nullum erit ſubiectū
quorum vtrumq; eſt abſurdum.
¶ Cōfirmatur intellectus ſortis po
teſt formare ſimplicem noticiam cui ſubordinatur ter
minus connotatiuus igitur poteſt formare ſimpliceꝫ
noticiam cui ſubordinatur hec vocalis ſortes eſt cur
rens: ſequelam probo ſic intellectus ſortis poteſt for
mare ſimplicem noticiam habentem vnicam connota
tionem: igitur preciſe poterit etiam formare ſimplicē
noticiam habentem plures connotationes ⁊ per con
ſequens poteſt formare ſimplicem noticiam cui ſub
ordinatur hoc totum ſortes albus qui eſt currens ⁊ nō
apparet aliqua ratio diuerſitatis quin etiam poterit
formare ſimplicem noticiam cui ſubordinatur hec ꝓ
poſitio ſortes eſt currens ⁊ per conſequens aliqua mē
talis vltima ē vna ſimplex noticia qḋ reſtabat ꝓbādū.
¶ Ad tertium principale cuius diffi
cultas pendet ex illa ꝓpoſitione impoſſibile eſt duo
accidentia ſolum numero differentia inherere eidem
quin conſtituant aliquod vnum. Reſpondeo ꝙ licet
illa ꝓpoſitio attribuatur philoſopho nuſq̄ tñ apud
eū inuenio ſic vt ē allegata. verū eſt ꝙ quinto metha

phiſice vbi ponit modos diuerſitatis dicit hoc pacto: Quecunqʒ diuerſa ſunt vt idem aliquid entia non ſolum numero ſed aut ſpecie aut genere in propoꝛtione per quod vt dicunt expoſitoꝛes intendit dicere ꝙ impoſſibile eſt accidentia ſolum numero differentia inherere eidez Gregoꝛius diſtinctiōe decima ſeptima queſtione quarta in reſponſione ad ſecundum argumentum ante oppoſituz dicit ꝙ illud dictū philoſophi debet intelligi de accidentibus non facientibus ꝑ ſe vnū in actu ⁊ poſtea dicit ꝙ adhuc nō eſt de omnibus vniuerſaliter verum quoniam non de ſpiritualibus ⁊ intentionalibus quales ſunt ſpecies in medio ⁊ in ſenſibus ⁊ in alijs potentijs ⁊ de actibus earuz. Et ideo de accidentibus materie mere coꝛpoꝛalibus quales ſunt qualitates prime ⁊ ſecunde poteſt intelligi verum eſſe dictum ſuum quoniam talia in eodem ſubiecto per ſe faciunt vnum et non remanent actu plura indiuidua quamuis de potentia dei poſſet eſſe oppoſitum Nunc autem nō eſt preſentis ſpeculatiōis diſcutere quid veritatis contineat hoc dictum ⁊ etiam ea que dicit Gregoꝛius. Sed quantum ad propoſitum ſufficit dicunt cōiter loquētes ꝙ illa propoſitio Ariſtotelis vtrobiqʒ verum continet ⁊ in coꝛpoꝛalibus ⁊ in ſpiritualibus alioqui non poſſet probari ꝙ due ſcientie ſolum numero differentes inherentes eidem anime conſtituunt vnaz ſcientiam Nec poſſet probari ꝙ ſcientia genita per experientiam ⁊ per demonſtrationem ſe intenderēt ſuppoſito ꝙ eſſent eiuſdem ſpeciei ſuppoſito igitur ꝙ illud dictum philoſophi habeat verum in qualitatib⁹ ſpiritualibus iā argumentuz ſtat in ſuo vigoꝛe Ad quod aliqui reſpondent ꝙ iſta propō ſoꝛtes eſt ſoꝛtes ſuboꝛdinatur vni mentali compoſite ex plurib⁹ noticijs dato ꝙ noticia que eſt ſubiectum ⁊ noticia que ē predicatum ſint accidentia ſolum numero differētia. Et ratio quare ille due noticie non conſtituunt eandem qualitatem eſt hec quia inter eas mediat actus vnitiuus ratione cuius impeditur conſtitutio vnius qualitatis. Dant exemplum de duab⁹ albedinibus exiſtentibus in duabus medietatibus que per punctum diſtant ⁊ nō ſe intendunt eodemmō poſtꝙ noticia ſubiecti ⁊ predicati diſtant per actuz vnitiuū qui eſt alterius rationis a noticijs extremoꝛum ⁊ ita licet ſit in eodem ſubiecto adequato non tamen ſe intendūt. Sed hec ſolutio nihil valet. Si enim inter extrema huius propoſitionis mentalis ſoꝛtes eſt ſoꝛtes mediet actus vnitiu⁹ verbalis vel ergo mediat mediatione ſitus vel mediatione cōceptionis non poteſt dici primū vt cōſtat nec etiam ſecundum quia tunc opoꝛteret primo concipi ſubiectū poſtea actum vnitiuum verbalem poſtremo vero predicatū. Si igitur illi duo cōcept⁹ fuiſſent antea in intellectu eque cito foꝛmati ⁊ poſtea vniant per actū verbalē iaz inter illa extrema non mediabit copula nec mediatione ſitus nec mediatione cōceptionis. Etiā ſecundū illos qui dant hanc ſolutionē dicūt ꝙ actus ſincathegoꝛeumaticus preſupponit exiſtentiā conceptuum in quos cadit ⁊ per conſequens non ſtat ꝙ primo foꝛmetur ſubiectū poſtea copula poſtea vero ꝑdicatū. Etiā ſecūdū hūc modū dicēdi eſſet cōcedēdū ꝙ ſubiecta iſtarum duarū mentalium homo eſt riſibilis homo ē animal ſeſe intenderent ſi eſſent in eadem anima ſunt enim accidentia eiuſdē rationis ⁊ nō diſtāt per aliquod coniungibile igitur per illā maximā philoſophi debēt cōſtituere vnam qualitatem Analogiam etiam quaz iſti ducunt ad propoſitum nihil valet quia due albedines exiſtentes in duabus medietatibus non ſunt in eodez ſubiecto adequato ſicut due noticie vnde ſicut patuit ex verbis gregoꝛij iam allegatis ſtat ꝙ in eodem ſubiecto adequato ſint due albedines non tamen vnicam conſtituentes vt puta ſi deus non velit concurrere ad vnionem illarum duarum albedinum: ad conſtituendum vnaz. Conſimiliter dico de duabus noticijs quarum quelibet eſt noticia ſoꝛtis ⁊ dico ꝙ in poteſtate intellectus eſt non concurrere ad vnionem illam duarū noticiarum ad conſtituendum vnam qualitatem ⁊ ſecluſo concurſu ipſius intellectus non inconuenit duas eſſe noticias eiuſdem ſpeciei in eodem intellectu nō tamen conſtituentes vnam qualitatem immo concedo ꝙ habita vna noticia in intellectu ꝙ in poteſtate intellectus eſt facere ꝙ due eius medietates nō amplius conſtituent vnam qualitatem ſed vniantur actu verbali mediante quo propoſitionem conſtituent producta igitur vna noticia ſoꝛtis ille qui eam foꝛmat poteſt adhuc aliam foꝛmare qua foꝛmata poteſt non concurrere ad vnionem illarum duarum noticiarum. Et ſi tunc foꝛmet actum ſincathegoꝛeumaticum cui ſuboꝛdinatur ly eſt conſtituet propoſitionem cuius ſubiectum ⁊ predicatum erunt eiuſdem rationis non tamen vnam qualitatem conſtituent dato ꝙ ſint in eodem intellectu.

**Ad confirmationē reſpondetur ꝓ**babiliter concedendo illud quod argumentuz petit ꝙ intellectus poteſt foꝛmare ſimplicez noticiā cui ſuboꝛdinabitur hec propoſitio ſoꝛtes eſt currens ſicut poteſt foꝛmare ſimplicem noticiā cui ſuboꝛdinatur hoc totū ſoꝛtes albus qui eſt currens nichilominus tamen cuz hoc dico ꝙ intellectus etiā bene pōt foꝛmare mentalē vltimatam compoſitam ex pluribus noticijs cui ſuboꝛdinatur illa ſoꝛtes eſt currens quemadmoduz poteſt foꝛmare ſimplicem noticiam cui ſuboꝛdinatur hoc totuz homo albus. Et etiam poteſt foꝛmare noticiam complexam cui ſuboꝛdinabitur ly homo albus. Et ſi tenētes hanc opinionem tertiam intendāt illud negare nō teneo cum eis. Sed illa ſimplex qualitas cui ſuboꝛdinatur hec propoſitio ſoꝛtes eſt currens preſupponit illam mentalem vltimatam cui ſuboꝛdinatur eadem ꝓpoſitio compoſita ex pluribus partialibus noticijs et ab ea partialiter cauſatur nec aliqua iſtaruz ſuboꝛdinationum ſuperfluit. nā vt dictum eſt rationes cogūt ad ponendum primam ⁊ eſt perfectio ipſius intellect⁹ poſſe foꝛmare ſecundaz/ ⁊ pari facilitate diceres ꝙ in intellectu non poſſet eſſe aggregatū ex ſubſtantiuo et adiectiuo poſtꝙ intellectus poteſt foꝛmare ſimplicem noticiam cui ſuboꝛdinetur aggregatum ex ſubſtantiuo ⁊ adiectiuo vocalibus vel ꝙ vna illarum qualitatū ſuperflueret. Sed petes an quotienſcunqʒ producitur mentalis vltimata compoſita totiens producatur vna alia que ſit ſimplex qualitas reſpōdeo ꝙ nō ⁊ ad hoc pono tres propoſitiones.

**Prima propoſitio quādo intelle**ctus foꝛmat propoſitionem complexam non opoꝛtet voluntatem ſemper concurrere ad productionem talis propoſitionis.

**Secunda propoſitio volūtas pōt** concurrere cum intellectu ad producendum propoſitionem que ſit ſimplex noticia et etiam ad producendum propopoſitionem complexam.

**Tertia propō nunqʒ intellect⁹ pōt** foꝛmare propoſitionē que ſit ſimplex noticia niſi concurrente voluntate. Et non ſoluz intendo loqui de cathegoꝛicis ſed ⁊ ypotheticis enūciationib⁹. Et cōtra hāc opinionē nō militāt argumēta facta cōtra alias duas opiniones. Epilogando hanc opinionem claret quid

dicendum ſit ad queſtionem propoſitã ⁊ in quibus iſte opiniones conueniunt ⁊ in quibus diſcrepant ⁊ qualiter opinio communis eſt intelligenda. ⁊ hec de queſtione prima quoad ea que tanguntur in prima parte capitis preſentis dicta ſatis ſint.

Queritur ſecundo circa ea que tangit phũs in tertia parte huius capituli. Utrũ arguẽdo ab affirmatiua ad negatiuã predicato variato penes finitũ ⁊ infinitũ valet ꝯña ſicut a termino priuatiuo ad terminuꝫ infinitũ. Iſta queſtio vnũ ſupponit ⁊ aliud q̃rit. Supponit em̃ bonã eſſe ꝯñam a termino priuatiuo ad terminũ infinitũ ⁊ petit an eodem mõ valeat ab affirmatiua ad negatiuam ⁊c̃. Circa illud igitur qd̾ ſupponit Notandũ eſt ꝙ acceptis duobus terminis priuatiue oppoſitis infinitando terminũ non priuantẽ: tũc terminus priuatiuus eſt inferior ad illũ terminũ infinitũ terminus aũt infinitus inferior eſt ad negationẽ termini finiti verbigratia iſte terminus cecus inferior eſt ad hunc terminũ non videns ⁊ hic terminus nõ vidẽs ad non eſſe videntẽ. Et ex illo ſequitur ꝙ talis modus arguendi a priuatione ad terminũ infinitũ eſt validus ⁊ non inualidus. Sed ad debite arguendũ ab affirmatiua ad negatiuã predicato variato penes finitum ⁊ infinitum dicunt aliqui ꝙ q̃n in affirmatiua pars predicati infinitatur nõ valet ꝯña quẽadmodũ nõ ſequit̃ ſortes videt nõ equum ergo ſortes nõ videt equum ſed oporteret totum predicatum infinitari. Et ſi obijcias tũc hic nõ arguetur per regulã ſortes eſt nõ homo ergo ſortes nõ eſt homo poſtꝙ̃ ſolũ infinitatur pars predicati affirmatiue ⁊ nõ tantũ predicatũ. Ad hanc obiectionem reſpõdent ꝙ totũ predicatũ dempta negatione infinitante debet infinitari ⁊ non oportet infinitari totale predicatũ. Sed iſtud eſt multiplicare verba nec op⁹ erat iſta ſuperaddere dictis Ariſtotelis in prima ꝯña non variatur predicatũ penes finitum ⁊ infinitum. In ſecũda vero ꝯña variatur predicatũ penes finitum ⁊ infinitum. vñ variari predicatũ penes finitum ⁊ infinitũ nihil aliud eſt q̃ predicatũ negatiue eẽ terminum finitũ ſi predicatũ affirmatiue fuerit terminus infinitus aut econuerſo. Iſtis notatis ponitur cõcluſio reſponſiua ad queſtionẽ propoſitã quẽadmodum a priuatione ad terminũ infinitũ eſt bona ꝯña ita ab affirmatiua ad negatiuã predicato variato penes finitũ ⁊ infinitũ valet ꝯña probatur iſta ꝯcluſio auctoritate Ariſtotelis eaꝫ ponentis in textu. Probatur etiã ratione quia ſi non ſequitur a eſt b ergo a non eſt non b ſtabit contradictorium conſequentis in veritate cuꝫ antecedente ⁊ ita iſta ſimul ſtarent a eſt b ⁊ a eſt non b: ⁊ ita verificarentur duo termini contradictorij de eodem termino ſingulari quod eſt impoſſibile.

¶ Cõtra predicta prĩo principaliter arguitur ſic. Et primo probando ꝙ a priuatiõe ad terminũ infinitũ non valet ꝯña ⁊ arguo ſic nõ ſequit̃ ſortes ⁊ plato ſunt ceci ergo ſortes ⁊ plato ſunt nõ videntes ⁊ tñ arguit̃ a priuatione ad terminũ infinituꝫ igit̃ male dictũ eſt in cõcluſione talẽ modum arguẽdi eſſe bonũ ꝙ illa ꝯña nõ valeat probo ſic ⁊ pono caſum ꝙ ſortes videat ⁊ plato ſimiliter ⁊ ꝙ per tranſpoſitioneꝫ materiarum ⁊ formarum ſortis ⁊ platonis fiant duo noua compoſita iohannes ⁊ cicero/ cicero ſit cecus et iohannes ſimiliter. Iſto poſito patet veritas antecedẽtis cicero ⁊ iohannes ſunt ceci: cicero ⁊ iohãnes ſunt ſortes ⁊ plato g̃ ſortes ⁊ plato ſunt ceci ⁊ ꝯſequentis falſitas eſt clara: naꝫ iſta eſt vera ſortes ⁊ plato ſunt videntes ⁊ per ꝯſequens hec eſt falſa ſortes ⁊ plato ſunt non videntes.

¶ Et confirmatur non ſequitur hec anima rationalis quieſcat igitur hec anima rationalis non mouetur ⁊ tamen ibi arguitur per regulaꝫ: igitur ꝙ illa conſequentia non valeat probo ſic: ⁊ pono caſum ꝙ pes ſortis quieſcat: manus autem eius moueatur ⁊ demonſtro eius animam: tunc antecedens illius conſequentie eſt verum ⁊ conſequens falſum. Cõſequentis falſitas eſt clara ⁊ veritatem antecedẽtis ſic probo: ſequitur bene hec anima quieſcit in pede: igit̃ hec anima quieſcit: tenet conſequentia a parte in modo ad ſuum totum ⁊ antecedens eſt verum vt notũ eſt ex caſu igitur ⁊ conſequens.

¶ Ad primum principale dupliciter poſſumus reſpondere. Uno modo cõcedendo hanc cõſequentiam ſortes ⁊ plato ſunt ceci ergo ſortes ⁊ plato ſunt non videntes ⁊ ſicut in caſu poſito conſequẽs eſt falſum ita eſt ⁊ antecedens: diceretur enim ꝙ ceca diffiniatur hoc pacto ceca ſunt animalia quorum nullũ videt eodem modo negaretur ⁊ iſta cicero ⁊ iohannes ſunt ceci. Et vlterius negaretur iſta conſequentia cicero eſt cecus ⁊ iohannes eſt cecus ergo cicero ⁊ iohãnes ſunt ceci ⁊ hoc vt dictum eſt in ſecunda difficultate ſecunde partis queſtionis none eſt conforme dictis Ariſtotelis in primo elenchorum. Alio modo dicitur conformiter ad ea que diximus de hoc loco preallegato concedendo hanc eſſe veram in caſu poſito ſortes ⁊ plato ſunt ceci eo ꝙ ſunt aliquod cecũ ⁊ aliquod cecũ ſiue animal non videns ⁊ animal non videns ⁊ tunc fateor: hanc conſequentiam non valere. ſortes ⁊ plato ſunt ceci ergo ſortes ⁊ plato ſunt non videntes ⁊ nego ꝙ arguatur per regulam. Regula intelligitur dũmodo procedatur cum terminis ſingularis numeri. ratio autem quare non valet cum terminis pluralis numeri eſt quia tunc in illis deficit fundamentum regule. Fundatur enim regula in hoc ꝙ duo termini priuatiue oppoſiti nõ poſſent verificari de eodẽ: modo duo termini priuatiue oppoſiti bene verificantur de eodẽ in plurali numero demonſtrando ſortem ⁊ platonem iſta eſt vera in caſu iſti ſunt ceci ſimiliter ⁊ iſta iſte ſunt videntes vt ſatis conſtat ex caſu inter has ſolutiones elige. Secundum primam non opus eſt gloſare regulam ⁊ conformiter dicitur ad mentem philoſophi. Secunda non eſt irrationabilis ſed videtur conformis ſignificationi huius termini pluralis numeri ceca quoniam non apparet ꝙ includat negationem cadentem ſuper totum copulatum ſed ſolum ſuper eius partes vt antea dictum eſt.

¶ Ad confirmationẽ reſpõdetur negando hanc conſequentiã nõ valere hec anima rationalis quieſcit ergo hec anima rationalis non mouet̃ ⁊ admiſſo caſu poſito dico ꝙ ſicut conſequens eſt falſum ita ⁊ antecedens ⁊ ad probationem eius negatur iſta cõſequentia hec anima quieſcit in pede ergo hec anima quieſcit. Et quando dicis ꝙ arguitur a parte in modo ad ſuum totum. Reſpondeo ꝙ talis modus arguendi eſt inefficax quando arguitur cum dictione includente negationem quẽadmodum eſt ly quieſcit. Propter eandem cauſam hic non debite arguitur a parte in modo ad ſuum totum coloratum incipit eſſe coloratum albedine ergo coloratum incipit eſſe coloratũ.

¶ Contra hanc ſolutionẽ arguit̃ ſic probando bonitatem huius conſequentie hec anima quieſcit in pede ergo hec anima quieſcit ⁊ arguit̃ ſic:

iſta conſequentia eſt bona hec anima non quieſcit ergo hec anima nō quieſcit in pede ⁊ ibi arguitur ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis p̄ie conſequentie: igitur illa conſequentia eſt bona bonitas huius conſequentie patet bene ſequitur: hec aīa nō quieſcit ergo hec anima in nullo loco quieſcit ⁊ vltra ſequiť hec anima in nullo loco quieſcit ergo hec anima in iſto loco non quieſcit demonſtrando locum pedis. Ex quo ſequitur ꝙ hec anima non quieſcit in pede ⁊ per ꝯñs de primo ad vltimum ſequitur hec aīa non quieſcit ergo hec anima non quieſcit in pede.

**¶ Ad hoc argumētum reſpondetur** negando iſtam conſequentiam vt prius hec aīa q̄eſcit in pede ergo hec anima quieſcit ⁊ nego ꝙ ex oppoſito conſequentis ſequatur oppoſitū antecedentis. Et ad probationem concedo hanc conſequentiam hec aīma non quieſcit igitur in nullo loco quieſcit ⁊ vlterius concedo iſtam hec anima in nullo loco quieſcit: igiť hec anima in iſto loco non quieſcit vt ly in iſto loco ſit determinatio ſubiecti ſed ſi eſſet determinatio de ly quieſcit tunc negarem conſequentiam. Et ſi dicas bene ſequitur hec anima in nullo loco quieſcit igitur hec aīa non quieſcit in aliquo loco. Et vltra hec anima nō q̄eſcit in aliquo loco ergo hec anima non quieſcit in iſto loco a ſuperiori ad inferius negatiue: conceſſa prima conſequētia nego ſecundam nec valet talis modus arguendi cum dictione includente negationem. Et ſi dicas bene ſequitur hec anima quieſcit ī pede ergo hec anima eſt quieſcens in pede. Conſequens aūt eſt vna affirmatiua cuius predicatum eſt aggregatum ex determinatione ⁊ determinabili igitur ſi totum illud aggregatū ſupponat ſupponet ⁊ determinabile ⁊ per cōſequens ly quieſcens ſupponet pro illa anima: ⁊ per conſequēs ſemper habebitur bonitas illius cōſequētie. Reſpōdetur concedendo illam conſequentiam factam ⁊ fateor ꝙ ly quieſcens ſupponit non tamen facienda eſt verificatio hoc pacto hec aīa eſt quieſcens eo ꝙ in illa ly quieſcens non reſtringiť quēadmodū in alia. Et idem omnino iudiciū eſt de illo determinabili ſicut de iſto in hac ſortes eſt incipiens eſſe albus ⁊ fiat verificatio eorum cum conſimili reſtrictione.

**¶ Secundo principaliter arguiť ſic** non ſequitur tantum ens eſt non chimera igiť tantū ens non eſt chimera ⁊ tamen arguitur ab affirmatiua ad negatiuam ⁊c. igitur talis modus arguendi eſt ineſficax. Minor eſt clara ⁊ ꝓbo maiorem: antecedens illius conſequentie eſt verum ⁊ conſequens falſum igitur illa conſequentia nihil valet: ꝙ antecedens ſit verum patet per ſuam vniuerſalem in terminis tranſpoſitis omnis nō chimera eſt ens ⁊ falſitas conſequētis patet q: exponitur per vnam copulatiuā cuius ſecunda exponens eſt falſa vt conſtat: igitur.

**¶ Et cōfirmatur non ſequitur eſſen**tia diuina eſt nō pater igitur eſſentia diuina nō eſt pater ⁊ tñ arguitur per regulā igitur: qđ nō ſequať probo ſic añs eſt verum: nā eſſentia diuina eſt filius q̄ eſt non pater ⁊ per ꝯñs eſſentia diuīa eſt nō pater: ꝙ ꝯñs ſit falſum patet per veritatem ſue contradictorie omnis eſſentia diuina eſt pater.

**¶ Ad ſecūdum principale cōis ſolet** dari reſpōſio concedendo ꝯñam factā non valere ſed negatur ꝙ arguitur per regulā. Quia vt dicunt cōiter loquentes regula intelligitur/quando arguiť a pure affirmatiua: modo claret antecedens non eſſe propoſitionem pure affirmatiuam eo ꝙ infert cathegoricam negatiuam. Alij dicunt ꝙ regula intelligitur quādo talis affirmatiua non eſt exponibilis ⁊ redit in idem. Hinc fit iſtas conſequentias non valere omne ens preter deum contingenter eſt creatura ergo omne ens ꝑter deum contingenter non eſt nō creatura ſortes cōtingenter eſt non lapis ergo ſortes contingenter non eſt lapis/⁊ ita de innumeris talibus dicatur.

**¶ Contra hanc ſolutionē arguitur** ſic ad hoc ꝙ debite arguatur per hanc regulā nō opꝫ ꝙ arguatur a pure affirmatiua ſed ſufficit arguere a ſimpliciter affirmatiua igiť ſolutio nulla nec datus ē verus intellectus regule/cōſequentia eſt manifeſta ⁊ probatur aſſumptum/arguendo a tali ꝓpoſitione affirmatiua exponibili pregnāte ad vnā negatiuā exponibilem optime valet modus arguendi qđ ſic declaro exēplariter/omnes iſte cōſequentie ſunt bone ſortes cōtingenter eſt non lapis ergo ſortes nō contingenter eſt lapis oē ens preter deū contingenter eſt creatura ergo nō omne ens preter deū cōtingenter eſt nō creatura omne ens preter deum cōtingēter eſt ens ergo nō omne ens preter deū contingenter eſt nō ens tātū ſortes eſt nō currens ergo non tantū ſortes eſt currens et ita inductiue in omnibus ⁊ per conſequens male dicunt dātes priorem reſponſionem regulam eſſe intelligendā dūmodo affirmatiua nō fuerit pregnās aut exponibilis. ¶ Propter hoc argumentū teneo regulam nō debere limitari ad propōnes pure affirmatiuas. Sed dico ipſam habere verum cum propoſitionibus pregnantibus ſicut cū nō pregnantibus/hoc tamen ſeruato ꝙ ex tali affirmatiua non ſolum inferať propoſitio negatiua ſed negatiua exponibilis hoc eſt dicere ꝙ in illa negatiua ſignum exponibile negetur: propterea iſte conſequentie nūc facte ſunt bone quia in eis omnibus ſignum exponibile negatur.

**¶ Cōtra hāc ſolutionē arguitur ſic** non ſequitur tantum ens eſt non currens/ergo non tātum ens eſt currens attamen infertur negatiua exponibilis/igitur illud non ſufficit ⁊ per conſequens dicendum eſt cū primo modo dicendi illā conſequentiā non tenere q: antecedens eſt affirmatiua pregnās/ꝙ illa conſequentia non valeat patet aliquibus entibus currentibus ⁊ aliquibus non antecedens eſt verum et contradictorias conſequentis ſimiliter igitur.

**¶ Ad hoc argumentū reſpondeť cō**cedendo illam conſequentiam nō valere nec defectus prouenit ex eo quia antecedens eſt propoſitio affirmatiua pregnans immo ex illa affirmatiua pregnante lꝫ inferre vnam negatiuam arguendo per regulam ſed cauſa quare illa ꝯña nō valet eſt eo ꝙ arguitur a non diſtributo ad diſtributū reſpectu ſubiecti in ſignū cuius iſta ꝯña eſt bona tantum ens eſt nō currens ergo non tantum omne ens eſt currēs vbi ꝑcaueť ab illo errore ꝙ aūt inferēdo ex affirmatiua ꝑgnāte vnā negatiuam exponibilē formaliter vꝫ ꝯña patet: ſi eñi nō ſequatur formaliter tantum ſortes eſt currens ergo nō tantū ſortes eſt nō currens tūc ſtabit oppoſitum ꝯñtis cum antecedente ⁊ ita acceptis primis exponentibus contradictorij conſequentis et antecedentis verificabuntur duo termini contradictorij de eodem.

**¶ Ad cōfirmationē cōmunis datur** reſponſio ꝙ iſta ꝯſequentia non valet eſſentia diuina eſt non pater ergo eſſentia diuina non eſt pater q: ibi deficit fundamentum regule. Regula enim fundatur in hoc ꝙ duo termini contradictorij non poſſunt verificari de eodem vt patuit ex eius probatione ſed duo

termini cōtradictorij verificātur de iſto termino eſſentia diuina: iſte enim ſimul ſtant eſſentia diuina eſt pater eſſentia diuina eſt non pater: pariforma. dicūt hāc cōſequentiam nō valere pater eſt nō pater ergo pater non eſt pater loquendo de patre in diuinis: immo ibi verificantur duo termini contradictorij de ſeinuicem ⁊ ideo deficit fundamētum regule. Sed nec hec ſolutio placet ſuppoſito cū modo loquēdi eorum ꝗ hanc dāt ſolutionē de ſuppoſito mediato ⁊ immediato clarum eſt ꝙ ad debite arguēdum per regulā oportet ꝙ terminus finitus ⁊ infinitus ſint termini cōtradictorij ſi igitur predicatum antecedētis ⁊ predicatum conſequētis ſint termini cōtradictorij tūc ille terminus infinitus complete diſtribuetur ⁊ tam antecedens prime conſequentie ꝗ̄ ſecunde erit impoſſibile ⁊ miror ꝙ iſti concedant hāc pater eſt nō pater in qua duo termini contradictorij verificantur de eodem quoniam vt dictum eſt in tertia difficultate nō minus incōueniēs eſt illud cōcedere ꝗ̄ ꝯcedere duas ꝯ̄dictorias ſimul veras Et arguo ſic vel illa negatio nō infinitat illum terminum tam pro ſuo ſuppoſito mediato ꝗ̄ immediato vł ſolum pro ſuo ſuppoſito immediato ſi primum illa ꝓpoſitio eſt falſa immo predicatum nec ſupponit ꝓ ipſa eſſentia diuina nec pro aliqua perſona. Et ſi ſecūdum iam illi termini nō ſunt contradictorij immo adhuc illa ꝓpoſitio eſſet falſa quia data eius veritate ſequeretur hāc eſſe concedēdam omne quod eſt pater eſt nō pater. Sed quia hanc materiam in prioribus ad longum tangemus ideo nunc ſuperſedeo. Dico igitur ad argumentum principale ꝙ ſi ſubiectum conſequētis complete particulariſetur aut ſi ille terminus infinitus complete diſtribuatur aut ſi antecedens equiualeat vni de omni valebit conſequentia.

¶ Tertio principaliter arguitur ſic nō ſequitur ſortes erit nō albus ergo ſortes nō erit albus ⁊ tñ arguitur ab affirmatiua ad negatiuā ⁊c. igitꝰ talis modus arguēdi nihil valet ⁊ per ꝯñs dicta nulla. Cōſequentia eſt clara cū minore ⁊ maior probatur ⁊ pono caſum ꝙ craſtina die ſortes erit albus ⁊ ꝙ die martis erit niger: iſto caſu poſito antecedens illius cōſequentie eſt verum ⁊ ꝯñs falſum igitur illa ꝯña nihil valet: ꝙ conſequens ſit falſum manifeſtū eſt per veritatem ſue cōtradictorie ⁊ ꝙ antecedens ſit verum probo ſic. Sequitur bene in hoc tempore ſortes erit nō albus demonſtrando diem martis igitur in aliquo tempore ſortes erit nō albus: ꝯña eſt clara ⁊ antecedēs ptꝫ quia in illo tēpore ſortes erit niger. Et per conſequēs in illo tempore erit non albus.

¶ Et cōfirmatur nō ſequitur ſortes poſſibiliter eſt non albus igitur ſortes non poſſibiliter eſt albus ⁊ tamen arguitur ab affirmatiua ad negatiuam igitur ꝙ illa conſequentia non valeat patet quā antecedens eſt verum ⁊ conſequens impoſſibile ⁊ per conſequens illa conſequentia nihil valet.

¶ Ad tertiuꝫ principale diuerſi ſunt modi reſpondēdi noſter Georgius bruxellenſis dixit ꝙ ad arguendū ab affirmatiua ad negatiuā predicato variato penes finitū ⁊ infinitū cum propoſitionibꝰ de ineſſe tunc oportet addere in antecedente hanc particulam in qualibet parte temporis ꝑſentis ⁊ qñ arguitur cum copula de preterito oportet addere hanc particulam in qualibet parte temporis preteriti ⁊ ꝓportionabili quando arguitur cum copula de futuro ita ꝙ ad hoc ꝙ debite arguatur per regulam ſic oportet arguere ſortes in qualibet parte temporis futuri erit non albus ergo ſortes non erit albus vnde ſicut dicit nō valet iſta ꝯña ſortes eſt nō currēs ergo ſortes nō eſt currēs: ſi cū vtamur vna hora pro tempore preſenti ⁊ in vna medietate ſortes currat in alterā vero nō: tunc añs illius cōſequentie eſt verum ⁊ cōſequens falſum. Propterea ad debite arguēduꝫ oportebat aſſumere in añte ſortes in qualibet parte temporis ꝑſentis eſt nō currēs ⁊ addēdo illam particulā nō arguitur a nō diſtributo ad diſtributū reſpectu temporis importati ꝑ copulā. ¶ Alij vero inſequētes Johannē buridanum in illo ſophiſmate/ non ens intelligitur dicūt illā cōſequentiā factā eſſe bonā ⁊ ſicut ꝯñs eſt falſum ita eſt añs. Unde tenēt pro regula generali ꝙ nunꝗ̄ terminꝰ finitus ⁊ infinitus poſſunt ſupponere pro eodē in ordine ad eandē copulā ⁊ ideo poſtꝗ̄ hec eſt vera in caſu poſito ſortes erit albus iſta eſt falſa ſortes erit nō albꝰ Hanc autem regulā ſic probant negatio infinitās dicit abnegationē cuiuſlibet rei ꝓ qua ſupponit terminus finitus ⁊ pro omni tali diſtributi ⁊ negat terminū finitū ⁊ per ꝯñs pro nullo ſupponit pro quo terminꝰ finitus ſupponit: tenet conſequentia ⁊ antecedens ꝓbatur negatio negans negat ⁊ deſtruit quicquid poſt ſe inuenit ⁊ eius oppoſitum ponit ⁊ per cōſequēs negatio infinitās infinitat terminum pro omni illo pro quo ſupponit/ negationē aūt infinitantem infinitare terminum pro omni illo pro quo ſupponit nihil aliud eſt ꝗ̄ terminū infinitum mediante tali copula nō ſupponere pro aliquo vel aliquibus pro quo vel quibus mediante eadem copula ſupponit terminus finitus ⁊ per conſequens habetur veritas regule. Ex iſta regula infert aliquis concedentes tales propoſitiones nō album erit albū nō nigrū poſſibiliter eſt nigrū hō poſſibiliter eſt nō albus nō logicaliter loqui. Ego aūt cōtra hoc correlariū pui pōderis. Similiter ⁊ cōtra hāc regulā cōformiter ad mētem Ariſtotelis dico illā cōſequentiā factā in principio argumēti nihil valere ⁊ cōcedo tales propoſitiones vnde Ariſtoteles in p̄io elēchorum capite primo ſecundi tractatus pro fallacia compoſitionis ponit hunc ſecundum paralogiſmum quēcūꝗ̄ poſſibile eſt ſcribere poſſibile eſt ꝙ ſcribat ſꝫ non ſcribentem poſſibile eſt ſcribere ergo poſſibile eſt ꝙ non ſcribens ſcribat: fallacia autem compoſitionis tunc committitur cum ex propoſitionibus de ſenſu diuiſo veris infertur vna de ſenſu compoſito falſa ⁊ per conſequens illa minor eſt de ſenſu diuiſo ⁊ vera ⁊ illud cōcedunt omnes expoſitores ariſtotelis ſuper illo paſſu nec dicendum eſt adeo faciliter Ariſtotelē nō logicaliter fuiſſe locutum. Propterea melius eſt diſtinguere tales propoſitiones non album poſſibiliter eſt album ſortes erit non albus penes hoc ꝙ illa negatio infinitans poteſt infinitare illum terminum pro omni illo pro quo ſupponit vel ſolū pro aliquo. Et breuiter ſi negatio infinitans infinitaret illos terminos ꝓ oibus his pro quibus ſupponūt oēs tales propōnes eſſent negande. Si non tales ꝓpōes eſſent concedende ꝙ aūt non oporteat negationem infinitantem infinitare ſemper terminū ꝓ omni illo pro quo ſupponit ſic probo ⁊ adduco argumētum qḋ adducunt pro ꝓbatione regule contra eos. Et arguo ſic negatio negās nō ſemper negat ⁊ deſtruit quicquid poſt ſe inuenit nec ſemper eius oppm̄ ponit igitur nec negatio infinitās ſemper infinitat terminū pro omni illo ꝓ quo ſupponit ꝯña eſt clara ⁊ aſſumptum probo et accepta hac mentali homo eſt animal ſi intellectus preponat toti propoſitioni negationem adhuc in poteſtate intellectus eſt reſtringere virtutem talis negationis ne tranſeat vltra ſubiectum quemadmodum concedunt

Johannes Buridanus

Georgius Bruxellēſis

omnes ꝙ accepta hac mentali omnis homo ē animal pōt intellectus reſtringere virtutē illius actꝰ diſtributiui ne tranſeat in predicatū igitur accepta hac ꝓpoſitione albū poſſibiliter eſt album cuiꝰ ſubiectū ſupponit pro illo quod eſt album ſimiliter pro eo quod fuit album aut quod erit album aut quod pōt eſſe album poteſt intellectus ferre negatiōem infinitātē in illud ſubiectum non infinitādo ipm pro omni illo pro quo ſupponit ſed pro aliquo ⁊ aliquo nō. Ex quibus facilis pꝫ reſponſio ad ꝓbationē adductā ꝓ regula. Utrū autem ſemper tales termini finitus ⁊ infinitus dici debeant cōtradictorij non curo quoniam contentio eſſet ad nomen. Aliter ergo reſpondeo ad argumentū principale cōcedendo hanc propōneꝫ in caſu poſito ſortes erit non albus vt illa negatio infinitans nō infinitet illuꝫ terminum pro omni illo pro quo ſupponit. Et nego hanc cōſequentiā ſortes erit nō albus ergo ſortes nō erit albus nec debite arguitur per regulā q: arguitur a non diſtributo ad diſtributū reſpectu temporis importati per copulā. Propterea ad precauenduꝫ ab illo errore ſic oportet arguere ſortes erit nō albus igiť aliquādo ſortes non erit albus. Et ſicut in caſu poſito illud antecedens eſt verum ita ⁊ conſequens.

¶ Ad cōfirmationē reſpondeť cōcedēdo hanc cōſequētiā nō valere ſortes poſſibiliter eſt non albus ergo ſortes impoſſibiliter ē albus ⁊ dico ꝙ nō debite arguiť per regulā ſed oportebat inferre ex illo antecedente ſortes poſſibiliter non ē albus nō eñ oportet ꝙ ſi vnum contradictoriorꝫ poſſibiliter inſit ꝙ alterum impoſſibiliter inſit ſiue non poſſit ineſſe.

¶ Contra hanc ſolutiōeꝫ arguiť ſic. Si ſolutio eſſet bene data ſequeretur ꝙ iſta cōſequētia eſſet bona ſortes contingenter eſt non aſinus ergo ſortes contingenter non eſt aſinus conſequens eſt falſum ergo illud ex quo ſequiť ſequela probať q: dictū eſt ꝙ in modalibus nō oportet negare modū ꝙ aūt illa cōſequētia nō ſit bona probatur añs eſt verū ⁊ conſequens falſum igitur illa cōſequētia nihil vꝫ veritas añtis pꝫ per ſuas exponentes ſortes poſſibiliter ē nō aſinus ⁊ ſortes poſſibiliter non eſt non aſinus. Falſitas cōſequentis eſt clara nā iſte equiualent ſortes contingenter non eſt aſinus ⁊ ſortes contingenter eſt aſinus. Forte dices ꝙ arguendo cū iſto mō contingēter opꝫ eum negare ita ꝙ ſic opꝫ arguere ſortes contingēter eſt nō aſinus ergo ſortes nō cōtingenter eſt aſinus ⁊ ſicut antecedēs eſt verum ita eſt ⁊ ꝯñs ⁊ hoc quia ly contingenter eſt ſignum exponibile.

¶ Contra hoc ſic arguo tūc iſta cōſequentia erit bona ſortes contingenter eſt non currēs ergo ſortes non contingenter eſt currens quod eſt falſum. Nam añs illius conſequentie eſt verum ⁊ conſequens falſum vt patet per veritatem ſeu contradictorie ſortes contingenter eſt currens.

¶ Ad hanc replicā reſpondeo concedendo hanc cōſequētiam nihil valere ſortes cōtingenter eſt non aſinus ergo ſortes contingenter non eſt aſinus. Nec ex dictis ſequitur illam eſſe bonam licet eñ dictū fuit in ſolutione precedenti ꝙ nō oportebat negare modū hoc tamē nō arguit hanc ꝯñam eſſe bonā ſiue eñ negetur ille modus contingenter ſiue non negetur nullo pacto arguiť per regulā. Et ratio eſt q: ꝓpō negatiua in qua ponitur ly cōtingenter ſed eſt affirmatum nō eſt propō pure negatiua ⁊ in tali mō arguēdi qñ ly cōtingēter nō negať arguiť a ꝓpōne affirmatiua ad aliā affirmatiuā predicato variato penes finitū ⁊ infinitū. Unde accepta iſta ꝯña ſortes cōtingēter eſt nō aſinꝰ ergo ſortes cōtingēter nō ē aſinꝰ accipias primā exponentē añtis ⁊ ſimiliter primā exponētē ꝯñtis ⁊ manifeſtꝰ apparebit error. Prima exponēs añtis eſt ſortes poſſibiliter ē aſinus mō arguēdo a prima ad ſcd̄am cōmittiť ille error. Et eodē mō qñ ly ꝯtingēter negareť in ꝯñte nō valeret ꝯña ⁊ error manifeſtus pꝫ accipiēdo tā exponētes añtis ꝙ exponētes ꝯñtis ⁊ ſecūdū hoc limitenť dicta in ſolutione ſecūdi argumenti principalis. Et iuxta hoc patet quare nō valet conſequentia negando ly contingenter.

¶ Quarto pricipaliter arguiť ſic nō ſequitur quilibet homo eſt vel non eſt currēs ergo nullus homo eſt vel non eſt non currens ⁊ tamē arguitur per regulam igitur regula nulla maior eſt clara ⁊ minor probatur antecedēs eſt propoſitio affirmatiua vt conſtat ex queſtione decima primi. Et conſequens eſt propoſitio negatiua predicatum autem variatur penes finitum ⁊ infinitum igitur. Si forte dicas ꝙ non arguitur per regulam eo ꝙ ly vel non negatur in antecedente ⁊ negatur in conſequente ⁊ ſic particularitas ſincathegoreumatica mutatur in vniuerſalitatem ſincathegoreumaticam. Hoc non vꝫ q: tūc ſaltem hic argueretur per regulā quilibet hō eſt vel nō eſt currens ergo quilibꝫ hō nō eſt vel nō eſt nō currēs vt prima negatio ſolū cadat in primā copulā verbalē ⁊ ſcd̄a in ſecundā ⁊ nullo pacto negeť ly vel. Sed ꝙ tñ illud dici nō poſſit patet qm̄ quolibet homine quieſcente antecedens eſt verum ⁊ cōſequens falſum vt cōſtat igitur.

¶ Et confirmať nō ſequitur omnis hō ē nō incipiēs eē ergo nullꝰ hō ē incipiēs eē ⁊ tñ arguiť ꝑ regulā igiť. Minor ē clara ⁊ ꝓbo maiorē ⁊ pono caſuꝫ ꝙ multi ſint hoīes quorū nullꝰ incipiat eſſe ⁊ cū hoc volo ꝙ ſortes incipiat eē ꝑ vltimū ſui nō eē iſto poſito ꝓbo ꝙ illa ꝯña nihil vꝫ ꝯñs illiꝰ ꝯñe ē falſum vt pꝫ ꝑ veritatē ſue cōtradictorie ⁊ añs ē verū qḋ ſic ꝓbo q̇libꝫ eiꝰ ſingularis eſt vera aſcēdēdo ſub illo termino hō. Si eñ haberet aliquā falſaꝫ maxie eēt iſta Iſte hō eſt non incipiens eſſe demonſtrādo ſortem ſed illa nō eſt eius ſingularis. Subiectum enim huius propōnis omnis homo eſt non incipiens eſſe ſupponit ſolū pro hominibus exiſtētibus nō eñ ampliatur ab aliquo q: vt dicunt cōiter loquentes quando aliquis terminus finitus eſt ampliatiuus terminus infinitus nō eſt ampliatiuus. Et per cōſequēs ſubiectū huius ꝓpoſitionis omnis homo eſt non incipiens eſſe non ſupponit pro ſorte ⁊ per conſequens illa propoſitio eſt vera.

¶ Ad quartuꝫ principale reſpondeť negando ꝙ in aliqua illarū cōſequētiarū arguať ꝑ regulā qm̄ nec añs prime cōſequētie nec etiā ſcd̄e eſt ꝓpō affirmatiua ſꝫ mixte qualitatis debet eñ attēdi ꝓpōnis qualitas penes copulas verbales/ cuꝫ igiť añs prime cōſequētie ſimiliter ⁊ ſcd̄e duplicē habꝫ copulā verbaleꝫ ⁊ vna copula verbalis negať alia vero eque principalis non ſed poſtq̄ queſtione decima diximus cum cōiter loquētibus ꝙ tales propōnes ſunt ſimpliciter affirmatiue adhuc illud teneamus et ſecundum hoc reſpondeo ad argumentum concedendo nullam illarum conſequentiarū valere ſiue negetur ly vel ſiue non ſed nego ꝙ arguatur per regulam. Regula enim eſt intelligenda de propoſitione ſimpliciter affirmatiua ſic vcꝫ ꝙ nulla pars copule talis affirmatiue negetur modo añs prime ꝯñe non eſt talis affirmatiua.

¶ Ad confirmationeꝫ reſpondetur concedendo hanc conſequētiaꝫ nihil valere omnis ho.

mo eſt non incipiens eſſe ergo nullus homo eſt incipiens eē ⁊ nego ꝙ arguat̃ ꝑ regulã Rõ huiꝰ ẽ q: ibi arguit̃ a nõ amplo ad amplũ cũ diſtributiõe ampli. Vñ ad hoc ꝙ debite arguat̃ ꝑ regulã oportet ꝙ ille terminus hõ adequate ſupponat ꝓ eiſdẽ in cõſequẽte ⁊ in antecedẽte. Et ꝓpterea oportet ſic arguere oĩs hõ eſt nõ incipiẽs eē ergo nullus hõ qui eſt eſt incipiẽs eē vt ille terminus qui eſt reſtringat illum terminum homo ad ſtandũ p̄ciſe pro hoibus exiſtentibus. Et ꝑ hoc facile põt ſolui ſimile argumẽtũ qđ cõiter in hac materia fieri ſolꝫ verum vꝫ valeat iſta ꝯña oĩs hõ eſt non pictus ergo nullus homo eſt pictꝰ et breuiter dicitur ꝙ non valet. Et rõ eſt q: ille terminus homo in antecedente tenet̃ ſolum pro hoibus viuis ⁊ in conſequente tenetur pro hominibus pictis. Et propterea vt vniformiter teneatur oportet ſic arguere omnis homo eſt nõ pictus ergo nullus homo viuus eſt pictus. Contra ſolutionẽ principalẽ arguitur ſic ꝓbãdo hãc eſſe falſam omnis hõ eſt non incipiẽs eē ⁊ ſic arguo ſequitur bñ oĩs hõ eſt nõ incipiẽs eſſe ergo tantũ non incipiens eē eſt hõ tenet cõſequẽtia ab vniuerſali ad excluſiuãꝫ de terminis trãſpoſitis falſitatẽ tñ ꝯſequẽtis ꝓbo ſic per falſitatẽ ſue ſcđe exponẽtis que eſt hec nullũ incipiẽs eſſe eſt hõ cuius cõtradictoria eſt vera aliquod incipiens eſſe eſt homo. Nã hoc eſt incipiens eē demõſtrãdo ſortem ⁊ hoc eſt vel immediate poſt hoc erit homo igitur incipiens eſſe eſt homo ꝯña eſt bona quia ly incipit ampliat eodem modo ante ſe ⁊ poſt ſe Reſpondetur concedendo hanc propõnem omnis homo eſt non incipiens eſſe ⁊ concedo ſimiliter illam excluſiuam tãtum homo incipiens eſſe eſt homo ⁊ dico ꝙ illa non ẽ ſua ſecunda exponens nullum incipiens eſſe eſt homo ſed eſt hec nullum incipiens eſſe eſt homo qui eſt vt ille terminus homo ſtet pro eiſdem in illa excluſiua ⁊ in ſua ſecunda exponente.

Quĩto principaliter arguit̃ ſic nõ ſequitur iſta duo pedalia ſunt non pedalia igitur iſta duo pedalia nõ ſunt pedalia ⁊ tñ arguit̃ ꝑ regulã igitur regula nulla Minor eſt clara ⁊ maiorem probo et demõſtro a ⁊ b corpora pedalia tũc clarũ eſt cõſequẽs illiꝰ cõſequẽtie eē falſum veritatẽ aũt antecedẽtis ꝓbo ſic ſequit̃ bene iſta duo pedalia ſunt quattuor non pedalia igit̃ iſta duo pedalia ſunt aliqua nõ pedalia ⁊ per ꝯñs ſunt nõ pedalia ab equiualentibus aſſumptũ ꝓbo ſequitur bene iſta duo pedalia ſunt quattuor entia videlicet due medietates a ⁊ due medietates b igitur ſunt quattuor pedalia vel quattuor non pedalia tenet ꝯña a conuertibilibus ⁊ vltra ſic arguo iſta duo pedalia ſunt quattuor pedalia vel quattuor non pedalia ſed non ſunt quattuor pedalia igitur iſta duo pedalia ſunt quattuor nõ pedalia qđ erat probandum.

Et confirmat̃ non ſequitur nõ tãtũ cuiuſlibet aſini aſinꝰ nõ eſt currẽs ergo nõ tantũ cuiuſlibꝫ aſini aſinus ẽ nõ currẽs ⁊ tñ arguit̃ ab affirmatiua ad negatiuã predicato variato penes finitũ ⁊ infinitũ igit̃ minor eſt clara ⁊ maiorẽ probo ſic ⁊ pono ad imaginationẽ ꝙ ſint p̄ciſe brunellꝰ ⁊ fauellus: poſſideat brunellꝰ ſe ⁊ fauellum ⁊ fauellꝰ ſimiliter ſe ⁊ brunellũ ⁊ ambo q̇eſcãt iſto poſito pꝫ veritas aſſitis ex falſitate ſue ꝯtradictorie q̄ debꝫ exponi ꝑ vnã copulatiuã cuius ſcđa pars ẽ iſta oẽ nõ cuiuſlibꝫ aſini aſinꝰ ẽ currẽs. Falſitas aũt ꝯñtis pꝫ ex veritate ſue cõtradictorie ⁊ ſemper loquor de entibus totalibus.

Ad quintũ principale reſpõdetur ꝙ iſta conſequentia eſt bona iſta duo pedalia ſunt nõ pedalia ergo iſta duo pedalia nõ ſunt pedalia ⁊ ſicut conſequens eſt falſum ita eſt antecedens. Et quando dicis bene ſequit̃ iſta duo pedalia ſunt quattuor non pedalia igit̃ iſta duo pedalia ſunt non pedalia concedo ꝯñam negato tñ antecedente. Et qñ dicis iſta duo pedalia ſunt quatuor entia igitur ſunt quattuor pedalia vel quattuor nõ pedalia cõceſſo antecedente nego cõſequentiam nec ibi arguit̃ a conuertibilibus nõ eñ accipis diſiũctũ ex terminis cõtradictoriis: ſed ſic debebas arguere. iſta duo pedalia ſunt quattuor entia igitur ſunt quattuor pedalia vel non quattuor pedalia quod quidem conſequens eſt verum.

Ad cõfirmationẽ reſpondetur cõcedendo illaꝫ ꝯñam non valere ſed nego ꝙ arguatur per regulam Pro quo eſt notandum ꝙ in duplici differentia ſunt propoſitiones affirmatiue quedam ſunt affirmatiue non p̄gnãtes quedaꝫ vero ſunt affirmatiue p̄gnãtes. Et iterũ affirmatiue pregnantes ſunt in duplici differentia quedã enim ſunt que ſic ſe habent ꝙ ad hoc ꝙ ſint vere requiritur vnã affirmatiuaꝫ nõ p̄gnãtẽ eē verã vt ſunt excluſiue primi ordinis ſimiliter ⁊ ſecũdi. Alie vero ſunt affirmatiue p̄gnãtes q̄ ſic ſe habent ꝙ ad hoc ꝙ ſint vere nõ requirit̃ veritas vnius affirmatiue ſed ſufficit veritas vniꝰ affirmatiue vel vniꝰ negatiue vt ſunt excluſiue de tertio ordine vel de quarto. Tunc pono duas propoſitiones.

Pria ꝓpoſitio hec regula Ariſtotelis non ſolꝫ eſt intelligenda de affirmatiuis nõ pregnãtibus probatur hec propoſitio quia vt dictum eſt ſuperius bene licet arguere per hanc regulam cum affirmatiuis pregnantibus.

Scđa propoſitio hec regula Ariſtotelis nõ habet verũ de affirmatiuis p̄gnãtibꝰ que ad hoc ꝙ ſint vere nõ requirũt veritatẽ alicuiꝰ affirmatiue ꝓbat̃ hec ꝓpõ ex argumẽto facto q: ex illa excluſiua quarti ordinis nõ licꝫ inferre excluſiuã tertii manifeſtũ etiã eſt ꝙ nõ lꝫ inferre excluſiuã ſecũdi ordinis variando predicatũ penes finitũ ⁊ infinitũ. Et ex hiis duabꝰ ꝓpõnibꝰ patet ſolutio ad argumentũ. Sed in hac materia adhuc reſtat vnũ paruũ pũctũ quare ẽ ꝙ in regula dicit̃ p̄dicato variato penes finitũ ⁊ infinitũ ⁊ nõ eque bene dicit̃ ſubiecto variato penes finitũ et infinitũ Ad qđ forte reſpondebis ꝙ ſcđm Ariſtotelẽ in quarta parte huius capitis ille de ſubiectis infinitis nõ ſeruant aliquã ꝯñam ad illas de ſubiectis finitis: Sꝫ cõtra hoc ſic arguo bñ ſequit̃ nõ ſortes currit ergo currẽs ẽ nõ ſortes ⁊ vltra ſequit̃ currẽs ẽ nõ ſortes ergo currẽs nõ ẽ ſortes ꝑ regulã ⁊ vltra ſequitur currẽs nõ eſt ſortes ergo ſortes currẽs nõ ẽ igit̃ de primo ad vltimum ſequitur non ſortes currit igitur ſortes currẽs nõ ẽ ⁊ per ꝯñs variando ſubiectum penes finitum ⁊ infinitũ tenet modus arguẽdi ſicut variando predicatum penes finitũ ⁊ infinitum Propterea dico ꝙ ex affirmatiua de ſubiecto infinito ad vnam negatiuã de ſubiecto finito bene valet ꝯña dũmõ illa negatiua ſequat̃ ex alia affirmatiua q̄ eēt de p̄dicato infinito nec oppm̃ huius intendebat dicere Ariſtoteles ſꝫ volebat talẽ modum arguẽdi nõ valere vbi p̄ciſe mutaretur ſubm̃ infinitũ in finitũ inferẽdo ex affirmatiua negatiuã ⁊ hoc q: cõtingeret arguere in tali mõ arguendi a nõ diſtributo ad diſtributũ quod p̄pedit bonitatẽ cõſequentie vbi autem precaueretur ab illo errore non mirum ꝙ talis conſequentia valeat. Epilogando hãc queſtionem patet que conditiones ſint obſeruande vt debite arguatur per hanc regulam. Et de quibus ꝓpoſitionibus affirmatiuis ſit intelligenda regula. Et hec de queſtione ſecunda.

Tertio queritur circa eã q̃ tãgũt in ſexta pte capitl' phĩis. vtrũ arguẽdo a negatiua ad affirmatiuã p̄dicato variato penes finitũ ⁊ infinitũ valeat cõſequẽtia Ad hãc q̄ſtionẽ reſpondet philoſophus in tertia parte textus dicens ꝙ licet negatiue ſequuntur ad affirmatiuas de predicatis oppoſitis vt viſum eſt queſtione precedenti tamen vt dicit affirmatiue non ſequuntur ad negatiuas non enim ſequitur chimera non eſt homo ergo chimera ē non homo Poſtea tamen dicit in ſexta parte ꝙ affirmatiue bene ſequuntur ad negatiuas dummodo eis coniungatur affirmatiua hoc eſt dicere dũmodo debite ponatur conſtantia ſubiecti valebit modus arguẽdi vt bene ſequitur chimera non eſt homo et chimera eſt igitur chimera eſt nõ homo. Et ex iſto patet reſpõſio ad titulum queſtionis vʒ ꝙ cum conſtantia vʒ ꝯña ⁊ ſine ea non vʒ. An autem regula patiatur aliquas inſtantias patebit ex ſolutionibus argumentorum.

¶ Cõtra predicta p̄io principaliter arguitur ſic non ſequitur ſortes homo non eſt ⁊ ſortes eſt ergo ſortes eſt nõ homo ⁊ tñ arguit̃ per regulã ergo regula nulla maior eſt clara ⁊ minor ꝓbatur q: nõ videt̃ quid deficiat. Si dixeris ꝙ arguit̃ a nõ diſtributo ad diſtributũ ⁊ ꝙ ad precauendũ ab illo errore debite arguendum per regulam oporteret predicatũ negatiue diſtribui ſic arguo non ſequitur a homo non ē homo ⁊ a homo eſt ergo a homo eſt non homo ⁊ tamẽ arguitur a negatiua ad affirmatiuam predicato variato penes finitum ⁊ infinitum debite ponendo conſtãtiam ergo talis modus arguendi nihil valet ꝙ illa cõſequentia non valeat probo ſic antecedens illius conſequentie eſt verum ⁊ conſequens falſuʒ igitur de veritate antecedentis nemo eſt qui dubitat ⁊ falſitas cõſequentis patet per veritatem ſue contradictorie nullus homo eſt non homo.

¶ Et confirmat̃ non ſequitur ſortes poſſibiliter non eſt homo ⁊ ſortes poſſibiliter eſt ergo ſortes poſſibiliter eſt non homo ⁊ tamen arguitur per regulam igitur ꝙ non ſequatur ptʒ ſic antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum ꝙ ſi concedas conſequẽs dicendo ipm̄ eſſe verum motus hac ratione iſte binarius poſſibiliter eſt nõ homo ⁊ iſte binarius eſt ſortes ergo ſortes poſſibiliter eſt non hõ. Hoc non poteſt reſuuare q: tunc capiã hanc conſequentiam hec anima poſſibiliter nõ eſt anima ⁊ hec anima eſt ergo hec anima poſſibiliter eſt non anima cuius conſequens nullo modo poteſt concedi ⁊ añs eſt verum.

¶ Ad primũ principale cõis ſolet dari reſponſio ꝙ ad debite arguendum per regulaʒ opʒ ſubiectum negatiue diſtribui ſuppoſito ꝙ ipſuʒ ſit diſtribuibile dummodo ſuppoſitio talis predicati nõ ſit dependens. Hoc notanter additur propter relatiuum reciprocum hic eñ debite arguitur per regulam homo non eſt ipſemet ⁊ homo eſt ergo homo eſt non ipſemet dato ꝙ predicatũ negatiue non diſtribuatur. Et tunc ad replicam etiã eſt ſolutio cõmunis ꝙ illa conſequentia non valet ſed non arguitur per regulam q: regula intelligitur dũmõ ſubiectuʒ negatiue non ſtet confuſe tantum ⁊ ſimiliter quando principalior pars ſubiecti non ſtat confuſe tantũ. Defectu cuius nec hic arguitur per regulam cuiuſlibet hoĩs aſinus non eſt aſinus ⁊ cuiuſlibet hoĩs aſinꝰ eſt ergo cuiuſlibet hoĩs aſinus eſt non aſinus quolibet enim homine duos aſinos poſſidente antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum. Et ſi dicas. Qñ ſubiectum negatiue ſtat determinate adhuc non tenet modus arguendi igitur ſolutio nulla ꝓbatur aſſumptũ illa cõſequẽtia facta nihil valet vt conceſſum eſt ⁊ tñ ſubiectum negatiue ſtat determinate igit̃ ꝙ ſubiectũ negatiue ſtet determinate patet ſubiectũ preiacẽtis huius ꝓpoſitionis a homo nõ eſt aĩal ſtat determinate ⁊ ſubiectũ illius preiacentis eſt ſubiectũ illius propoſitionis igitur ſubiectũ huiꝰ a hõ nõ eſt animal ſtat determinate. Reſpõdeo ꝙ non arguis cõtra ſolutionem q: dictũ fuit in ſolutiõe ꝙ ex quo ſubiectuʒ negatiue ſtabat cõfuſe tñ nõ oportebat ꝯñaʒ valere. Nec ex illo trahi põt ꝙ qñcũq; ſubiectuʒ negatiue ſtat determinate talis ꝯña ſit bona ⁊ ꝓpterea licet ſubiectũ illiꝰ negatiue ſtet determinate nõ tñ ꝓpterea opʒ cõſequentiam valere poſtq̃ ſtat confuſe tantum.

¶ Cõtra hãc ſolutionẽ arguitur ſic ſequeret̃ hãc ꝯñaʒ eẽ bonã cuiuſlibet hoĩs b aſinꝰ nõ eſt currẽs ⁊ cuiuſlibʒ hoĩs b aſinꝰ eſt ergo cuiuſlibet hoĩs b aſinꝰ ē nõ currẽs nec ſubiectũ eiꝰ ſtat ꝯfuſe tñ nec aliqua ps ſubiecti ꝙ tñ ip̄a nõ valeat patet ſic ſi q̇libet hõ haberet duos aſinos vnũ currẽtẽ ⁊ aliũ quieſcẽtẽ añs ē verũ ⁊ ꝯñs falſuʒ Propter hoc argumentũ dicit quidã ſolutionẽ datã nõ eẽ ſufficientẽ ⁊ dicit regulam nõ habere verum quãdo ſubiectũ negatiue eſt aggregatum ex determinatione et determinabili determinatione inq̃ accepta non vnica acceptione ſed iſte ſibi repugnat negando enim hanc in caſu cuiuſlibet hominis b aſinus eſt nõ currẽs ſtatim negãda conſtantia qualitercunq; enim probabit̃ ꝯñs eſſe falſum ꝓbabit̃ ⁊ cõſtantia eſſe falſa vt liquide conſtat. Et ita hoc argumentum nõ inualidat ſolutionem datã. Sed quoad hoc quod tangitur de determinatione accepta non vnica acceptione cũ ſuo determinabili eſt aduertendum ꝙ regula in illis nõ fallit dũmodo recte tamẽ ponat̃ cõſtantia. Ad recte autẽ ponenduʒ cõſtantiam opʒ videre vtrum in affirmatiua determinatio ſtat determinate ꝙ ſi ſic in cõſtantia accipiatur relatiuũ idẽptitatis Hinc ſit hãc ꝯñam eſſe nullã hoĩs brunellus nõ eſt aſinus ⁊ hoĩs brunellus eſt ergo hoĩs brunellus eſt nõ aſinꝰ ſed ex illa negatiua cũ hac cõſtãtia ⁊ eiuſdẽ hoĩs brunellus eſt bñ poterat inferri illa affirmatiua immo q̃q̃ nõ ꝓcedat̃ cũ determinatiõe accepta nõ vnica acceptione videatur tñ an predicatuʒ affirmatiue ſtet determinate ⁊ hoc in ordine ad aliquã diſtributioneʒ poſitã a parte ſubiecti vel nõ. Si primũ caute ponatur cõſtãtia Propterea hic nõ debite arguitur ꝑ regulam nullus hõ eſt aſinus ⁊ q̇libʒ hõ ē ergo q̇libet homo ē hõ nõ aſinus. Similiter nec hic nõ oĩs hõ ⁊ aſinꝰ ſunt hõ oĩs hõ ⁊ aſinꝰ ſunt ergo nõ omnis hõ ⁊ aſinus nõ ſunt non homo. Sʒ pro talibus fac ꝙ predicatum cõſtãtie ſupponat determinate ſicut ⁊ predicatuʒ affirmatiue ⁊ tunc valebit modus arguendi.

¶ Ad confirmationẽ cõmuniter ſolʒ reſponderi ꝙ regula nõ hʒ verum in modalibus cum poſſibile non eo ꝙ in eis non eſt negatio ex parte modorum Aliter dicit̃ ꝙ male ponit̃ conſtantia Pro quo eſt aduertendum ꝙ quãdo ex pte copule ponitur aliqua particularitas in cõſtantia dʒ poni vlitas verbigratia iſta ꝯña nihil valet ſortes aliqñ non fuit albus ⁊ ſortes fuit ergo ſortes fuit non albus poſito enim ꝙ nunq̃ fuiſſet ſortes niſi heri ⁊ toto illo tp̄e fuiſſet albꝰ tunc añs eſt verum ⁊ ꝯñs falſum. Rõ autem quare illa ꝯña non vʒ eſt hec q: nõ debite ponebatur conſtantia nã illa particularitas aliqñ in cõſtantia debebat mutari in vniuerſalitatem et propterea ſic debebat poni conſtantia ſortes ſemper fuit. Eodeʒ modo dicitur

hic in propoſito ꝙ ſic debet poni conſtantia ſortes neceſſario eſt ſiue hec aīa neceſſario ē ⁊ tūc optime vꝫ iſte modus arguendi ſortes poſſibiliter nō eſt hō ⁊ ſortes neceſſario eſt ergo ſortes poſſibiliter eſt nō hō. Sꝫ hec ſcōa ſolutio nō placet qꝛ tunc iſta cōſequētia eēt bona deus poſſibiliter nō eſt creans ⁊ deus neceſſario ē/ igitur deus poſſibiliter eſt nō creans infinitando predicatū in cōſequente p oī oppoſito illius p quo ſupponebat ſuus termin⁹ finitus. Clarū tamen eſt illaꝫ cōſequentiam non valere nā conſequens in illo ſenſu eſt falſum antecedens autem eſt verum vt conſtat propterea malo dicere cum prima ſolutione ꝙ iſte conſequētie nō valent eo ꝙ nō totalis copula in negatiua negatur ⁊ tunc ad illud exemplum dico ꝙ iſta conſequentia nō valet ſortes aliquādo nō fuit albus ⁊ ſortes fuit ergo ſortes fuit nō albus nō ꝑpter illam cauſam quā aſſignat ſed qꝛ conſtantia ⁊ negatiua non verificātur pro eodem quod tñ ſumme in oībus obſeruanduꝫ eſt. Unde iſta ꝯña non tenet per banc regulam hoīs aſin⁹ non eſt aſinus ⁊ hominis aſinus eſt ergo hoīs aſinus ē non aſinus qꝛ negatiua verificatur pro hominib⁹ nō habentibus aſinos et conſtantia pro hominibus habentibus aſinos. Ea propter vt conſtantia verificetur pro illo pro quo negatiua verificatur opus eſt accipere relatiuum identitatis vt dictum eſt ⁊ dicere in cōſtantia ⁊ eiuſdem hominis aſinus eſt. Propter ſimileꝫ cauſam non valet iſta conſequentia ſortes vel chimera non eſt homo ⁊ ſortes vel chimera eſt igitur ſortes vel chimera eſt non homo. tenendo enim ly vel diuiſiue antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum ⁊ propterea ſic oportebat ponere conſtantiam et idem ſortes vel chimera eſt. Redeundo ad propoſitum dico ꝙ ſic oportebat ponere conſtantiam ſortes aliquando non fuit albus et in eodem tempore ſortes fuit igitur ſortes fuit non albus. Sed adhuc probo ratiōe ꝙ illo mō ponēdo cōſtātiā non valeat mod⁹ arguendi mutādo particularitatem in vniuerſalitatem quoniam tūc valeret hec cōſequētia ſortes nō eſt vel nō fuit albus ⁊ ſortes eſt ⁊ fuit ergo ſortes eſt vel nō fuit non alb⁹. mutatur cū illa particularitas ſincathegoreumatica vel in vniuerſalitatē ⁊ volo ꝙ prima negatio cadat in primā copulā verbalem preciſe ⁊ ſecunda in ſecundaꝫ ꝙ tamen illa ꝯña nō valeat patet qꝛ caſu poſito ꝙ ſortes antea fuiſſet ⁊ ſemꝑ fuiſſet niger nunc aūt primo ſit albus antecedens eſt verum ⁊ conſequēs falſuꝫ Propterea oportet dicere ſicut iā diximus ꝙ ibi non arguitur debite p regulā qꝛ licet in antecedente aſſumatur vna propō negatiua attamē qꝛ vna pars copule eius non negatur Propterea ipa non eſt negatiua ex qua liceat inferre affirmatiuam ſicut in queſtione precedenti dicebatur de affirmatiua.

## Secūdo pricipaliter arguiť ſic nō

ſequiť ſortes immediate poſt hoc nō erit ens et ſortes immediate poſt hoc erit igiť ſortes imediate poſt hoc erit nō ens ⁊ tñ arguiť p regulā igiť. Cōſequētia ē clara cū minore ⁊ aſſumptū ꝓbo ⁊ pono caſum ꝙ nunc ſimus in inſtanti initiatiuo alicuius hore que quidē hora ſit diuiſa per partes ꝓportionales ꝓportione dupla minoribus terminatis ad iſtud iſtans in quo ſum⁹ ⁊ volo vlterius ꝙ in qualibet parte ꝓportionali ipari ſortes erit ⁊ ꝙ in nulla pte ꝓportionali pari erit iſto caſu poſito antecedens illius cōſequentie eſt verum ⁊ conſequēs falſum ꝙ antecedēs ſit verum patet primo hec eſt vera ſortes immediate poſt hoc non erit naꝫ illa propoſitio ſic exponitur poſt hoc ſortes non erit et nullum erit dabile inſtans poſt hoc qui inter hoc ⁊ illud ſortes non erit que quidem exponētes ſunt vere ⁊ eodem modo poteſt ꝓbari conſtantia eſſe vera falſitas autem conſequentis patet per ſuas exponentes.

## Et confirmať non ſequitur null⁹

homo ē nō b hō ⁊ quilibet hō ē ergo quilibet hō eſt b homo ⁊ tñ arguitur per regulaꝫ igiť maior ꝓbať aňs eſt verū ⁊ ꝯňs falſum igiť illa ꝯña nihil valet falſitas ꝯñtis eſt clara veritas maioris patet ꝑ falſitatē ſue cōtradictorie hec ē falſa aliqs homo ē nō b hō deſcende ſub ſubiecto ill⁹ ⁊ nullā iuenies ſingularē verā/ ꝙ aūt arguať per regulā patꝫ qꝛ deleta negatione infinitante q̄ poniť in negatiua totū reſiduū pdicati poniť in affirmatiua ⁊ ꝑ ꝯňs debite arguitur per regulam.

## Ad ſecundū principale reſpondetur

ꝙ iſte terminus poſt dupliciter accipi pōt vno mō aduerbialiter alio mō prepōnaliter qñ ly poſt tenetur aduerbialiter tunc includit tpˢ ⁊ inſtans qñ vero prepōnaliter tenetur nulluꝫ iſtorum includit. Unī in caſu poſito iſta propō eſt diſtinguēda poſt hoc ſortes non erit ſi ly poſt teneatur aduerbialiter illa propō eſt vera et eius ſenſus eſt iſte in aliquo tēpore aūt in aliquo inſtanti poſt hoc ſortes non erit. Nam vt patet ex caſu in nulla parte ꝓportionali pari ſortes erit ſi aūt ly poſt teneatur prepoſitionaliter tunc illa propoſitio ē falſa ⁊ ſenſus eius eſt poſt hoc inſtās nunc ſortes erit quod notum eſt eſſe falſum. Suppoſita hac diſtinctione diſtinguo ꝙ cōſequentia facta ſit bona vel ſi ly poſt vtrobiq teneatur prepoſitionaliter ⁊ ſic dico cōſequētiā eſſe bonam ⁊ ſicut conſequens eſt falſuꝫ ita et antecedens nā iſta propoſitio eſt falſa immediate poſt hoc ſortes non erit ꝑpter ſue prime exponentis falſitateꝫ. Si aūt ly poſt teneatur aduerbialiter tunc conſequētia nihil valet Nam conſequens eſt falſum et aňs verum. Et ratio huius eſt quia non debite ponitur conſtantia dictum enim eſt prius ꝙ oportet conſtantiam ⁊ propōnem negatiuā verificari pro eodē. Modo clarum eſt ꝙ illa negatiua ⁊ conſtantia non verificantur pro eodem vt patet accipiendo earum primas exponētes prima exponens negatiue eſt hec poſt hoc ſortes non erit que verificatur pro aliqua parte proportionali hore pari aut pro aliquo inſtāti eius/ prima autem exponens conſtātie que eſt hec poſt hoc ſortes erit verificatur pro aliqua parte proportionali impari aut aliquo eius inſtanti ⁊ ita clarū eſt ꝙ ibi nō eſt verificatio pro eodē tempore propterea ſic oportebat ponere cōſtantiam ⁊ in eodē tēpore aut in eodem inſtanti ſortes erit vt illud relatiuꝫ referat illud tempus aut illud inſtās pro quo verificatur prima exponens negatiue ⁊ ſic ponendo cōſtantiam valebit modus arguendi videatur tamen ne terminus infinitetur pro omni illo pro quo ſupponit alias non valeret cōſequentia hinc non ſequeretur ſortes nō immediate poſt hoc erit currens ⁊ ſortes immediate poſt hoc erit ergo ſortes imediate poſt hoc erit non currens.

## Contra banc ſolutiōeꝫ arguiť ſic

Sequeretur ꝙ hic debite argueretur per regulam nihil immediate poſt hoc erit homo ⁊ imediate poſt hoc erit aliquid ergo immediate poſt hoc aliquid erit non homo tenendo ſemper ly poſt prepoſitionaliter/ ꝙ tamen illa conſequentia non valeat probo ſic et retenta diuiſione hore iam facta pono caſum ꝙ in hoc inſtanti nullus ſit homo ⁊ ꝙ in qualibet parte proportionali hore ſequentis producetur aliquis homo et ꝙ nulla erunt entia preter homines iſto poſito antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum. Et ſi dicas ꝙ immediate poſt hoc erit non homo eo ꝙ imediate poſt hoc erit ho

mo pꝛobo ꝙ per hoc non potes euadere quia tunc faciam hanc conſequentiam nulla creatura immediate poſt hoc erit creatura ⁊ immediate poſt hoc erit creatura ergo imediate poſt hoc creatura erit non creatura ⁊ tunc redibit tota difficultas argumenti Nec valet dicere ꝙ ex quo tales pꝛopoſitiones ſunt negatiue exponibiles ꝙ in eis regula non habeat verum quoniam in multis illud non impedit.

¶ Ad hoc argumētū reſpōdeo ꝙ nō debite arguitur per regulā in illis cōſequentiis dato ꝙ ly poſt vtrobiq; teneatur pꝛepōnaliter et rō eſt quia nō debite ponitur cōſtantia vñ ex quo ſubiē illius pꝛopōnis negatiue pꝛecedit ly immediate ponēdo cōſtantiam opꝫ ꝙ etiā pꝛecedat ly imediate ꝙ ſi in negatiua ſequeret ly imediate etiā poterat ſequi in conſtantia Propterea pꝛo conſtantia accipienda erat iſta aliqua creatura immediate poſt hoc erit ſed hec ꝯña ē bona non immediate poſt hoc aliqua creatura erit creatura ⁊ immediate poſt hoc aliqua creatura erit ergo immediate poſt hoc aliqua creatura erit non creatura. Sed circa hoc quod tangebatur de ꝓpoſitionibus exponibilibus negatiuis nō video ꝙ faciliter poſſet dari certa regula ad cognoſcēdū in quibus impedit ⁊ in quib⁹ nō ſed nō poteſt haberi melioꝛ via q̄ ꝙ aſpiciatur ad exponentes. Hinc eſt ꝙ iſta cōſequētia nō valet non incipit non homo eſſe ⁊ incipiens eſſe eſt ergo incipit homo eſſe nam poſito caſu ꝙ rebus ſtantibus vt nunc deus pꝛoducat ſortem in hoc inſtanti antecedēs eſt verum ⁊ conſequens falſuꝫ immo nec iſta valet non incipit non homo eſſe et incipiens eſſe eſt ergo homo incipit eſſe. Si enim nullus homo incipiat eſſe ſed fuerint ante hoc homines ⁊ in hoc inſtāti deus pꝛoducat vnum angelum antecedens eſt verum et conſequens falſum ⁊ licet tibi videatur ꝙ arguatur per regulam non tamē arguitur immo argue ab exponentibus antecedentis ad exponentes conſequentis et videbis ꝙ nulla erit apparentia in argumento.

¶ Ad confirmationē reſpōdetur cōcedendo illam conſequentiam non valere nec arguit̄ per regulam ⁊ ratio eſt pꝛius tacta quando pꝛedicatū affirmatiue in conſequente ſtat determinate tunc opꝫ etiam facere ꝙ pꝛedicatū in conſtantia ſtet determinate quando autem pꝛedicatū affirmatiue ſtat cōfuſe tātum tūc poterit pꝛedicatū in cōſtantia ſtare cōfuſe tantum. Propterea dico ꝙ ad inferendū hanc affirmatiuam quilibet homo eſt b homo ſic opoꝛtet ponere cōſtantiam quilibet hō ē b ens ⁊ tūc valebit modus arguendi. Contra hanc ſolutionē arguitur ſic ſequeret̄ hanc conſequentiam eſſe bonam nulli homines ſunt non b hoīes oēs homines ſunt b entia ergo oēs homines ſunt b hoīes. Sequela ſic pꝛobat̄ dictum eſt in ſolutione pꝛecedenti ꝙ quando volumus inferre affirmatiuā cuius pꝛedicatū ſtat determinate ex negatiua de pꝛedicato oppoſito ꝙ tunc opoꝛtet facere pꝛedicatum in conſtantia ſtare determinate. Hoc autē obſeruatur in pꝛopoſito igitur conſequentia pꝛopoſita eſt bona ſed falſitatem ꝯñtis ſic pꝛobo antecedens illius cōſequentie eſt verum ⁊ conſequens falſum vt notum eſt. Maioꝛ eſt clara ⁊ conſtantia pꝛobatur bene ſequitur aliqua entia ſunt oēs hoīes igitur oēs hoīes ſunt b entia antecedēs pꝫ qꝛ hec entia ſunt omnes hoīes demonſtrando omnes hoīes. Et breuiter poſtq̄ ly oēs in cōſtantia accipit̄ collectiue nota eſt veritas illius pꝛopōnis ꝙ autem debeat accipi collectiue manifeſtū eſt nam ſic ſp accipit̄ ponēdo cōſtantiā vt patꝫ in aſcenſu ⁊ deſcenſu. Ad hoc argumentū reſpōdetur concedendo ꝙ illa ꝯña eſt bona ſed dico ꝙ ly omnes in conſtantia debet accipi diſtributiue ſi autem omino velis ꝙ ly omnes accipiat̄ collectiue accipiat̄ pariformiter ī cōſequente. Aliter etiam poſſumus reſpondere ad argumentum pꝛincipale dicendo ꝙ ex quo idem eſt dicere nullus homo eſt non b homo nullus homo eſt non homo ꝙ inferendo affirmatiuam de pꝛedicato oppoſito opoꝛtet hanc inferre quilibet homo eſt homo.

¶ Tertio pꝛincipaliter arguit̄ ſic nō ſequitur ſoꝛtes non eſt idem chimere ⁊ ſoꝛtes eſt ergo ſoꝛtes eſt nō idē chimere ⁊ tñ arguit̄ ꝑ regulā igit̄ regula nulla/ ꝙ illa ꝯña nō valeat ꝓbo ſic antecedēs eſt verū ⁊ ꝯñs falſuꝫ veritas antecedentis ē clara ⁊ falſitatem cōſequētis ſic ꝓbo ſequit̄ bene ſoꝛtes eſt nō idem chimere ergo ſoꝛtes eſt differens a chimera tenet conſequentia qꝛ iſti duo termi cōuertunt̄ nō idē ⁊ differens ꝙ iſta ſit falſa ſoꝛtes eſt differēs a chimera manifeſtat falſitas ſue ſecunde exponentis.

¶ Et confirmat̄ non ſequitur ſoꝛtes nō erit hō ⁊ ſoꝛtes eſt ergo ſoꝛtes erit nō hō ⁊ tñ arguitur per regulā igit̄ aſſumptū ꝓbo et pono caſuꝫ ꝙ inſtans pꝛeſens ſit vltimū inſtans eē ſoꝛtis iſto poſito clara eſt veritas antecedētis ⁊ conſequentis falſitas ꝓbatur qꝛ ſequit̄ bene ſoꝛtes erit nō hō ergo ſoꝛtes erit qđ eſt falſum. Si dicas ꝙ in conſtātia ⁊ in pꝛopōne negatiua opoꝛtet ſubiectum ꝓpōis negatiue teneri eque ample tunc arguā hoc pacto ſoꝛtes nō erit homo ⁊ ſoꝛtes eſt vel erit ergo ſoꝛtes eſt vel erit nō homo etiaꝫ debite pono conſtantiam ⁊ tamen illa conſequentia nihil valet immo in caſu iam poſito antecedens eſt verū ⁊ conſequens falſum.

¶ Ad tertiū pꝛincipale reſpondetur ꝙ hec ꝓpō eſt diſtinguēda ſoꝛtes eſt nō idē chimere qꝛ vel illa negatio infinitans infinitat hoc totū ideꝫ chimere ⁊ ſic illa pꝛopō eſt vera poſtq̄ cū hec eſt falſa ſoꝛtes eſt idem chimere ſequitur hanc eſſe veram ſoꝛtes eſt non ideꝫ chimere/ vel illa negatio infinitans cadit pꝛeciſe in illum terminum idem ⁊ ſic illa pꝛopoſitio eſt falſa ⁊ equiualet huic ſoꝛtes eſt differens a chimera ⁊ ſecundū hoc diſtinguendū eſt ꝙ ibi arguitur per regulam ſi cū hoc totū idem chimere infinitetur in conſequente tūc debite arguitur per regulā ⁊ ſicut aña ē verū ita eſt ⁊ ꝯña. Si autē infinitaret pꝛeciſe ly ideꝫ tunc clarū eſt ꝙ non argueretur per regulā qꝛ non mutaretur pꝛedicatū penes finitū ⁊ infinitum. Et per hoc poteſt ſolui illud argumentū commune hec pꝛopō deus eſt non eſt verum cuius cōtradictoꝛiuꝫ eſt verum ⁊ hec ꝓpō deus eſt eſt ergo hec ꝓpoſitio deus eſt eſt non verum cuius contradictoꝛium eſt verum. Si enim negatio infinitans infinitet totum pꝛedicatuꝫ in ꝯñte ꝯña eſt bona ⁊ ſicut aña eſt verum ita eſt ⁊ conſequēs ſi autem non infinitaretur niſi ille terminus verum tunc cōſequens eſt falſum ⁊ aña verum ⁊ non argueretur per regulam pꝛopter cauſam dictam.

¶ Ad cōfirmationē reſpōdet̄ ꝙ nulla illarum ꝯñarū vꝫ nec in aliqua earū debite ponitur conſtantia vñ ad debite ponēdū cōſtantiā opꝫ accipe eandem copulā in conſtātia ⁊ in negatiua nec ſufficit facere ꝙ ſubiectum teneatur eque ample in cōſtantia ſicut in negatiua ſed accipiatur copula ſinonima.

¶ Contra hanc ſolutionē arguitur ſic ſequeretur hanc conſequentiam eſſe bonam ſecundum regulam ſoꝛtes non eſt ⁊ erit albus ⁊ ſoꝛtes eſt et erit ergo ſoꝛtes eſt ⁊ erit non albus nullus cū videtur ibi defectus committi. ponitur enim cōſtantia quēad

modū ſolucio precedens dici eā eſſe ponendam ꝙ ta
men illa conſequentia non valeat patet ⁊ pono caſū
ꝙ ſortes nunc ſit albus ⁊ nūc deſinat eſſe albus ita ꝙ
toto tēpore vite ſue ipſe erit niger iſto poſito cōſequēs
illius cōſequentie eſt falſum nam reducitur ad hāc co
pulatiuā ſortes ē non albus ⁊ ſortes erit nō alb⁹ cui⁹
prima pars eſt falſa antecedens autem illius cōſequē
tie eſt verū de cōſtātia nō eſt dubium et de alia pte pa
tet nam ſua contradictoria eſt falſa ſortes eſt ⁊ erit al
bus ⁊ per conſequens iſta eſt vera ſortes non eſt ⁊ erit
albus ⁊ per conſequēs conſequētia facta nihil valet.

**Ad hoc argumentū reſpondet ne**
gando ſequelam immo nec arguitur per regulā nec
defectus prouenit ex eo ꝙ male ponatur cōſtantia ſʒ
alia de cauſa quia videlicet ly ⁊ in antecedente nega
tur ⁊ ita equiualet vni particularitati in conſequente
autem affirmatur ⁊ eſt vniuerſalitas ⁊ hoc impedit bo
nitatē conſequentie arguis enim ac ſi ſic argueres de
us poſſibiliter non eſt creans ⁊ de⁹ neceſſario eſt ergo
deus neceſſario eſt non creans. Sʒ ex illo añte debes
inferre hanc de diſiūcta copula ſortes eſt vel erit non
albus vt ſit ſenſus illius propoſitionis ſortes ē vel erit
non albus non quod eſt album vel quod non erit albū
vt ille terminus albus infinitetur pro tempore preſen
ti ⁊ futuro diſiunctiue.

**Quarto pricipaliter arguit̄ ſic nō**
ſequitur ſortis ⁊ platonis aſinus nō eſt aſinus ⁊ ſortis
⁊ platonis aſinus eſt ergo ſortis ⁊ platōis aſinus ē nō
aſinus ⁊ tñ arguitur per regulā igitur maiorē ꝓbo et
pono caſum ꝙ ſortes habeat multos aſinos ⁊ etiā pla
to illo poſito antecedēs illius cōſequentie eſt verum ⁊
conſequens falſum. Sed qꝛ forte dices ꝙ ex quo vna
ps ſubiecti ſtat cōfuſe tātū ideo alia via ſic arguo Nō
ſequitur ſortes non eſſentialiter eſt albus ⁊ ſortes eſ
ſentialiter eſt ergo ſortes eſſentialiter ē non albus ⁊ ta
men arguitur per regulā igitur regula nulla / conſe
quentia eſt clara cum minore ⁊ maiorem probo ante
cedens illius conſequentie eſt verum ⁊ conſequens eſt
falſum igitur illa conſequentia non valet ꝙ cōſequēs
ſit falſum probo ſic bene ſequitur ſortes eſſentialiter ē
non albus igitur non ſtat ſortem eſt qui ipſe ſit nonal
bus quod eſt manifeſte falſum ⁊ conſequētia eſt clara
Veritas autem antecedentis eſt clara de negatiua pa
tet ꝑ falſitatē ſue ꝯtradictorie ſortes eſſentialiter eſt
albus veritas autē conſtantie eſt nota qꝛ non ſtat ſor
tem eſſe quin ipſe ſit ens ⁊ per conſequens ſortes eſſen
tialiter eſt ens.

**Et confirmat̄ non ſequitur ange**
lus michael nō eſt homines ⁊ angelus michael ē ergo
angelus michael eſt non homines ⁊ tamen arguitur ꝑ
regulā igitur probatur aſſumptum antecedens illius
conſequentie eſt verum ⁊ conſequens falſum quod ſic
probo ſequitur bene omnes non homines ſunt plura
entia angelus michael eſt nō hoies ergo angelus mi
chael eſt entia. Concluſio eſt falſa vt notum eſt maior
autem eſt vera vt patet per veritatem omnium ſuarū
ſingularium igitur minor erat falſa ⁊ per conſequēs
conſequentie propoſite conſequens eſt falſum ꝙ au
tem arguitur per regulam patet qꝛ nihil omittitur de
requiſitis ad regulam.

**Ad quartū principale reſpōdetur**
ſicut reſponſum eſt inter arguendum ⁊ ad replicā con
cedo ꝙ illa cōſequentia nihil valet ⁊ ratio eſt qꝛ poſtꝙ
ly eſſentialiter negat̄ in antecedente debet etiā nega
ri in cōſequēte ita ꝙ oportet inferre ex illo antecedēte
hanc propoſitionē ſortes nō eſſentialiter eſt non alb⁹.
Dabo tibi vnū ſimile non ſequitur deus nō neceſſario
eſt creās ⁊ deus neceſſario eſt creās ergo deus neceſſa
rio eſt non creans ſʒ oportet ly neceſſario negare in cō
ſequēte eo ꝙ negat̄ in antecedēte ⁊ inferre hanc ꝓpo
ſitionem deus non neceſſario non eſt non creans.

**Ad confirmationē reſpōdet geor**
gius Bruxellēſ ꝙ cōſequentia propoſita nihil valet. Georgius Bruxellēſ
Unde ſecundū eum terminus infinitus ſingularis nu
meri includit tranſcendens ſingularis nūeri ⁊ termi
nus infinit⁹ pluralis nūeri includit trāſcēdēs plura
lis nūeri ita ꝙ nō hō tm̄ valet ſicut ens qd̄ nō eſt hō et
non homines tm̄ valet ſicut entia que non ſunt homi
nes ⁊ ita hec propoſitio eſt falſa angelus michael eſt
non homines quia ſenſus eius eſt angelus michael ē
entia que non ſunt homines ⁊ eodemmodo hec ꝓpo
ſitio eſt negāda ſortes ⁊ plato ſunt non aſin⁹ ⁊ ſenſus
eſt ſortes ⁊ plato ſunt ens quod nō eſt aſinus ⁊ tunc di
citur ꝙ regula non habet veritatem quando predica
tum negatiue eſt alterius numeri ꝙ̄ ſit copula princi
palis. Alij aliter reſpondent ad argumentum ⁊ dicūt
ꝙ terminus infinitus includit ſub diſiunctione illud
tranſcendens ens tam in ſingulari numero ꝙ̄ in plura
li ſub diſiunctione ita ꝙ non homo tantum valet ſicut
hoc tantum ens quod non eſt homo vel entia que non
ſunt homo ⁊ nō homines tantum valet ſicut entia que
non ſunt homines vel ens quod non eſt homines ⁊ ſic
concederentur iſte propoſitiones angelus michael eſt
non homines / ſortes ⁊ plato ſunt non aſinus. Et ſecū
dum iſtum modum reſpondendi dicitur ꝙ conſequen
tia propoſita eſt bona ⁊ negatur ꝙ conſequens ſit fal
ſum. Et quando dicis ſequitur bene omnes non ho
mines ſunt plura entia angelus michael eſt non ho
mines ergo angelus michael eſt plura entia dico ꝙ cō
ſequentia nihil valet ratio eſt qꝛ medium accipitur ꝓ
aliquo in minori videlicet pro michaele pro quo non
diſtribuitur in maiore.

Et hec de queſtione tertia.

**AT vero vnum de pluribus
vel plura de vno affirmare
vel negare ſi non eſt vnum
ex plurib⁹ non eſt affirma
tio vna neq̧ negatio. Dico aūt vnū
nō ſi vnū nomē poſitū ſit nō ſit autē
vnū ex illis. vt hō eſt fortaſſe et aīal
et manſuetum et bipes. ſed ex hijs
vnum fit. ex albo autem ⁊ homine ⁊
ambulare non eſt vnum quare nec
ſi vnum aliquid de hijs affirmet ali
quis erit affirmatio vna. ſed vox qui
dem vna. affirmationes vero multe
nec ſi de vno iſta ſed ſimiliter plures
Si ergo dialectica interrogatio re
ſponſionis eſt petitio vel propoſitio
nis vel alterius partis contradictio
nis. propō vero vnius contradictio
nis pars eſt non erit vna reſponſio.
Ad hec neq̧ enim vna interrogatio**

nec ſi ſit vera dictum eſt autē de hijs in topicis. Simul autem manifeſtū eſt quoniam nec hoc ipſum quid eſt dialectica interrogatio eſt opoꝛtȝ ei datuȝ eſſe ex interrogatione eligere vtrum velit contradictionis parteȝ enunciare. Sed opoꝛtet interogantē determinare vtrum hoc ſit homo an non hoc. Quoniam vero hec quidem pꝛedicantur compoſita vt vnuȝ ſit omne pꝛedicamentum eoꝛuȝ que extra pꝛedicantur: alia vero non que differentia eſt. de homine enim verū eſt dicere et extra animal et extra bipes et hec vt vnum ⁊ hominem et album et hec vt vnum: ſed non ſi citharedus eſt et bonus et citharedus bonus. Si enim quoniam alterutrum dicitur et vtrumq; dicetur multa inconuenientia erunt. de homine eniȝ verum eſt et hominem et album dicere. et quare et omne. Rurſus ſi album ipſuȝ et omne quare erit homo albus albus et hoc in infinitū. ⁊ rurſus muſicus albus ambulans ⁊ hec eadem frequenter implicitam. Amplius ſi ſocrates ſocrates eſt ⁊ homo et ſocrates homo et ſi homo ⁊ bipes ⁊ homo bipes. Quoniam ergo ſi ꝗs ſimpliciter dicat complexiones fieri plurima inconuenientia cōtingit dicere manifeſtum eſt quemadmodū autem ponendum eſt nunc dicimus Eoꝛum igitur que pꝛedicantur ⁊ de quibus pꝛedicantur quecunq; ſecundum accidens dicuntur vel de eodeȝ vel alterum de altero hec non erunt vnum vt homo albus eſt et muſicus ſed non eſt idem muſicum et album accidentia enim ſunt vtraq; eidē nec ſi album muſicum verum eſt dicere tamen non erit album muſicuȝ vnū aliquid ſecundum accidens enim album muſicum dicitur. quare nō erit album muſicum vnum aliquid quocirca nec citharedus bonuȝ ſimpliciter ſed animal bipes non enim ſunt ſecundum accidens. amplius nec q̄cunq; inſunt in alio quare neq; albū frequenter neq; homo hō animal eſt vel bipes inſunt eñi in homine animal ⁊ bipes. Verum autem eſt dicere de aliquo et ſimpliciter vt quendam hominem hominem aut quendam album hominem hominem album non autem ſemper ſed quando in adiecto aliquid quidem oppoſitorum ineſt quod conſequitur contradictio non verum ſed falſuȝ eſt vt hominem moꝛtuum hominem dicere. quando autem non ineſt verum eſt. Vel etiaȝ quando ineſt ſemper non verum eſt quando vero non ineſt nō ſemper verum eſt vt homerus eſt aliquid vt poeta ergo etiam eſt an non Secundum accidens enim pꝛedicatur eſſe de homero. quoniā eniȝ poeta ſed non ſecunduȝ ſe pꝛedicatur de homero quoniam eſt. Quare in quātiſcunq; pꝛedicamentis neq; contrarietas ineſt ſi diffinitiones pꝛo nominibus dicantur ⁊ ſecundum ſe pꝛedicantur et non ſecunduȝ accidens. in his aliquid ⁊ ſimpliciter verum erit dicere Quod autem non ē quoniam opinabile ē non eſt verum dicere eſſe aliquid: opinatio enim eius eſt non quoniam eſt: ſed quoniam non eſt.

Iſtud eſt ſecundum caput huius ſecūdi peri hermenias in quo philoſoph⁹ determinat de enūciationibus habentibus aliqđ extremū cōpoſituȝ ⁊ iſtud phs caput tres partes ſoꝛtiť. In pꝛia nitiť philoſoph⁹ oſtēdere que enūciatio vna que vero plures. Sed peteret quiſpiā quā ob cauſam poſtq̄ pꝛius determinauit phūs de affirmatione ⁊ negatiōe vna ⁊ plures iterū de ea ſermonē facit. Ad iſtud dicit Boetius libꝛo quinto editiōis ſecūde q̄ magna fuit cura apud peripapetice ſecte pꝛincipes ſcire dijudicare ꝗ affirmatio vel negatio eſt vna ꝗ vero plures neq; eñi vocis ſonitu cognoſciť: aut nūero terminoꝝ vt liq̄de cōſtat ex his que dixim⁹ queſtione ſeptima pꝛimi. Dicit ergo philoſophus q̄ quando affirmať vel negať vnū de pluribus vel plura de vno ex quibus nō fit vnū tūc nō eſt vna affirmatio vel negatio vel ſi vnū de vno pꝛedicetur quoꝝ vnū plura ſignificat ex quibus nō fit vnum etiam nō eſt vna affirmatio nec vna negatio. Sed quid ſit ex plu[illegible]bus vnus

fieri aut nõ eſt difficultas. Boetius illud exponit realiter vnde exemplificãs de affirmatiõe plures dat iſtã ſocrates caluus philoſophus ambulat. Et ſubiũgit ꝙ plura ibi predicantur de vno ex quibus nõ pt fieri aliquod vnum: nã ex caluicie ⁊ philoſophia ⁊ ambulatione nihil vnũ coniungitur: vt hec quaſi alicui9 ſpeciem forment quocirca ſiue hec de vno predicẽtur ſiue vnum de iſtis nõ poterit vna eſſe enũciatio. Et rurſus dicit ſi quis dicat canis animal eſt nõ eſt vna affirmatio eo ꝙ hoc nomen canis ſignificat ⁊ canẽ latrabilez ⁊ celeſtẽ ⁊ marinũ ex ꝗbus iunctis nihil vnũ efficitur. Sed quia peripatetici ſingula ſm materiam ſubiectã volunt eſſe intelligenda vt que in logica dicuntur logice intelligantur. ideo aliter hoc explicemus. vñ qñ in aliqua enunciatiõe a parte eiuſdem extremi ponũtur plures termini nõ ſe habentes per modũ determinationis ⁊ determinabilis tũc talis enũciatio non eſt vna ſed plures ⁊ ex illis pluribus non fit aliquod vnũ Sed ſi ſe habeant per modũ determinationis ⁊ determinabilis tunc ex illis pluribus fit aliquod vnũ. Sed circa illud exemplum Ariſtotelis homo eſt fortaſſe et animal ⁊ manſuetũ ⁊ bipes dicunt aliqui ꝙ addidit ly fortaſſe ne forte aliquis arbitretur hãc eſſe verã diffinitionem hominis animal bipes mãſuetum. Sed per hoc voluit vt dicit Boetius aliquã eſſe enũciationez plures in qua tamen predicanẗ plura de vno ex quib9 tamen poteſt fieri aliquod vnũ ⁊ que non eſt enũciatio vna. Si quis enim dicat animal rationale mortale homo eſt ſimul iũgens rationale mortale quoniã ↄtinue dictuz eſt ⁊ ex his vnum aliquid fit eſt vna affirmatio Si vero fit aliqd interualli vt ita quis dicat homo animal ⁊ rurſus rationale ⁊ aliquantulũ requieſcens dicat mortale eſt nõ eſt vna affirmatio nec vna negatio. Hec enim intercapedo plurimas efficit enũciationes rurſus ſi cũ cõiunctione dicanẗ homo animal ⁊ rationale ⁊ mortale eſt ſic quoqꝫ multe ſunt propoſitiones Nec differt aliqd vel requieſcendo vel interponendo coniunctiões dicere / quã ſi quis dicat homo animal eſt homo rõnale eſt homo mortale eſt que perſpicue ꝓpoſitiones multe ſunt. Vidẽs ergo hoc ariſtoteles ita dixit homo eſt fortaſſe ⁊ animal ⁊ bipes ⁊ manſuetum ad hoc inquit fortaſſe tanꝗ ſi ita diceret ⁊ de homine quidem ⁊ bipede ⁊ manſueto fit vnũ ſed eſt aliquotiẽs forte vt plures propoſitiones ſint cum ea cõiunctio ꝙdam ſeparat atqꝫ diſcernit aut intercapedo plures efficit enunciationes. Poſtea philoſophus oſtendit ꝙ interrogatio enũciationis plures nõ eſt interrogatio vna nec ad eã debet dari vnica reſponſio. Et illud ꝓbat ⁊ ſubiungit ꝙ de hoc in topicis videlicet in primo topicoꝝ. Deinde in ſecunda parte huius capitis que incipit ibi / quoniam vero hec quidẽ predicãtur compoſita ⁊ ſic oſtendit quo modo valet cõſequentia a diuiſis ad coniuncta ⁊ primo aliqua ſupponit. Supponit enim ꝙ aliqua ſunt ꝙ predicanẗ cõiunctim que inferuntur ex hijs que predicantur diuiſim vt ſunt illa ꝙ ſic ſe habent ꝙ ex ipſis poteſt fieri vnum extremum vt pote ſunt illa que ſe habent per moduz determinationis ⁊ determinabilis ſupponit etiam ꝙ aliqua ſunt ꝙ predicantur bene diuiſim ſed tamen non poſſunt predicari coniunctim. Iſta declarat exemplis de homine enim verum eſt dicere ꝙ eſt animal de eo etiam verum eſt dicere ꝙ eſt bipes: hec autem duo animal ⁊ bipes vnum extremũ conſtituere poſſunt habendo ſe ſicut determinatio ⁊ determinabile. Propterea quẽadmoduz ſeparatim de homine dici poſſunt ita etiã coniunctiz de hijs vero que ſeparatim dici poſſunt ⁊ non cõiunctim exempla ſatis patent: poteſt enim dici de forte ſeparatim ꝙ eſt citharedus ſimiliter ſtat ꝙ de eo dicaẗ ſeparatim ꝙ eſt bonus ⁊ tamen ꝙ coniunctim dici nõ poſſit ꝙ ſit bonus citharedus. Ex iſtis patet ꝙ a diuiſis ad coniuncta validum eſt argumentum ⁊ etiam ꝙ a diuiſis ad coniuncta nõ valet argumentũ in his eñ que ſic ſe habent ꝙ ſicut ſeparatim ita coniunctim dici poſſunt bonum eſt argumentum ſequitur enim ſortes eſt animal ⁊ eſt bipes ergo eſt animal bipes ſortes eſt homo ⁊ eſt alb9 ergo ſortes eſt hõ: alb9 in alijs vero non tenet conſequentia a diuiſis ad coniuncta cũ non ſequatur ſortes eſt citharedus ⁊ ſortes eſt bonus ergo ſortes eſt bonus citharedus. Tangit inſuper philoſophus quomodo adhuc non ſemper tenet modus arguendi a diuiſis ad coniuncta vbi videlicet cõmitteretur nugatio. Poſtea dat rationem propter quam nõ ſemper ex diuiſis valz conſequentia ad coniuncta ⁊ vult ꝙ quando aliqua duo de eodem tertio predicantur ſic ꝙ quodlibet eorum predicetur per accidens de illo tunc ex illis diuiſis non ſequitur aliquod coniunctum ⁊ declarat illud exemplo / ⁊ ratio illius eſt quia ſi ambo de per accidens predicentur tunc forte connotatum vni9 non eſt natum conuenire cõnotato alterius ⁊ ſi ſic tũc non tenet arguendi modus. Et poſtea declarat vnde prouenit ꝙ committatur nugatio. Poſtea in tertia ꝑte huius capitis que incipit ibi / verum autem eſt dicere de aliquo ⁊c. declarat quomodo ex coniuncto liz inferre diuiſa et quia non nimia inuoluitur caligine textus Ariſtotelicus quia etiaz hic omiſſa in qõne tangentur: ideo vlterioꝝ textus declaratione pretermiſſa propono queſtionem ſub hac forma.

Utrum a diuiſis ad ↄiunctũ ⁊ ex coniuncto ad diuiſa valet modus arguendi. Pro deciſione huius queſtionis. Primo declarande ſunt alique terminoꝝ ſignificationes quid videlicet ſit arguere a diuiſis ad coniunctum ⁊ quid ex coniuncto ad diuiſa. Et poſtea ad queſtionẽ propoſitã ſubnecteẗ reſpõſio: ꝗ̃ntum igitur ad primum pono propoſitiones.

¶ Pria ꝓpoſitio arguere a diuiſis ad coniuncta non ẽ arguere a propoſitionibus nullo modo vnitis per coniunctionem ad propoſitiones cõiunctas per aliquam coniunctionem hec propoſitio probatione non eget quia clara eſt.

¶ Secunda ꝓpoſitio arguere a diuiſis ad coniuncta non eſt arguere a ꝓpõne cathegorica in qua vnum extremum conſtituitur ex plurib9 terminis non coniunctis per aliquã cõiunctionẽ ad vnã aliam cathegoricam in qua illi termini coniunguntẗ per aliquã coniunctionẽ probatur propoſitio Hic nõ arguitur a diuiſis ad coniuncta ſortes eſt bonus citharedus ergo ſortes eſt bonus ⁊ citharedus.

¶ Tertia ꝓpoſitio arguere a diuiſis ad coniuncta nõ eſt arguere a propoſitione copulatiua ad propoſitionẽ de copulato extremo probatur ꝓpoſitio hic non arguitur a diuiſis ad coniuncta ſortes eſt currens ⁊ brunell9 eſt currens ergo ſortes ⁊ brunellus ſunt currens ⁊ tñ ibi arguitur ab vna copulatiua ad vnam de copulato extremo vt liquet.

¶ Quarta ꝓpoſitio arguere a diuiſis ad coniuncta eſt arguere ab vna copulatiua ad vnã cathegoricam cuius quidem cathegorice ſubiectum eſt vtriuſqꝫ cathegorice eiuſdem copulatiue ſubiectuz ⁊ cuius predicatum includit predicata cathegoricarum illius copulatiue verbigratia hic arguitur a diuiſis ad coniuncta ſortes eſt homo et ſortes eſt albus

ergo ſortes eſt homo albus. Et ex hũs propoſitionibus facile eſt declarare quid ſit arguere ex cõiunctis ad diuiſa. Unde ponuntur propoſitiones.

¶ Prima propõ arguere a coniunctis ad diuiſa non eſt arguere a propoſitionibus vnitis per aliquam coniunctionem ad propoſitiones nõ vnitas aliqua coniunctione. Probatur, propoſitio qꝛ ſic faciendo nec fieret bona conſequentia nec mala qꝛ nihil eſſet conſequens.

¶ Secũda ꝓpoſitio arguere a cõiũctis ad diuiſa non eſt arguere ab vna cathegorica cuius vnum extremum conſtituitur ex pluribus terminis vnitis aliqua coniunctione ad aliam cathegoricã in qua illi termini non vniuntur propoſitio eſt clara quia hic non arguitur a coniunctis ad diuiſa ſortes eſt bonus et citharedus: ergo ſortes eſt bonus citharedus.

¶ Tertia ꝓpoſitio arguere a cõiunctis ad diuiſa non eſt arguere a propoſitione de copulato extremo ad vnam propoſitionem copulatiuam probatur ꝓpoſitio hic non arguitur a cõiunctis ad diuiſa ſortes eſt nonhomo ⁊ nonhomo ergo ſortes ẽ nõ homo ⁊ ſortes eſt nonhomo.

¶ Quarta propõ arguere a coniunctis ad diuiſa eſt arguere ab vna cathegorica ad vnaꝫ copulatiuam que ſic ſe habet ꝙ vtriuſqꝫ cathegorice eius ſubiectum eſt ſubiectum illius cathegorice ⁊ predicata illarum cathegoricarum includuntur in predicato illius cathegorice. Poſitis propoſitionibus ponuntur due concluſiones reſponſiue ad titulum queſtionis. Prima concluſio Arguendo a diuiſis ad coniuncta valet modus arguendi probatur iſta concluſio auctoritate Ariſtotelis. Secunda concluſio. Arguendo a coniunctis ad diuiſa bonum eſt argumentum ꝓbatur iſta concluſio ſicut ⁊ precedens.

¶ Cõtra predicta prio principaliter arguitur ſic. Non ſequitur homo eſt currens ⁊ homo eſt quieſcens ergo homo eſt currens quieſcens: et tamen ibi arguitur a diuiſis ad coniuncta igitur talis modus arguendi non tenet. conſequentia eſt clara cum maiore quia aliquo homine currente et aliquo quieſcente antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſuꝫ igitur.

¶ Et confirmatur non ſequitur ſortes eſt albus et ſortes erit currens ergo ſortes eſt ⁊ erit albus currens et tamen arguitur a diuiſis ad cõiuncta igitur ꝙ illa conſequentia non valeat patet quia caſu poſito ꝙ ſortes nunc deſinat eſſe albus per vltimuꝫ inſtans ſui eſſe ⁊ incipiat currere per vltimum inſtans ſui non eſſe antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſuꝫ vt patet intuenti.

¶ Ad primum principale reſpondetur concedendo illam conſequentiam nihil valere et ratio tacta eſt in expoſitione textus quia videlicet ambo illa predicata dicuntur de per accidens de illo ſubiecto connotatum autem vnius illorum terminorum non eſt natum competere connotato alterius et propterea regula magis habet verum quando vnum illorum predicatorum non dicitur de per accidens vel nullum. Inſuper dico ꝙ quando vtriuſqꝫ cathegorice illius ypothetice ſubiectum eſt terminus communis tunc addendum eſt relatiuum idemptitatis illi ſubiecto in ſecunda cathegorica. Ex quo autem in conſequentia facta illa predicata cathegoricarum dicuntur de eodem termino communi et non ſingulari nec additur relatiuum idemptitatis nimirum ꝙ illa conſequentia non valeat.

¶ Contra hanc ſolutionem arguitur ſic non ſequitur homo eſt non omnis homo et ideꝫ homo eſt albus ergo idem homo eſt non omnis homo albus et tamen reſpectu ſubiecti quod eſt terminus communis ſumitur relatiuum idemptitatis igitur ſolutio data eſt nulla tenet conſequentia ⁊ probatur aſſumptum caſu poſito ꝙ ſint multi homines inter quos ſolum ſit vnus homo albus antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum de veritate antecedentis nõ eſt dubium quia verificatur pro illo homine albo conſequentis autem falſitas patet quia demonſtrato illo pro quo verificatur antecedens hec eſt vera hoc ẽ omnis homo albus.

¶ Ad hoc argumẽtum reſpondetur ꝙ conſequens conſequentie facte eſt diſtinguendum penes hoc ꝙ illa negatio infinitans poteſt infinitare totum predicatum vel ſolum eius partem / ſi primum illa propoſitio eſt falſa nec debite arguitur per regulam eo ꝙ ly non equiuoce tenetur infinitat enim aliud in antecedente ꝙ̄ in conſequente ⁊ hoc fieri non poteſt niſi equiuoce teneatur. Si vero negatio infinitãs infinitet preciſe ly homo albus conſequentia eſt bona ⁊ ſicut antecedens eſt verum in caſu poſito ita eſt et conſequens nec ex illo haberi poteſt duos terminos contradictorios de eodem verificari licet enim in caſu poſito iſte due ſint vere ſortes eſt omnis homo albus ſortes eſt non omnis homo albus attamen predicata eorum non ſunt termini contradictorij poſtꝙ̄ negatio infinitans non infinitat totale predicatum.

¶ Ad cõfirmationẽ reſpondetur cõcedendo conſequentiam factam non valere ſed nego ꝙ arguatur per regulam. Unde dico regulam eſſe intelligendam quando copule cathegoricarum important idem tempus nec ad hoc ꝙ arguatur per regulam ſufficit ꝙ copule illarum cathegoricarum ſint ſynonime hec enim conſequentia nihil valet ſortes erit album ⁊ ſortes erit currens ergo ſortes erit album currens. Poſito enim ꝙ ſortes quandoqꝫ erit albus ſed ꝙ nunꝙ̄ curret eo tempore quo erit albus ſed poſtea curret et tunc ſit niger antecedens eſt veruꝫ et conſequẽs falſum propterea quando accipiuntur copule de extrinſecis temporibus oportet ꝙ ille idem tempus adequatum importent. Propterea in talibus ſecurius eſt addere copule hanc particulam in eodem tempore ſiue in eodem inſtanti.

¶ Contra hanc ſolutionem arguitur ſic non ſequitur hic deus neceſſario erit deus ⁊ hic deus in eodem inſtanti erit creans ergo hic deus neceſſario erit deus creans et tamen copule idẽ tempus adequatum omnino important nec videtur quis defectus committatur impediens ne arguatur per regulaꝫ igitur regula nulla conſequentia eſt clara ⁊ maior patet quia caſu poſito ꝙ creãs in a inſtanti producet vnum angelum antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum.

¶ Ad hoc argumentum reſpõdetur cõcedendo conſequentiam factam nihil valere ſed nego ꝙ in ea arguatur per regulam immo in ea omittitur vna conditio maxime requiſita vt regula teneat videlicet ne varietur appellatio hinc eſt ꝙ in textu negat Ariſtoteles has conſequentias tenere per regulaꝫ ſed

tes est bonus ⁊ sortes est citharedus ergo sortes est bonus citharedus constat autem ꝙ in consequentia facta est variatio appellationis hinc etiam est ꝙ ista cōsequentia non valet sortes est mortuus et sortes est futurus ergo sortes est mortuus futurus casu enim posito ꝙ instans presens sit primum instans non esse sortis et etiam eius vltimum instans non esse et ꝙ deus eum perpetuabit a parte post vtendo semper hoc termino mortuus vt tantum valeat quod vixit et non viuit antecedens est verum ⁊ consequens falsum et ratio est quia variatur appellatio etiam virtualiter non seruatur identitas copularum postꝙ vna ampliatur ⁊ non alia.

¶ Secundo principaliter arguitur sic non sequitur sortes est differens a lapide et sortes est homo ergo sortes est differens homo a lapide et tamē arguitur per regulam nullus enim penitus committitur defectus ex omnibus his qui tacti sunt immo nec potest assignari aliquis ꝙ tamen non valeat illa consequentia patet quia sorte existente in rerum natura cum multis lapidibus antecedens est verum et consequens falsum falsitas consequentis patet ex ei⁹ exponentibus consequens enim debet exponi copulatiue cuius secunda exponens est hec quilibet lapis est homo.

¶ Et confirmatur non sequitur sortes possibiliter est currens et sortes possibiliter est sine pedibus ergo sortes possibiliter est currens sine pedibus et tamen arguitur a diuisis ad coniuncta ⁊ talis modus arguendi est nullus consequentia est clara ⁊ maior probatur quia iuxta omnes conditiones requisitas ad debite arguendum per regulam arguitur in illa consequentia facta vt patet inductiue in omnibus/ maiorem autem probo sic antecedens est verum vt cōstat et consequens est falsum quum sit vna modalis diuisa de possibili cuius de inesse est impossibilis et per consequens ipsum est falsum tenet consequentia et antecedens patet naꝫ ipsa est eius de inesse sortes est currens sine pedibus quam constat esse impossibilem idē argumentum fieri potest de ista consequentia sortes possibiliter est albus et sortes possibiliter est sine albedine ergo sortes possibiliter est albus sine albedine arguitur enim ibidem iuxta regulam et tamen antecedens est verum et consequens falsum vt clarat sua de inesse sortes est albus sine albedine.

¶ Ad secunduꝫ principale respondetur concedendo illam consequentiam factam nihil valere et ratio est quia variatur appellatio nam in antecedente denotatur ꝙ sortes est ens differēs a lapide nec denotatur nisi lapidem esse ens in antecedente vero denotatur lapidem esse hominem immo adhuc distinguendum est de illa consequentia quia vel ly differēs in antecedente habet pro suo substantiuo ly sortes et adhuc consequentia esset bona et antecedens falsum/ sed si teneatur substantiue consequentia est nulla/ si vero teneatur adiectiue antecedens etiam est falsum immo in tali sensu generaliter nego omnes tales sortes est differens a lapide sortes est alius ab asino eo ꝙ adiectiuum positum a parte predicati habeat pro suo substantiuo terminum positum a parte subiecti.

¶ Ad confirmationeꝫ respondetur concedendo hanc consequentiam nihil valere sortes possibiliter est currens et sortes possibiliter est sine pedibus ergo sortes possibiliter est currens sine pedibus. Eodem modo nego aliam consequentiam factam sed nego ꝙ arguatur per regulam vtrumqꝫ enim illorum predicatorum accidentaliter dicitur de illo subiecto. Propterea non mirum ꝙ fallit modus arguendi ⁊ ad istud summe est aduertendum quoniam in talibus sepius fallit modus arguendi.

¶ Tertio principaliter arguitur sic non sequitur hector est homo pictus ergo hector est homo ⁊ hector est pictus ⁊ tamen arguitur a coniuncto a diuisa igitur talis modus arguendi non valet cōsequentia est clara ⁊ minor probatur quia nulla omittitur conditio requisita vt illa regula teneat/ maiorē autem probo quandoqꝫ antecedens illius consequentie fuit verum ⁊ consequens falsum cuꝫ enim hectoris corpus in templo apolinis iuxta portam thimbriam ciuitatis troye antiquitus fundati collocatum fuisset supra quattuor columnas ex auro purissimo antecedens erat verum et consequens falsum.

¶ Et confirmatur non sequitur phenix omne animal arabie orientale sine sexus cōmixtione genitum est ergo phenix omne animal est et phenix est orientale arabie sine sexus commixtione genitum ⁊ tamen arguitur a coniuncto ad diuisa igitur talis modus arguendi non valet consequentia est clara ⁊ assumptum patet intelligenti naturam phenicis de qua dicunt illi qui magis theologica mistica ꝙ naturalia perscrutantur ꝙ sola in sua specie est sine sexus commixtione generata tricentis ⁊ quadraginta annis aut supra solitaria viuens aquiline magnitudinis caput habēs ⁊ caudam vt pauo. Supposito igitur ꝙ in hoc instanti sit phenix antecedens est verum ⁊ consequens falsum.

¶ Ad tertium principale respondetur concedendo consequentiam factam nihil valere sed nego ꝙ arguatur per regulam eo ꝙ subiectum prime cathegorice similiter et secunde pro alio accipitur ꝙ subiectū antecedentis alienatur enim subiectum antecedentis ad standum pro suo significato minus famoso in cathegoricis autem illius ypothetice stat pro suo famosiori significato. Propterea ad debite arguenduꝫ per regulam oporteret omnes terminos vniuoce teneri ꝙ si non vniuoce teneantur non est mirabile consequentiam talem non tenere.

¶ Contra hanc solutionem arguitur sic ad omne minus valebit hec consequentia hector est homo mortuus ergo hector est homo et hector est mortuus arguitur enim ibi per regulam quum nullus error arguendo committatur tenetur enim subiectum semper vniuoce ⁊ non equiuoce immo pro eodē vt constat ⁊ tamen in illo tempore antecedens est verū sine consequente igitur.

¶ Ad hoc argumentum respōdetur concedendo hanc consequentiam nihil valere hector est homo mortuus ergo hector est homo et hector est mortuus sed nego ꝙ arguatur per regulam immo arguitur ab amplo ad non amplum bene verum est quo ad acceptionem subiectum illud non tenet equiuoce sed quo ad ampliationem. Qualiter aūt amplietur illud subiectum ⁊ qualiter hoc predicatū homo mortu⁹ potest supponere pro re que non est alibi est discutiendum tractare enim nunc materiam ampliationuꝫ aut appellationum esset huic proposito impertinens.

¶ Ad confirmationem respondetur cōcedendo illam consequentiam nihil valere ⁊ hoc es

ly animal tenetur equiuoce. reſtringitur enim in antecedente ad ſtandum pro animali quod eſt genitum ſine commixtione ſexus in arabia orientali: in ↄſequēte vero ſtat pro quolibet animali ⁊ ideo equiualenter arguitur a non diſtributo ad diſtributum. Propter ſimilem cauſam hec conſequētia nihil valet tantū phenix eſt animal arabie ſine ſexus cōmixtione genitū: ergo tamen phenix eſt animal ⁊ tantum phenix eſt orientale arabie ſine ſexus commixtione genitum.

❡ Contra hanc ſolutionē arguitur ſic ad omne minus iſta conſequentia tenebit per regulam non tantum phenix eſt phenix colorata ergo non tantum phenix eſt phenix ⁊ non tantum phenix eſt colorata ⁊ tamen ſibi omnes conditiones requiſite ad regulam conueniunt igitur.

❡ Ad hoc argumentum reſpōdetur concedendo illam conſequentiam nihil valere ſed nego ꝙ arguatur per regulam: ſi enim ly coloratum accipiatur vt tantum valeat ſicut colore ſufficiente denominante totum coloratum. Et exiſtente aliqua phenice que non ſit colorata exiſtentibus tamen alijs coloratis eſt antecedens verum ⁊ conſequens falſum: cauſa autem quare non arguitur per regulam eſt quia arguitur a propoſitione habente plures cauſas veritatis ad propoſitionem habentem pauciores vt liquet immo dato ꝙ conſequens nō eſſet propoſitio copulatiua diſiunctiua adhuc non valeret ille modus arguēdi. non enim ſequitur non tm̄ animal eſt phenix currens ergo non tantum animal eſt phenix vel nō tantū animal eſt currēs quieſcente enim phenice ⁊ alijs animalibus currentibus antecedens eſt verū ⁊ conſequēs falſum. Sed error manifeſtus eſt quia arguēdo ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis arguitur a diuiſis ad coniuncta ſubiecto vtriuſqꝫ cathegorematice exiſtente termino communi ſumpto ſine relatiuo idemptitatis quod precedit bonitatem conſequentie vt dictum eſt ſed adhuc arguitur ſic nō videtur quis error hic committatur ſortes ⁊ plato ſunt omnes homines currentes ergo ſortes ⁊ plato ſunt homines ⁊ ſortes ⁊ plato ſunt currentes ⁊ tamen nullus penitus committitur defectus qm̄ arguatur per regulā. Reſpondetur ꝙ equiualenter arguitur ab inferiori ad ſuperius cū diſtributione ſuperioris eo ꝙ ly omnes collectiue tentum negationem includit. Poſſent in iſta queſtione alia inuolui que inuoluerent alias difficultates ſed hec ſufficiant ad intelligenduꝫ quid arguere a diuiſis ad coniuncta: et quid a coniunctis ad diuiſa.

HJs vero determinatis perſpiciēdū eſt queadmodū ſeſe habent affirmatiōes ⁊ negationes ad ſeinuicē he ſcilicet que ſunt de poſſibili eſſe ⁊ nō poſſibili ⁊ de contingenti ⁊ nō cōtingēti ⁊ de impoſſibili et neceſſario habent enī aliquas dubitatōes. Nā ſi eorum q̄ cōplectunt̄ ille ſibi inuicē oppoſite ſunt cōtradictiōes quecūqꝫ ſm̄ eſſe ⁊ nō eſſe diſponūtur vt eius q̄ eſt eſſe hoīeꝫ negatio eſt nō eſſe hominē nō eſſe nō hoīem ⁊ ei⁹ q̄ eſt eſſe albū hoīem negatio ea q̄ eſt non eſſe album hominē ſed nō eſſe nō albuꝫ hominem: ſi enim de omnibus vt dictio eſt aut negatio lignū erit verum dicere eſſe nō albū hoīeꝫ. Qđ ſi hoc modo ⁊ quātiſcūqꝫ eſſe nō addit̄ idē faciet id quod preeſſe dicitur vt eius que eſt ambulat hō negatio eſt non ea que eſt ambulat nō hō ſed ea que eſt non ambulat hō: nihil enī differt dicere hoīem ambulare vel hominē ambulāteꝫ eſſe. Quare ſi hoc modo in omnibus et eius que eſt poſſibile eſt eſſe negatio eſt poſſibile eſt nō eſſe ſed non ea q̄ eſt nō poſſibile eſt eſſe videtur aūt idē poſſe ⁊ eſſe ⁊ nō eſſe. omne enī qđ eſt poſſibile diuidi vel ambulare ⁊ nō ambulare ⁊ non diuidi poſſibile eſt. Ratio aūt eſt qm̄ oē quod ſic poſſibile eſt nō ſemper in actu eſt quare inerit etiaꝫ negatio. pōt igitur ⁊ nō ambulare qđ eſt ambulabile ⁊ nō videri quod eſt viſibile. At vero impoſſibile eſt de eodē oppoſitas eſſe veras dictiōes nō igitur ei⁹ que eſt poſſibile eſt eſſe negatio poſſibile eſt nō eſſe: contingit enī ex his aut idem ipm̄ dicere ⁊ negare vel de eodē aut non ſecundū eſſe ⁊ nō eſſe q̄ opponūtur fieri affirmationes ⁊ negationes. Si ergo illud impoſſibile eſt hoc erit magis eligendū eſt: igit̄ negatio ei⁹ q̄ eſt poſſibile eſſe ea que eſt nō poſſibile eſſe ſed nō ea q̄ eſt poſſibile nō eſſe eadeꝫ quoqꝫ rō eſt in eo quod eſt cōtingēs eſſe ⁊ enī negatio eius eſt non contingēs eſſe ⁊ in alijs quoqꝫ ſimili modo vt in neceſſario ⁊ impoſſibili. Fiunt enim quemadmodum in illis eſſe et non eſſe appōnes ſubiecte vero res hoc q̄dē albū illud vero homo eodem quoqꝫ modo hoc loco eſſe quidem ⁊ non eſſe ſubiectū ſit cōtingere vero ⁊ poſſe appōnes determinantes quemadmodum in il-

lis eſſe ⁊ non eſſe veritatem ⁊ falſitatem ſimiliter hec in eo quod eſt eſſe poſſibile ⁊ eſſe non poſſibile eius vero que eſt poſſibile eſt non eſſe ſed ea que eſt non poſſibile nõ eſſe ⁊ eius q̄ eſt poſſibile eſt eſſe nõ ea que impoſſibile eſt non eſſe ſ; ea que eſt nõ poſſibile eſt eſſe. Quare ⁊ ſequi ſeſe inuicem videbuntur hec poſſibile eſt eſſe poſſibile eſt non eſſe idem enim poſſibile eſt eſſe ⁊ non eſſe. Non enim cõtradictiones ſunt ſibi inuice; huiuſmodi poſſibile eſſe ⁊ poſſibile non eē ſed poſſibile eſt eſſe ⁊ nõ poſſibile eſt eſſe nunꝙ̄ ſimul in eodem vere ſunt opponuntur enim. At vero poſſibile eſt non eſſe ⁊ non poſſibile eſt non eē nunꝙ̄ ſimul ſunt. Similiter autē et eius que eſt neceſſarium eſſe non ea que eſt neceſſarium non eſſe ſed ea q̄ eſt non neceſſarium eſſe. eius vero q̄ eſt neceſſariu; eſt non eſſe ea que eſt non neceſſarium non eſſe ⁊ eius qui eſt impoſſibile eſſe non ea que eſt impoſſibile non eſſe ſed non impoſſibile eſſe: eius vero que eſt impoſſibile non eſſe ea que eſt non impoſſibile ē non eſſe. Uniuerſaliter vero (quemadmodum contingit) eſſe quidem ⁊ non eſſe oportet ponere quemadmodum ſubiecta: negationem vero ⁊ affirmatione; hec faciente ad eſſe ⁊ nõ eſſe apponere et has putare oportet eſſe oppoſitas dictiones et negationes poſſibile non poſſibile: contingens non cõtingens: impoſſibile nõ impoſſibile: neceſſarium non neceſſarium: verum non verum.

Iſtud eſt tertium caput huius ſecundi peri hermenias in quo philoſophus incipit pertractare de propoſitionibus modalibus poſtꝙ̄ in precedentibus determinauit de propoſitionibus de ineſſe. Et primo terminat quandam difficultatem incidentem circa illas propoſitiones modales q̄uo vez contradictiõis debeat oppoſitio in eis reperiri an vez ad modum ponenda ſit negatiua particula vel vtrum ipſa ad verbum deberet ſeruare ſuum locum ⁊ arguit ad vtranꝙ̄ partem ex quo enim ad dandum contradictionem in illis de ineſſe cuius copula eſt hoc verbum eſt vel aliquod aliud oportet negationem ferri ad verbum videtur ꝙ eodem modo ſit faciendum in modalibus: in oppoſitum tamen arguit quia ſi ſufficeret negationem ferri ad verbum ⁊ non ad modum tunc darentur contradictorie ſimul vere. Poſtea ſoluit hanc dubitationem ⁊ ſoluit aliam rationem et declarat exemplo qualiter ſit danda cõtradictio ⁊ q̄m illa ſatis manifeſta ſunt ⁊ pauca immerſus eſt caligine hic preſens textus que tertium caput conſtituit: id ipſum non ſubdiuido ſed venio ad queſtionem q̄ proponitur ſub hac forma.

Utrū ad dandū cõtradictionem in ꝓpõnibus modalibus opz negationem ferri ad modū vel ſufficiat eum ferri ad verbū. Pro ſolutiõe huius q̃onis videndū eſt q̄d ꝓpoſitio modalis ⁊ quotuplex ⁊ poſtea terminãda eſt queſtio. Propterea quoad primum ponenda ſunt aliqua valde cõia ⁊ trita. Unde ꝓpoſitio modalis eſt propõ cuius copula determinatur modo vel in qua modus ſubijcitur vel predicatur. Unde modus hic in ꝓpoſito capitur pro termino verificabili de tota propõne q̄ habet ſimilē terminus q̄ poteſt determinare copulã vt ſunt iſti termini poſſibile contingens impoſſibile ⁊ neceſſe. Et licet aliqui velint ꝙ iſti termini verum falſum ſcitum opinatum et ſimiles reddant propoſitiones modales tamē Ariſtoteles nullam facit mentione; de illis terminis ſed ſolū de quattuor nominatis propterea etiã de aliis mentionē non facimus. Unde eſt aduertendum ꝙ iſti modi facientes modales quandoꝙ̄ accipiūtur ſincathegoreumatice ⁊ tunc nihil nec aliqua ſignificant ſed ſolum aliqualiter vt in hac propõne ſortes poſſibiliter eſt currens ly poſſibiliter mere ſincathegoreumatice tenet. Aliquãdo vero illi modi captãtur cathegoreumatice ⁊ tūc capiuntur nominaliter cum aute; accipiuntur ſincathegoreumatice capiuntur aduerbialiter. Quãdo autem nominaliter accipiuntur hoc põt eſſe dupliciter. Uno mõ prime intentionaliter ⁊ tunc iſte terminus poſſibile ſupponit pro re que poteſt eſſe ille terminus neceſſarium pro re que neceſſario eſt quēadmodum eſt deus celum ⁊ intelligentie apud Ariſtotele; cõtingens hoc modo ſupponit ꝓ re que põt eſſe ⁊ non eſſe ⁊ ita ſupponit pro qualibet creatura. Alio mõ iſti termini poſſunt capi ſcõe intentionaliter ⁊ tunc poſſibile ſupponit pro ꝓpõne poſſibili neceſſariū pro propoſitiõe neceſſaria impoſſibile pro ꝓpoſitione impoſſibili cõtingens pro ꝓpoſitione cõtingēti. Et iuxta iſtas equocationes iſte propoſitiones ſunt concedende neceſſarium eſt quod non eſt neceſſarium contingens eſt quod non eſt contingens neceſſarium poteſt non eſſe impoſſibile poteſt eſſe. ¶ Prima propoſitio probatur capiendo ly neceſſarium in primo loco ſecunde intētionaliter ⁊ in ſecundo prime intentionaliter nam eius ſenſus eſt iſte propoſitio neceſſaria non eſt res neceſſaria. ¶ Secunda propoſitio probatur capiendo ly contingens in primo loco prime intentionaliter ⁊ in ſecundo loco ſecunde intentionaliter nam eius ſenſus eſt iſte aliqua res contingens non eſt propoſitio contingens quē quidem ſenſum conſtat eſſe verum vel ſi velis capere ly cõtingens in primo loco ſecunde intētionaliter ⁊ in ſecundo loco prime intētionaliter tūc etiã illa ꝓpõ eſt vera nam eius ſenſus eſt ꝓpõ contingens nõ eſt res cõtingens ⁊ hoc eſt verum q: deus eſt propõ cõtingēs ⁊ nõ eſt res contingens. ¶ Tertia ꝓpõ ꝓbatur hoc põt nõ eē demõſtrando iſtam propõnē deus eſt ⁊ hoc eſt neceſſarium igitur neceſſarius poteſt non eſſe.

¶ Quarta ꝓpõ etiã faciliter ꝓbaṫ hoc põt eſſe demõſtrando iſtã ꝓpõnem nullus deus eſt deus eſt ⁊ hoc eſt impoſſibile igitur impoſſibile põt eẽ. Ulterius eſt notandū ꝙ duplex eſt ꝓpõ modalis vꝫ compoſita ⁊ diuiſa. Propõ modalis diuiſa eſt quãdo copula determinaṫ mõ vt ſortes poſſibiliter eſt hõ/ ꝓpõ autem modalis cõpoſita eſt in qua modus determinat totaꝫ ꝓpoſitionẽ vt eſt iſta ſortẽ currere eſt poſſibile ⁊ multe ſolent aſſignari differẽtie inter modalem compoſitã ⁊ diuiſaꝫ. ¶ Pria dña eſt in modalib⁹ cõpoſitis modus ſemꝑ tenet cathegorꝫmatice in modalib⁹ aũt diuiſis modus teneṫ ſincathegoreumatice ¶ Scda dña ẽ in modalib⁹ cõpoſitis mod⁹ nõ ampliat aliquos terminos in modalib⁹ aũt diuiſis mod⁹ ampliat niſi aliunde ꝓueniat impedimẽtũ vñ in hac modali cõpoſita ſortem currere eſt poſſibile ly poſſibile nullo mõ ampliat. Et propterea ſi nulla eẽt talis ꝓpõ in mũdo ſortes currit illa ꝓpõ eẽt falſa ſed modus in modalibus diuiſis ampliat ⁊ ſubiectum ⁊ predicatuꝫ. notanter dixi niſi aliunde proueniat impedimentum nam hec ꝓpoſitio eſt modalis diuiſa ſortes qui eſt poſſibiliter eſt homo qui eſt ⁊ tamen nullus terminus in ea ampliatur nec hoc prouenit ex defectu de ly poſſibiliter ſꝫ ꝓpter illas reſtrictiones. ¶ Tertia differẽtia eſt in modalibus compoſitis dictum ſe tenet ex parte vnius extremi in modalibus autem diuiſis non hoc patet ex vi vocabuli/ dicitur modalis diuiſa quia modus diuidit partes dicti. Dictum in propoſitionibus modalibus compoſitis eſt aggregatum ex infinitiuo ⁊ accuſatiuo vt in hac propoſitione ſortem currere eſt poſſibile hoc totum ſortem currere eſt dictum ⁊ tenet ſe a parte vnius extremi. Dictuꝫ autem in modalibus diuiſis eſt illud quod remanet dempto modo et manifeſtum eſt ꝙ illud nõ ſe tenet ex parte vnius extremi. ¶ Quarta differentia eſt in modalibus compoſitis alij termini a modo ⁊ copula tenentur materialiter. Unde dictum huius modalis compoſite ſortem currere eſt poſſibile ſupponit materialiter pro tali propoſitione ſortes currit in modalibus autem diuiſis termini ſtant ꝑſonaliter. Multe alie differẽtie poſſẽt aſſignari quas breuitatis cauſa omitto. Preſuppoſitis iſtis reſpondetur ad queſtionem propoſitam ꝙ ad dandum contradictionem in propoſitionibus modalibus non ſufficit negationem ferri ad verbum ſed oportet eam ferri ad moduꝫ. Hec eſt reſpõſio philoſophi in textu. Quid autē veritatis contineat ⁊ qualiter veniat intelligentia patebit per regulas.

¶ Cõtra predicta prio principaliter arguitur ſic ⁊ primo contra ea que dicta ſunt circa declarationem huius termini propoſitio modalis ⁊ imprimis contra diuiſionem propoſitionis modalis in compoſitam ⁊ diuiſam et arguitur ſic nulla eſt propoſitio modalis compoſita ergo diuiſio preſupponit falſum probatur aſſumptum ſi aliqua eſſet maxime eſſet hec vel aliqua ſibi ſimilis ſortem currere eſt poſſibile ſed illa non eſt modalis compoſita quod ſic probo illa propoſitio eſt mere de ineſſe igitur non eſt modalis ⁊ per conſequens non eſt modalis compoſita conſequentia eſt clara ⁊ probo aſſumptum iſta propoſitio ſortes currit eſt de ineſſe eo ꝙ eſt de ſimplici inherentia copule ſed hec propoſitio ſortem currere eſt poſſibile eſt de ſimplici inherentia copule igitur illa propoſitio eſt de ineſſe.

¶ Et cõfirmatur mẽbra illius diuiſionis coincidunt igitur diuiſio nulla conſequentia ẽ clara ⁊ probo aſſumptum iſta propoſitio ſortem currere poſſibiliter eſt poſſibile eſt modalis compoſita et etiam modalis diuiſa patet quia copula eius modificatur modo/ ꝙ autem ſit modalis compoſita patꝫ quia in ea ponitur modus modificans totam propoſitionẽ ⁊ per conſequens ipſa eſt modalis compoſita ⁊ etiam diuiſa quod reſtabat probandum.

¶ Ad primũ principale reſpõdeṫ negando nullam eſſe modalem compoſitam et ad probationem reſpondetur concedendo hanc eſſe propoſitionem modalem compoſitam ſortem currere eſt poſſibile ⁊ quando dicis illa propoſitio eſt mere de ineſſe igitur ipſa non eſt modalis ⁊ per conſequens non eſt modalis compoſita. Ad hoc dico preſuppoſita tamẽ hac diſtinctione communi duplex eſt propoſitio de ineſſe quedam eſt cuius copula eſt ſimpliciter preſentis temporis que nullo modo modificatur. Et ſic capitur propoſitio de ineſſe quando dicimus de ris de ineſſe hui⁹ propoſitionis de preterito vel futuro. Alio modo capitur propoſitio de ineſſe vt diſtinguitur contra propoſitionem modalem ⁊ ſic iſta propoſitio album fuit eſt propoſitio de ineſſe eo ꝙ non eſt modalis. Suppoſita hac diſtinctione facilis patet reſponſio concedendo videlicet ꝙ iſta propõ ſortem currere eſt poſſibile ẽ propoſitio de ineẽ capiẽdo propoſitionẽ de ineſſe primo modo. Nec ex illo ſequitur ꝙ ipſa non ſit modalis ſed ſi ipã eſſet de ineſſe capiendo propoſitionẽ de ineẽ ſecundo modo tunc non eſſet modalis. Aliqui dicunt ꝙ iſta conſequentia nihil valet ſortẽ currere eſt poſſibile non eſt propoſitio modalis ergo non eſt modalis compoſita quia ſecunduꝫ eos diuiſio propõnis in modalis incõpoſitam ⁊ diuiſaꝫ: eſt diuiſio analogi in ſua analogata ita ꝙ nulla modalis compoſita eſt modalis Alij vero preciſe reputabant modales compoſitas eſſe modales ſed iſta ſtant ad nomen.


¶ Ad ꝯfirmationẽ reſpondeṫ ab aliquibus ꝙ iſta propoſitio ſortem currere poſſibiliter ẽ poſſibile eſt ſimpliciter modalis diuiſa ita ꝙ non eſt modalis compoſita tamen ſecũdũ diffinitiones quas ipſi dant de modali compoſita et modali diuiſa concedendum eſt illam propoſitionẽ eſſe modaleꝫ compoſitam ſicut diuiſam. Propterea cõcedo illam propoſitionem eſſe ⁊ modalẽ cõpoſitam et modalem diuiſam Nec inconueniens eſt membra bone diuiſionis materialiter coincidere Aliud eſſet ſi coinciderent formaliter. Forte dicis ponendo differentias inter modalem compoſitam et diuiſam diximus ꝙ in modali diuiſa termini ampliantur in modali autem compoſita diximus terminos non ampliari. Et tunc ſic arguo iſta eſt modalis compoſita ſortem currere poſſibiliter eſt poſſibile igitur termini in ea non ampliantur. Et ex oppoſito ſequitur ipſa eſt modalis diuiſa igitur termini in cãpoſiti ampliantur modo iſta repugnant loquẽdo ſemper de eiſdem terminis prout intendo loqui. Ad hoc reſpondetur concedendo ꝙ in iſta propoſitione ſortem currere poſſibiliter eſt poſſibile termini ampliantur ⁊ quando diximus ꝙ in modalibus compoſitis termini non ampliantur intelleximus ꝙ non ampliantur ab illo modo ⁊ hoc eſt verum. Nam ille modus ratione cuius illa propoſitio eſt modalis compoſita tenetur nominaliter ⁊ non ampliat ſed ſolum cuꝫ aduerbialiter tenetur ampliat modo in illa propoſitione illi termini ampliantur ab illo modo qui tenetur aduerbialiter.

¶ Secundo principaliter arguitur ſic contra diffinitionem ꝓpoſitionis modalis diuiſe ⁊

ſenſus eſt ꝙ aliqua talis ꝓpoſitio ſortes currit ē poſſibilis quod eſt falſum per caſum. Et etiam iſta eſt falſa ſortem currere eſt impoſſibile q: eſt vna affirmatiua de ſubiecto non ſupponente. Ambe autem ille propoſitiones poſſunt eſſe ſimul vere quia caſu poſito ꝙ iſta propoſitio retenta ſignificatione quam habet ſignificet hominem eſſe aſinum tunc ille due ſunt ſimul vere Nam illa propoſitio ſortes currit eſt poſſibilis ⁊ impoſſibilis. Secundo ſequitur ꝙ iſte due propoſitiões ſubcontrariantur omne ens eſſe deum eſt poſſibile omne ens eſſe deum non eſt poſſibile quia ſunt due indefinite quarum vna eſt affirmatiua ⁊ alia negatiua quibꝰ nulla conditio deeſt ad ſubcontrarietatem. Contradictoria prime propoſitionis eſt hec nullum ly omne ens eſſe deum eſt poſſibile. Contradictoria autem ſecūde eſt hec omne ly omne ens eſſe deum eſt impoſſibile et ita in omnibꝰ aliis dicatur. Forte dices Ariſtoteles in textu ſemper exemplificat de modalibus compoſitis: igitur potius intendit loqui de oppoſitione modaliū compoſitarum ꝙ̄ de oppoſitione modalium diuiſarū Unde quando in textu petit contradictorium huius poſſibile eſt eſſe dicit ꝙ non eſt hec poſſibile eſt nō eſſe ſed eſt hec non poſſibile eſt eſſe ſed iſte propoſitiones ſunt modales compoſite poſſibile eſt eſſe non poſſibile eſt eſſe: ſenſus em̄ prime eſt poſſibile eſt ens eſſe ⁊ notum eſt ꝙ illa eſt modalis compoſita ⁊ nō diuiſa quia modus non tenetur aduerbialiter ſed nominaliter et cathegorematice propter iſtud multi fuerunt decepti credētes ꝙ Ariſtoteles velle exēplificare de modalibus compoſitis. Sed dico ꝙ Ariſtoteles ſolum intēdit loqui de modalibꝰ diuiſis. Et ad exempla que ponit in textu dico ꝙ ille propoſitiones eque bene poſſunt accipi in ſenſu diuiſo ſicut in ſenſu compoſito. Nā iſti modi aliquando capiuntur ſincathegorematice ⁊ tamen proferuntur ſimilibus ſillabis ſicut quando tenentur cathegorematice vt ſortem poſſibile eſt eſſe deū neceſſe eſt eſſe ſunt modales diuiſe ⁊ illi modi capiuntur ſincathegorematice. Et ratio eſt q: determināt copulā ⁊ antiquiꝰ nō vtebant̄ aliis modalibꝰ diuiſis ſed ſolū talibus ſortez poſſibile eſt currere deū poſſibile eſt creare ſed ille modꝰ nūc inoleuit q: qn̄ volumꝰ ꝙ modi accipiant̄ aduerbialiter facimꝰ ꝙ aliter ꝓferunt̄ ⁊ alias habēt terminationes ꝙ̄ qn̄ accipiuntur cathegorematice ⁊ nominaliter.

¶ Ad confirmationē reſpondet concedendo iſtas eſſe contradictorias omnis deus neceſſario eſt ens aliquis deus poſſibiliter nō eſt ens dato ꝙ in eis non feratur negatio ad modum. intelligit em̄ philoſophus ꝙ ad dandū contradictionem in modalibus diuiſis oportet negationē ferri ad modum ſi idem modus ſeruetur in vtraq; cōtradictoriaruz. Unde contradictoria huiꝰ ꝓpōnis omnis deus neceſſario ē ens non eſt hec aliquis deus neceſſario non eſt ens quia poſtꝙ̄ ſeruatur idem modus in vtraq; contradictoriarum oportet negationem ferri ad ipſum ſed ſi modus ille mutetur ad ſuum modum contradictoriū non erit neceſſe negationem ferri ad modum. Unde pro oppoſitione modalium diuiſarum eſt hic notandum ꝙ iſti quattuor modi neceſſario impoſſibiliter poſſibiliter poſſibiliter non ſic ſe habent ad inuicez ꝙ iſti duo modi neceſſario ⁊ poſſibiliter non ſunt modi contradictorii ⁊ iſti modi poſſibiliter ⁊ impoſſibiliter etiā ſunt modi contradictorii. Iſti autem modi neceſſario ⁊ impoſſibiliter ſunt modi ꝯtrarii ⁊ iſti modi poſſibiliter ⁊ poſſibiliter non ſunt modi ſubcontrarii ⁊ iſte modus neceſſario eſt ſubalternans reſpectu iſtius modi poſſibiliter quemadmodum etiam ly impoſſibiliter eſt modꝰ ſubalternans reſpectu iſtius modi poſſibiliter non: vt autem hec omnia clarius appareant ponunt communiter loquentes hanc figuram.

¶ Sequitur figura.



Omnis homo neceſſario currit.
Omnis homo impoſſibiliter currit.
Omnis homo poſſibiliter currit.
Omnis homo poſſibiliter nõ currit.
Homo neceſſario currit.
Homo impoſſibiliter currit.
Homo poſſibiliter currit.
Homo poſſibiliter nõ currit.
Contrarie ſimpliciter
Subcontrarie ſimpliciter
Subalterne ſimpliciter
Subalterne ſm legem
Diſparate
Contradictorie

Que ſic probatur hec propoſitio omnis homo neceſſario currit comparata ad hanc propoſitionem homo poſſibiliter non currit realiter ei cõtradicit cõſtituunt enim ille propoſitiones ex modis cõtradictoriis ⁊ illa propoſitio omnis homo neceſſario currit ⁊ iſta homo impoſſibiliter currit ſunt contrarie ſecundum legem repugnat eñ eis veritas non autem falſitas quia ille due ſunt ſimul falſe ⁊ ꝙ eis repugnet veritas probatur quia ſi ille eſſent ſimul vere aut alique tales due contradictorie eſſent ſimul vere ſequitur eñ bene oīs homo neceſſario currit ergo omnis homo poſſibiliter currit ⁊ illa realiter contradicit alteri igitur due contradictorie ſimul vere. Et hec propoſitio omnis homo neceſſario currit et iſta omnis homo poſſibiliter non currit ſunt contrarie ſecundum legem/ nam eis repugnat veritas eo ꝙ prima infert contradictoriam ſecũde videlicet iſtam homo neceſſario currit non autem repugnat eis falſitas. Nam iſte ſunt ſimul falſe omne ens neceſſario eſt deus omne ens poſſibiliter non ē deꝰ ⁊ iſte due propoſitiones oīs homo neceſſario currit omnis homo impoſſibiliter currit ſunt cõtrarie nõ ſolũ ſecundum legem ſed etiã ſecundum modum enũciandi. Et ſic patet qualiter prima ꝓpõ primi lateris ſe habet cũ omnibꝰ aliis ꝓpoſitionibꝰ alterꝰ lateris.

¶ Iſta autē propoſitio omnis homo poſſibiliter currit que ē ſecũda primi lateris ⁊ iſta homo poſſibiliter nõ currit ſunt ſubcõtrarie ſecundũ legem eis eñ repugnat falſitas ⁊ non veritas ſecũdũ patet quia ille due ſunt ſimul vere primum autem probatur q2 ſi ille due propoſitiones eſſent ſimul falſe ⁊ affirmatiua ſequit̄ ex iſta omnis homo neceſſario currit que eſt contradictio alterius igitur darētur ɔtradictoria ſimul falſa/ ⁊ iſte due omnis hõ poſſibiliter currit hõ impoſſibiliter currit ſunt ſimpliciter ɔtradictorie ſed iſte due oīs hõ poſſibiliter currit oīs homo poſſibiliter nõ currit ſunt diſparate nullã enim legē participant Nam ille due ſunt ſimul vere ⁊ dãtur alique due tales ſimul falſe videlicet iſte omne ens poſſibiliter ē deus omne ens poſſibiliter non eſt deus et iſte due omnis homo poſſibiliter currit ⁊ omnis homo īpoſſibiliter currit participant legem contrariarum poſſunt eñ dari faciliter alique due tales ſimul falſe ſed nulle tales poſſunt eē ſimul vere eo ꝙ affirmatiua infert cõtradictoriam negatiue ⁊ ſic patet qualiter ſe habet ſecunda propoſitio in ordine ad omnes alias alterius lateris. Tertia autem propoſitio videlicet hec homo neceſſario currit ⁊ iſta homo poſſibiliter nõ currit ſunt ſubcontrarie ſecundum leges. Nam alique due tales ſunt ſimul vere ens neceſſario eſt deus ens poſſibiliter non eſt deꝰ ſ3 ille nõ poſſunt eſſe ſimul falſe q2 affirmatiua ſequitur ex cõtradictorio negatiue ⁊ ſic darentur cõtradictorie ſimul falſe. Sed iſte due hõ neceſſario currit ⁊ hõ impoſſibiliter currit ſunt diſparate nam ille due ſunt ſimul falſe ⁊ facile eſt dare aliquas tales ſimul veras vt puta iſtas duas ens neceſſario eſt celũ ens impoſſibiliter ē celum loquendo ariſtotelice ⁊ iſte due homo neceſſario currit ⁊ oīs hõ poſſibiliter nõ currit ſunt contradictorie ſimpliciter ⁊ iſte due hõ neceſſario currit ⁊ omnis hõ impoſſibiliter currit ſunt contradictorie ſecundum legem. Nam ille due ſunt ſimul falſe nec poſſunt dari alique due tales ſimul vere quia affirmatiua infert hanc propoſitionem homo poſſibiliter currit que eſt contradictoria alterius et ſic patet qualiter tertia propoſitio ſe habet in ordine ad omnes alias alterius lateris. Quarta autem propoſitio homo poſſibiliter currit et iſta homo poſſibiliter non currit ſunt ſimpliciter ſubcõtrarie. Et iſte due homo poſſibiliter currit ⁊ hõ impoſſibiliter currit ſunt ſubcõtrarie ſecundem leges ſimiliter ⁊ iſte due homo poſſibiliter currit ⁊ omnis homo poſſibiliter nõ currit iſte autem realiter cõtradicunt hõ poſſibiliter currit omnis homo impoſſibiliter currit/ facile eſt autem comparare ꝓpõēs vnius lateris inter ſe. Et ex noticia huiꝰ figure ſatis clare pateſcunt oppoſitiones modalium diuiſarum.

¶ **Quarto pricipaliter arguit̄ ſic ſe**cundũ ea que dicta ſunt in argumēto precedēti circa declarationē figure iſte cõtradicũt oē ens neceſſario ē ens aliqđ ens poſſibiliter nõ eſt ens et ſunt ſimul vere igit̄ cõtradictoria ſunt vera: ꝙ negatiua ſit vera nõ eſt queſtio ⁊ ꝙ affirmatiua ſit vera ꝓbo ſic oīs ꝓpõ modalis de neceſſario cuius modalis eſt neceſſaria ipſa ē vera. Sed de ineſſe huius ꝓpõnis oē ens neceſſario eſt ens ē neceſſaria igit̄ illa ꝓpõ ē vera maior patet ex cõi logica ⁊ minor ꝓbat̄ iſta eſt ſua de ineſſe oē ens ē ens ⁊ illa eſt neceſſaria quod ſic patet bene ſequitur deus eſt ergo ens eſt añs eſt neceſſariũ ergo ⁊ cõſequēs ⁊ vltra ſequitur ens ē ergo omne ens eſt igitur cõſequens eſt neceſſarium ⁊ per conſequens de ineſſe illius propoſitionis de neceſſario eſt neceſſaria.

¶ **Et confirmat̄ iſte ɔtradicunt om**ne creãs neceſſario eſt deus ⁊ aliqđ creãs poſſibiliter nõ ē deꝰ ⁊ ſunt ſimul falſe igit̄ maior ē clara ⁊ ꝓbo minorē ⁊ primo ꝙ affirmatiua ſit falſa ſubiectũ eiꝰ nõ ſupponit igit̄ ipſa eſt falſa. Cõſequētia eſt clara ⁊ antecedens patet q2 de nullo verũ eſt dicere hoc neceſſario ē creãs ꝙ aũt negatiua ſit falſa ꝓbo ſic bñ ſequit̄ creãs poſſibiliter nõ ē deꝰ ergo hoc creãs poſſibiliter nõ eſt deus vel hoc creãs poſſibiliter nõ ē deꝰ. cõſequēs eſt falſum ſequit̄ eñ bñ hoc creãs poſſibiliter nõ ē deus ⁊ hoc creãs ē deꝰ ergo deus poſſibiliter nõ ē deus cõcluſio eſt falſa minor eſt vera ergo maior eſt falſa.

¶ **Ad quartũ principale reſpõdetur** cõcedendo illas ꝓpõnes contradicere ⁊ nego ꝙ ambe ſint ſimul vere immo affirmatiua ē falſa ⁊ qñ dicis iſta eſt neceſſaria oē ens eſt ens ɔcedo ſed nego ꝙ ſit de ineſſe illiꝰ ꝓpõnis immo illa debet poni ineſſe per multas ſingulares que omnes ſunt contingentes dempta illa in qua demonſtratur deus.

¶ **Ad confirmationē reſpõdetur cõ**cedendo illas propoſitiones cõtradicere ⁊ nego ꝙ ſint ſimul falſe. Et circa hoc qđ tangis qualiter debet fieri verificatio alicuiꝰ termini qui ponit̄ in propõne in qua ponitur ly neceſſario diuerſi ſunt modi reſpõdendi Paulus venetus tenet ꝙ ſubiectum talis ꝓpoſitionis debet verificari mediante copula ſine mõ ⁊ predicatum debet verificari cum mõ. Et propterea dicit ꝙ quando deus creat hec eſt vera omne creans neceſſario eſt deus quando autē non creat illa eſt falſa ſed iſte modus nunc nõ eſt cõis: duo aũt ſunt aliĳ mõi dicendi ſatis communes Primꝰ eſt magiſtri Georgii Bruxelleñ qui dicit ꝙ terminus precedens ly neceſſario deb3 verificari mediante ly poſſibiliter ⁊ terminꝰ ſequens ly neceſſario debet verificari mediãte ly neceſſario Alius modꝰ eſt nũc cõmunis ꝙ tam terminus ſequens ly neceſſario ꝙ̃ terminus precedens debet verificari mediante ly poſſibiliter. primus modus ſic ſuadet̄ ⁊ accipio hanc propoſitionem deus neceſſario eſt creans et quero vel ille terminus debet verificari mediãte ly neceſſario vel mediante ly poſſibiliter ſi primum habetur propoſitum ſi ſecundum ſequitur ꝙ illa propoſitio eſt vera viſo ꝙ eſt vna affirmatiua cuius ſubiectum ⁊ predicatum ſupponunt pro eodem.

Paulus venetus.

Georgius bruxelleñ

¶ Secūdo ſic arguo ad idē ⁊ accipio
hanc excluſiuam tantum deus neceſſario eſt ens: ⁊ pe
to vel illud predicatū ſupponit pro quolibet ente mū
di vel ſolū pro ente neceſſario. ſi ſecūdū ſequitur ꝙ de
bet verificari mediante ly neceſſario. ſi primū ſequitur
ꝙ illa propoſitio excluſiua eſt falſa nā iſta debebit eſſe
ſua vniuerſalis omne ens neceſſario eſt deus q: poſtꝙ
ly ens ſupponit pro quolibet ente mūdi in illa exclu/
ſiua ſequitur ꝙ pro quolibet tali debet ſupponere in
ſua vniuerſali. Iſtis tamen non obſtantibus tenemus
communem modum videlicet ꝙ terminus ſequens ly
neceſſario debet verificari mediante ly poſſibiliter qḋ
ſic etiam ſuadetur. Iſte cōtradicūt deus neceſſario eſt
creās deus poſſibiliter non eſt creās. ſed predicatū in
negatiua ſupponit igitur etiam ſupponit in affirma/
tiua ⁊ tūc ad motiua precedentis opinionis rn̄deo cō
cedendo ꝙ predicatuꝫ huius propoſitionis ſupponit
deus neceſſario eſt creās: nec ꝓpterea ſequit̄ ꝙ illa p
pō eſt vera Multe ſunt ꝓpōnes affirmatiue quarum
extrema ſupponunt pro eodem que tamen ſunt falſe.

¶ Ad ſecundū reſpondetur concedē
do ꝙ predicatum huius excluſiue tantum deus neceſ
ſario eſt ens ſupponit pro quolibet ente mundi ⁊ ne/
go ꝙ ꝓpterea iſta ſit ſua vniuerſalis omne ens ē de⁹/
immo ē hec omne qḋ neceſſario ē ens eſt deus ⁊ ratio
eſt q: non oportet ꝙ termini teneantur pro eodem in
vniuerſali ⁊ in excluſiua ſed ſufficit ꝙ teneantur ꝓ il/
lis pro quibus denotatur verificari excluſiua ⁊ q: illa
excluſiua denotatur verificari pro ente neceſſario ideo
ſufficit ꝙ ſubiectū propōis vniuerſalis teneatur ꝓ en
te neceſſario. Et ꝑ hoc facile patet reſponſio ad argu
mentū principale/ dico eñ hanc eſſe verā oē creās ne
ceſſario eſt deus ⁊ nego ꝙ ſubiectuꝫ non ſupponat nō
eñ ſic debet fieri verificatio hoc neceſſario eſt creans
ſed ſic hoc poſſibiliter eſt creans.

¶ Contra hanc ſolutionē arguit̄ ſic
probando hanc eſſe falſam creans neceſſario ē deus ⁊
ſic arguo de inēē illius propoſitionis eſt contingens
igit̄ illa ꝓpoſitio de neceſſario eſt falſa. Cōſequentia
eſt manifeſta ⁊ aſſumptū patet de ineſſe illius propoſi
tionis eſt hec creans eſt deus ⁊ illa eſt cōtingens vt no
tum eſt igitur. Reſpondet̄ ꝙ illa nō eſt de inēē illi⁹ ꝓ/
poſitionis ſed eius de ineſſe eſt hec hoc eſt deus demō
ſtrādo deū q: ex quo ſubiectū illius ꝓpōnis de neceſ/
ſario eſt terminus cōnotatiuus ponendo illā propoſi
tionē ineſſe opꝫ delere terminū cōnotatiuū ⁊ eius lo/
co ponere terminū abſolutū. Hoc declaratur in aliis
iſta eſt vera albū poſſibiliter eſt nigrū tamen non poni
tur ineſſe per hanc albū eſt nigrū ſed per iſtā hoc ē ni/
grum demonſtrādo illud pro quo ſupponit ſubiectuꝫ
illius propōnis. Forte dicis ſequeretur ꝙ iſta propoſi
tio eſſet neceſſaria aliquid qḋ eſt creans neceſſario eſt
deus quod eſt falſuꝫ. Sequela tamē ꝓbatur ſubiectuꝫ
illius propoſitionis ē terminus connotatiu⁹ ⁊ ꝑ ꝯñs
debet poni inēē per hanc hoc eſt deus q̄ eſt neceſſaria
Falſitas iſt̄ conſequentis probatur ſic. Si deus nihil
crearet tūc iſta ꝓpoſitio eſt falſa aliquid quod eſt creās
neceſſario eſt de⁹: ⁊ ꝑ cōſequēs ipſa nō eſt neceſſaria.
Conſequentia eſt clara ⁊ antecedens patet q: ipſa eſt
vna affirmatiua de ſubiecto non ſupponente.

¶ Ad iſtam replicā reſpondetur ne/
gando cōſequentiam. Et ad probationem nego ꝙ illa
ſit ſua de ineſſe hoc eſt deus/ licet enim ſubiectum il/
lius ꝓpoſitionis ſit terminus connotatiuus non pro
pterea oportet ipm̄ mutare in terminū abſolutū Non
eñ dictū fuit ꝙ quādocūq; ſubiectū alicuius propoſi
tionis eſt terminus connotatiu⁹ ꝙ ſi illa debeat poni
inēē ꝙ termin⁹ cōnotatiuus debet mutari in terminū
abſolutū ſed dictū fuit ꝙ aliqñ dꝫ mutari/ nec pōt da
ri regula generalis ad cognoſcēdū qñ debet mutari ⁊
qñ nō: poſtꝙ ei ſubiectū accipit cū implicatiōe debꝫ te/
neri in propria forma ponendo illam ꝓpōnem ineſſe.

¶ Quinto principaliter arguit̄ ſic iſte
cōtradicūt oīs deus neceſſario eſt creans aliquis de⁹
poſſibiliter nō eſt creās ⁊ ſunt ſimul falſe igitur dicta
nulla De falſitate affirmatiue nō eſt qui dubitet ⁊ fal
ſitatē negatiue probo ſic bene ſequitur deus poſſibili
ter nō eſt creans ergo deus poſſibiliter non eſt creans
quod poſſibiliter eſt tenet cōſequētia q: ly creās in an
tecedēte ampliatur ad ſtādum pro eo quod eſt vel fuit
vel erit vel poteſt eēē creās Falſitas aūt cōſequētis pa
tꝫ per veritatem ſue contradictorie omnis deus neceſ
ſario eſt creans quod poſſibiliter eſt.

¶ Et confirmatur: iſte cōtradicunt
ſortes neceſſario eſt ſortes poſſibilis: ⁊ ſortes poſſibi/
liter non eſt ſortes poſſibilis ⁊ ſunt ſimul falſe igitur.
Minorem probo: ⁊ probo ꝙ affirmatiua ſit falſa bene
ſequitur ſortes neceſſario eſt ſortes poſſibilis ergo ſor
tes ſortes poſſibil' neceſſario ē. ⁊ vltra ſic arguo ſortes
ſortes poſſibilis neceſſario eſt ⁊ ſortes poſſibilis ē ſor
tes ergo ſortes ſortes neceſſario eſt Cōcluſio eſt falſa
minor ē vera ergo maior eſt falſa ⁊ ſic habetur falſitas
affirmatiue. falſitatē vero negatiue probo ſic ſortes nō
poteſt nō eſſe ſortes poſſibilis igitur ſortes non poteſt
nō eēē ſortes poſſibilis conſequentia eſt nota ⁊ antece
dens patet quia ſiue ſortes ſit ſiue nō ſit ſemper ſortes
eſt ſortes poſſibilis.

¶ Ad quintū principale reſpōdetur
concedendo illas propoſitiones eſſe contradictorias
⁊ nego ꝙ ambe ſint ſimul falſe imo iſta ē vera de⁹ poſ
ſibiliter nō eſt creans ⁊ quando dicis bene ſequit̄ de⁹
poſſibiliter nō eſt creans ergo de⁹ poſſibiliter nō ē cre
ans quod poſſibiliter eſt. Concedo cōſequentiā ⁊ etiā
ipſum conſequens ⁊ dico ꝙ cōtradictoria illius pro/
poſitionis eſt falſa deus neceſſario eſt creans qḋ poſſi
biliter eſt eo ꝙ neceſſitas denotat̄ cadere ſupra actum
creandi. Aliqui cōcedunt illam propoſitioneꝫ ⁊ negāt
iſtam conſequentiam deus poſſibiliter non eſt creans
ergo deus poſſibiliter nō eſt creans quod poſſibiliter
eſt quia licet ly creans amplietur ad quattuor non ta/
men ſic debet exprimi ſenſus illius propoſitionis.

¶ Contra hanc ſolutionē ſic arguo.
Iſta affirmatiua eſt vera deus neceſſario eſt creans ⁊
etiā negatiua vt conceſſum eſt igitur duo contradicto
ria ſunt ſimul vera ꝙ affirmatiua ſit vera ꝓbo ſic bene
ſequitur deus neceſſario eſt creans vel nō creans. Sꝫ
nullus deus neceſſario eſt nō creans igitur deus neceſ
ſario eſt creās tenet cōſequētia a diſiunctiua cū deſtru
ctione vnius partis ad poſitionem alterius.

¶ Forte dices vt communiter dicit̄ ꝙ
iſta ꝓpō de diſiuncto eſt vera deus neceſſario eſt creās
vel nō creans ſed hec diſiunctiua eſt falſa deus neceſ/
ſario eſt creans vel deus neceſſario eſt nō creās. Et ita
ſi maior capiatur in ſenſu diſiunctiuo ipa ē falſa ſi aūt
in ſenſu diſiūcto ipa eſt vera ſed tunc conſequentia nō
valet Non enim arguitur a tota diſiunctiua.

¶ Cōtra hoc ſic arguo ꝓbando ꝙ ſi
concedatur iſta propō de diſiuncto deus neceſſario eſt
creans vel non creans etiam debet concedi iſta pro/

poſitio diſiunctiua deus neceſſario eſt creans vel de⁹ neceſſario eſt non creans. Et arguitur ſic ⁊ quero vel in hanc propõne deus neceſſario eſt creans vel nõ creans ly nõ creans infinitatur pro illo quod nec eſt nec fuit nec erit nec põt eſſe creãs ita ꝙ ſenſus illius ꝓpoſitionis erit iſte deus neceſſario eſt creans vel eſt illud quod nec eſt nec fuit nec erit nec põt eſſe creans ⁊ tũc illa propoſitio de diſiuncto eſſet falſa quemadmoduꝫ ⁊ illa diſiunctiua vel ille terminus infinitat̃ pro eo qͦ nec eſt nec fuit nec erit nec poteſt eſſe neceſſario creãs ⁊ ſic illa propoſitio de diſiuncto ẽẽt vera ⁊ ſimiliter illa diſiunctiua ẽẽt vera pro iſta parte deus neceſſario eſt non creans/ ⁊ per cõſequens ſi dicatur ꝙ illa propõ de diſiuncto eſt vera etiã idem erit dicendum de illa diſiũctiua vnde poſtꝙ cõmuniter ſic explicatur ſenſus huius propõnis deus neceſſario eſt creans de⁹ neceſſario ẽ quod fuit vel quod erit neceſſario creãs ſenſus iſtius deus neceſſario eſt nõ creãs explicabitur oppoſito modo. Et ita illa propoſitio erit concedenda.

¶ Forte dicis iſta ꝓpoſitio de diſiuncto deus neceſſario eſt creans vel non creans in quocunqȝ ſenſu eſt concedenda igitur male dictum eſt aſſumptum pꝫ per ſuam de ineſſe que eſt neceſſaria de⁹ eſt creans vel non creans.

¶ Reſpondeo ꝙ ſi ly creãs infinitetur pro eo quod nec eſt nec fuit nec erit nec poteſt eſſe creãs illa propoſitio de diſiuncto ẽ falſa ⁊ nego ꝙ ſua de ineſſe ſit neceſſaria. Unde ſua de ineẽ eſt hec deus ẽ creãs vel qͦ nec eſt nec fuit nec erit nec poteſt eſſe creãs que quideꝫ propoſitio eſt contingens deo creante ipſa eſt vera deo autem non creante ipſa eſt falſa.

¶ Ad confirmationeꝫ reſpondetur concedendo illas ꝓpoſitiones contradicere ⁊ nego ꝙ ambe ſint ſimul falſe aliqui dicũt ꝙ affirmatiua eſt falſa moti hac ratione qm̃ eſt aliqua propoſitio de neceſſario affirmatiua cuius predicatũ ſupponit preciſe ꝓ re ↄtingenti talis ꝓpoſitio eſt fſã ſed iſta propõ ſortes neceſſario eſt ſortes poſſibilis ẽ hmõi igit̃ ipſa ẽ falſa maiorem ſic probant quia in tali ꝓpoſitiõe denotatur neceſſitas competere illi rei ꝓ qua ſupponit predicatũ ad rem pro qua ſupponit ſubiectũ. Sed ſi talis res eſt contingens nulli poteſt neceſſario cõpetere ⁊ ꝑ cõſequens omnes tales propoſitiones ſunt falſe. Aliter tamen reſpondeo ꝙ iſta propoſitio eſt vera ſortes neceſſario eſt ſortes poſſibilis ⁊ ad argumentũ in oppm̃ dico ꝙ illa maior ſimpliciter eſt falſa ⁊ ſi aliquo modo habeat verum preciſe habet. verum quando predicatuꝫ illius propoſitionis de neceſſario non eſt termin⁹ ampliatiuus ad quattuor vnde dico ꝙ in iſta propõe ſortes neceſſario eſt ſortes poſſibilis: non denotatur neceſſitas illius rei pro qua ſupponit predicatum ad rẽ pro qua ſupponit ſubiectum: ſed ſolum denotatur neceſſitas poſſibilitatis conuenientie rei pro qua ſupponit predicatũ ad rem pro qua ſupponit ſubiectum ⁊ tũc ad argumẽtũ i oppoſitũ nego iſtã cõſequẽtiã ſortes neceſſario ẽ ſortes poſſibilis ergo ſortes ſortes poſſibilis neceſſario ẽ ⁊ ratio ẽ qꝛ in antecedẽte ly neceſſario appellat ſuper predicatum in cõſequente vero nõ.

¶ Forte petis q̃ ſit de ineſſe hui⁹ ſortes ſortes poſſibilis neceſſario eſt dicitur ꝙ eſt hec ſortes eſt ſortes oportet enim aſpicere quid per propoſitiones denotatur ⁊ ſecundum hoc eas ponere ineſſe.

¶ Sexto principaliter arguitur ſic. Iſte contradicunt ſortes poſſibiliter eſt albus ſi eſt coloratus ſortes impoſſibiliter eſt albus ſi eſt coloratus ⁊ ſunt ſimul vere igit̃ dicta nulla. Maior ẽ clara ex eis que dicta ſunt circa declarationẽ figure ⁊ minor ẽ ꝓbo primo ꝙ affirmatiua ſit vera ꝓbat̃ ſic ipſa ẽ vna ꝓpõ de cõditionato extremo cui⁹ conditionalis ẽ vera igit̃ ipſa eſt vera cõſequẽtia ẽ manifeſta ⁊ aſſumptũ ꝓbat̃ iſta eſt ſua cõditionalis ſi ſortes poſſibiliter eſt coloratus ſortes poſſibiliter eſt albus cuius veritas eſt nota qꝛ eſt vna cõditionalis cuius cõſequens eſt neceſſariũ ⁊ eodẽmõ probat̃ ꝙ negatiua ſit vera Nã cõditionalis ei⁹ eſt hec ſi ſortes impoſſibiliter ẽ coloratus ſortes impoſſibiliter eſt albus cui⁹ quidẽ cõditionalis veritas manifeſta eſt ex impoſſibilitate antecedentis.

¶ Et cõfirmatur iſte propoſitiones cõtradicũt ois de⁹ poſſibiliter differt a creante aliqͦs de⁹ impoſſibiliter differt a creãte ⁊ ſunt ſimul vere igit̃ Maior ẽ manifeſta ⁊ ꝓbo minor ẽ ⁊ primo ꝙ affirmatiua ſit vera ꝓbo ꝑ ſuas exponẽtes ois de⁹ poſſibiliter eſt ⁊ ſimul tẽpore qͦlibet creãs poſſibiliter ẽ ⁊ ois de⁹ poſſibiliter nõ eſt creãs igitur ois de⁹ poſſibiliter differt a creante tenet cõſequẽtia ab exponẽtibus ad expoſitam ⁊ veritas antecedentis eſt clara vt patet aſpiciẽti ſingulas eius partes ⁊ per cõſequẽs cõſequẽs ẽ verum quod autẽ hec ſit vera deus impoſſibiliter differt a creante ꝓbo ſic bene ſequit̃ impoſſibile eſt deuꝫ differre a creante igit̃ de⁹ impoſſibiliter differt a creãte: ↄña eſt manifeſta ⁊ añs patet: nam hec propoſitio eſt impoſſibilis deus differt a creante. Supponamus enim quod tenet ſanior opinio veꝫ ꝙ creare ſit ꝓprium dei ita ꝙ creatura nõ poſſit creare quo ſuppoſito pꝫ ꝙ iſta eſt impoſſibilis deus differt a creante ⁊ per ↄñs illa duo contradictoria ſunt ſimul vera.

¶ Ad ſextũ principale reſpõdet̃ cõcedẽdo iſtas eſſe ↄdictorias ſortes poſſibiliter eſt albus ſi eſt colorat⁹ ſortes impoſſibiliter eſt alb⁹ ſi eſt coloratus ⁊ nego ꝙ ſint ſimul vere immo dico ꝙ affirmatiua eſt falſa vt pꝫ per ſuã de ineſſe ſortes eſt albus ſi eſt coloratus q̃ eſt impoſſibilis ⁊ ad ꝓbationem eius dico ꝙ illa propoſitio nõ bene reducit̃ ad conditionalem. Unde pono aliquas breues propoſitiones

¶ Prima eſt propõ in qua ſuper aliquod conditionatum cadit aliquis modus nõ eſt reducenda ad vnã conditionalẽ in cuius antecedẽte ponatur ille modus ⁊ in ↄſequẽte ſimiliter hanc propoſitionem derelinquo probatam per argumentum.

¶ Secũda ꝓpoſitio talis propoſitio non eſt reducenda ad cõditionalem in cuius antecedẽte non ponitur ille modus ſed in conſequente poneretur ꝓbatur propoſitio quia alias hec eſſet vera ſortes eſt albus ſi eſt coloratus qꝛ iſta deberet eẽ ſua cõditionalis ſi ſortes eſt coloratus ſortes poſſibiliter eſt alb⁹ quam quidem conditionalem notum eſt eſſe veram.

¶ Tertia ꝓpoſitio talis propoſitio non eſt reducenda ad vnam cõditionalem in cuius antecedente ponit̃ ille modus ⁊ non in conſequẽte. Probatur propoſitio hec ꝓpoſitio eſt vera ſortes poſſibiliter eſt ſortes ſi eſt ſortes vt patꝫ per ſuam de ineſſe et ſi iſta eſſet ſua conditionalis ſi ſortes poſſibiliter eſt ſortes ſortes eſt ſortes illa eſſet falſa.

¶ Quarta ꝓpoſitio talis propoſitio eſt reducẽda ad vnam ꝓpoſitionem conditionalẽ que determinet̃ illo mõ ſicut totale conditionatũ determinabat̃ illo modo ⁊ ille modus debet ſumi ſincathegoreumatice ⁊ nõ cathegoreumatice ita ꝙ cõditionalis huius ꝓpõnis ſortes poſſibiliter ẽ albus ſi ſit coloratus erit hec poſſibiliter ſi ſortes ẽ colorat⁹ ſortes ẽ alb⁹: vt

ſit ſenſ⁹ illi⁹ ꝓpõnis põt ita eē ꝙ ſi ſortes eſt colorat⁹ ſortes eſt albus qui quidem ſenſus eſt impoſſibilis.

¶ Forte dices dictũ fuit queſtione ſeptima primi peri hermeniaꝝ in tertia difficultate prime partis ꝙ quando datur conditionalis alicui⁹ propoſitionis de cõditionato extremo oportet ſeruare copulam propoſitionis de conditionato extremo tam in antecedente ꝙ̃ in conſequente illius conditionalis ſꝫ hoc non obſeruatur hic in propoſito: igitur non bene datur conditionalis illius propoſitionis.

¶ Ad hoc dico negãdo ꝙ non ſeruet̃ eadē copula q: dictuꝫ fuit poſtꝙ̃ ꝓbabile eſt dicere ꝙ ly poſſibiliter nõ eſt pars copule. Qñ etiã diceret̃ ꝙ ly poſſibiliter eſt pars copule tũc dico ꝙ ſufficit ſeruare principaliorē partē copule alia pars eſt modus determinãs copulã. Et ſic dꝫ limitari illud quod prius diximus. Et ex iſto ſequitur ꝙ aliqua ꝓpoſitio ypothetica eſt modalis diuiſa ⁊ ꝙ modus ſincathegoreumatice tẽtus pt determinare vnã totã ꝓpoſitionē ypotheticã. Et ex iſto pꝫ quõ dꝫ dari cõditionalis hui⁹ propoſitionis ſortes impoſſibiliter eſt albus ſi eſt coloratus. Sua em̃ ꝯditionalis dꝫ eſſe hec impoſſibilr ſi ſortes eſt colorat⁹ ſortes eſt alb⁹ cui⁹ ſenſus eſt nõ põt ita eſſe ꝙ ſi ſortes eſt coloratus ſortes eſt albus.

¶ Contra hanc ſolutionem arguit̃ ſic iſta cõditionalis ſi ſortes poſſibiliter eſt coloratus ſortes poſſibiliter eſt albus eſt cõditionalis alicui⁹ ꝓpoſitionis de ꝯditionato extremo ⁊ nõ niſi huius ſortes poſſibiliter eſt alb⁹ ſi eſt colorat⁹ igit̃ male dictuꝫ eſt ꝙ illa de cõditionato extremo nõ hꝫ illã cõditionalem ꝯña eſt clara ⁊ añs patet quia illa conditionalis ſic ſe habet ꝙ eius antecedens ⁊ conſequens ſunt propoſitiones ſingulares in quibus idē terminus ſubijcitur igitur habet aliquã propoſitionem de cõditionato extremo ſibi correſpondenteꝫ: ꝯña eſt bona vel ſi neges eam inſtes extra propoſitum.

¶ Ad hanc replicã reſpondetur concedendo ꝙ iſta cõditionalis ſi ſortes poſſibiliter eſt colorat⁹ ſortes poſſibiliter eſt albus hꝫ aliquã de cõditionato extremo ſibi correſpondentē ⁊ nego ꝙ ſit hec ſortes poſſibiliter eſt albus ſi eſt coloratus immo dico ꝙ eſt hec ſortes poſſibiliter eſt albus ſi poſſibiliter eſt coloratus vt primus modus cadat in primam partem conditionati ⁊ ſecundus in ſecundam.

¶ Forte dicis de ineſſe illius ꝓpoſitionis ſortes poſſibiliter eſt albus ſi poſſibiliter eſt coloratus eſt impoſſibilis: igit̃ illa modalis diuiſa ē falſa. ꝯña eſt clara ⁊ añs patet. Naꝫ hec eſt ſua de ineſſe ſortes eſt albus ſi poſſibiliter eſt coloratus cuius impoſſibilitas eſt ſatis manifeſta. Reſpõdetur ꝙ illa nõ eſt ſua de ineſſe ſed hec ſortes eſt ens quod poſſibiliter eſt album ſi poſſibiliter eſt coloratum: quia poſtꝙ̃ illi modi non cadunt in totum conditionatum ſed in eius partes oportet illud idem facere in ſua de ineſſe.

¶ Ad confirmationē reſpõdetur cõcedendo iſtas cõtradicere omnis deus poſſibiliter differt a creãte aliquis deus impoſſibiliter differt a creãte ⁊ nego eas eſſe ſimul veras immo affirmatiua eſt falſa vt patet per ſuaꝫ de ineſſe que eſt impoſſibilis. Et dico ꝙ nõ bene exponis illam propõnem: nõ enim dꝫ eſſe iſta ſua tertia exponēs deus poſſibiliter non eſt creans ſed dꝫ eſſe hec deus impoſſibiliter eſt creãs. Unde ſolet poni regula gñalis a cõiter loquẽtibus ꝙ quelibet propõ exponibilis in qua ponitur aliquis modus exponēda eſt per modũ ꝯdictoriũ. Hoc declarat̃ exemplo iſta propõ eſt falſa ſortes poſſibiliter eſt maior ſorte poſtꝙ̃ ſua de ineſſe eſt impoſſibilis. Et tñ ſi ſic exponeret̃ ſortes poſſibiliter eſt magnus ⁊ ſimul tempore ſortes poſſibiliter eſt magnus: ⁊ ſortes poſſibiliter nõ eſt ita magnus ſicut ſortes ipſa eſſet vera: propterea nõ dꝫ eſſe illa tertia exponēs ſed dꝫ dari per modũ cõtradictoriũ ita ꝙ tertia exponēs dꝫ eſſe hec ſortes impoſſibiliter eſt ita magnus ſicut ſortes.

¶ Contra hanc ſolutionem dupliciter ſic arguo. Et primo impugno fundamẽtũ ſolutionis ⁊ ſic arguit̃. Si illa regula ſuper quã fundat̃ eſſet vera ſequeret̃ hanc ꝓpoſitionē eſſe falſam ſortes poſſibiliter eſt maior platone qḋ eſt falſum: ſequela tamē ꝓbatur ſic illa propoſitio ſic dꝫ exponi ſortes poſſibiliter eſt magnus ⁊ plato poſſibiliter eſt magnus ⁊ plato impoſſibiliter eſt ita magnus ſicut ſortes: modo illa copulatiua eſt impoſſibilis ꝓpter impoſſibilitatē tertie partis ⁊ per ꝯñs iſta propoſitio eſt impoſſibilis ſortes poſſibiliter eſt maior platone: falſitas tñ ꝯñtis ſic ꝓbatur de ineſſe illius propõnis eſt poſſibilis vꝫ iſta ſortes eſt maior platone igit̃ illa modalis diuiſa ē vera. Tũ etiã bene ſequit̃ ſortes eſt maior platone: ergo ſortes poſſibilr eſt maior platone ab eē ad poſſe ⁊ añs eſt verum vt ſuppono: igitur ⁊ conſequens.

¶ Secundo ſic arguo ꝯtra principalem ſolutionē probãdo hãc eē verã deus poſſibiliter differt a creante ⁊ ſic arguo bene ſequit̃ deus neceſſario differt a creante ergo de⁹ poſſibiliter differt a creãte: tenet ꝯña a ſubalternante ad ſubalternataꝫ ⁊ antecedens probo per ſuas exponentes deus neceſſario ē ⁊ ſimul tempore quodlibet creans neceſſario eſt ⁊ de⁹ poſſibiliter non eſt creans quequidē exponentes ſunt vere vt clarum eſt.

¶ Ad primum iſtoꝝ reſpondetur ꝙ regula poſita in aliquibus ꝓpoſitiõibus eſt apparēs ſed ſi teneatur vniuerſaliter eē vera negãde ſunt aliq̃ ꝓpoſitiones quas quilibet prĩa frõte iudicaret eē veras vt eſt illa propoſitio de qua facta eſt mentio ſortes poſſibiliter eſt maior platone que ſine dubio neganda eſt ſm regulã ⁊ q: regula nunc eſt cõis ꝯñter dicamus illã propoſitionē eē falſaꝫ ⁊ tunc qñ dicis ſua de ineē eſt poſſibilis ſcꝫ hec ſortes eſt maior platone dico ꝙ illa nõ eſt ſua de ineſſe ſed ſic dabitur ſua de ineſſe ſortes eſt maior ꝙ̃ poſſit eſſe plato quia hoc denotat̃ per illam ꝓpoſitionem de poſſibili q: prima ſic exponitur ſortes eſt magnus ⁊ ſimul tpe plato eſt magnus ⁊ plato non eſt ita magnus ſicut ſortes altera ſic ſortes poſſibiliter eſt magnus ⁊ plato poſſibiliter eſt magnus et plato impoſſibiliter eſt ita magnus ſicut ſortes: modo clarum eſt ꝙ arguendo ab exponētibus antecedentis ad exponentes conſequentis cõſequentia non valet.

¶ Et ad aliud dico ꝙ iſta ꝯña nõ valet ſortes eſt maior platone ergo ſortes poſſibiliter eſt maior platone. Et ratio eſt quia tacite cõmittitur ibi hec mala conſequentia plato non eſt ita magnus ſicut ſortes ergo plato impoſſibiliter eſt ita magn⁹ ſicut ſortes. Nam antecedens eſt tertia exponens antecedētis alterius conſequentie ⁊ conſequens eſt tertia exponēs conſequentis alterius conſequentie.

¶ Ad ſecundum reſpondetur ab aliquibus ꝙ iſta propoſitio eſt vera deus neceſſario differt a creante vt declarant exponentes date ſed iſtud non valet. Tum quia ex illa propoſitiõe ſequitur iſta deus poſſibiliter differt a creante quam probauimus

eſſe falſam. tum etiam quia de ineſſe illius propoſitionis de neceſſario nõ eſt neceſſaria immo eſt impoſſibilis. tum tertio q: tunc due contradictorie eſſent ſimul vere puta iſte due omnis deus neceſſario differt a creante omnis deus impoſſibiliter differt a creante veritas ſecunde patet per falſitatem ſue contradictorie dico igitur ꝙ iſta eſt falſa deus neceſſario differt a creãte ⁊ nego ꝙ ſue exponentes ſint vere. Unde dico ꝙ iſta debet eẽ ſua ſecũda exponẽs Simul tp̃e qð neceſſario eſt creãs neceſſario eſt. et mod⁹ magiſtri Georgij pu⁹ tactus poſſet ꝓ iſtud colorari ꝓpterea videtur mihi eẽ dicendũ ꝙ terminus ſequens ly neceſſario debet verificari mediante ly neceſſario. Et niſi ſic dicatur credo ꝙ difficile erit dare aliter exponentes illius propoſitionis deus neceſſario differt a creante.

**Poſſum⁹ hoc ſuadere aliter ⁊ lo**quamur ariſtotelice ⁊ accipio hãc ꝓpõnẽ hec ẽtia differũt ab ente demõſtrãdo materiã ⁊ formã ſortis ⁊ notum eſt ꝙ illa ꝓpõ eſt falſa poſtꝙ̃ ſua de ineſſe non eſt neceſſaria ⁊ tunc quero vel ly ente ſupponit ibi ꝓ quolibet ente poſſibili vel ſolum ꝓ ente neceſſario ſi ſecũdum habetur ꝓpoſitum. Si primuz ſequitur ꝙ illa ꝓpoſitio eẽt vera q: ſic deberet exponi hec entia neceſſario ſunt ⁊ ſimul tempore quodlibet ens põt eẽ ⁊c. Dico igitur ꝙ ſecunda exponens huius ꝓpõnis deus neceſſario differt a creante erit hec ⁊ quodlibet qð neceſſario eſt creans neceſſario eſt ⁊ vtroq; oportet accipere modum contradictorium.

